208.8
Al 11

S. THOMAE

AQUINATIS

THEOLOGICAE SUMMAE

COMPENDIUM

AUCTORE

P. PETRO ALAGONA S. I.

EDITIO EMENDATISSIMA

ALMA COLLEGE LIBRARY
208.8
Al 11
Alma, California
ALMA COLLEGE LIBRARY
Alma, California

AUG. TAURINORUM
ex typis
HYACINTHI MARIETTI
MDCCCLXXIX

6262

EDITOR TAURINENSIS

LECTORI

Petrus Alagona syracosius, anno octavo ab obitu Ignatii patris admodum adolescens societati Iesu nomen dedit. Iuvenibus in divina et naturali philosophia instituendis, siculis praesertim suis, egregiam plures annos operam navavit. Idem moderandi prudens rexit collegium drepanitanum, inde Romam accitus curam gessit collegii Sacerdotum, qui in vaticano templo admissis poenitentium expiandis praeficiuntur. Horum aedes sat amplae spectantur trans Tiberim ad Iacobi ab aelio ponte ad triumphalem. Quo erat ingenio et doctrina singulari adlectus est inter iudices designatis Episcopis coram Pontifice probandis, quo munere functus annos tricenos ipsos, tandem Romae obiit senex anno 1624. Eius

opera compendium Iuris (a) et compendium Navarri (b) edita sunt, opinor, pluries, compendium vero Summae angelicae, minimum decies, nimirum Romae 1619, Virtzburgi et Coloniae 1620, Romae iterum et Herbipoli anno eodem, Venetiis 1622 ibidemque 1624, Lugduni 1627, Rothomagi 1635, Venetiis tertium et quartum annis 1723 et 1763. Postremam hanc editionem curavit Franciscus Ant. Zaccaria, et simul cum doctorum hominum selectis opusculis hoc quoque compendium intulit in thesaurum theologicum, ut initio voluminis tertii decimi videre licet.

(a) Totius Iuris canonici et Decreti Gratiani compendium. Lugduni, I. Cardon 1623, tom. 2 in 4.

(b) Compendium manualis Navarri recens recognitum, emendatum et auctum, accessit compendium eiusdem Navarri de Usuris, auctore Hieronymo Ioannino Ord Praed. Lugduni, H. Cardon 1603, in 16.

Asteriscos ubicumque est selectas quasdam signat ad obiecta in contrarium responsiones.

EX PRIMA PARTE
DIVI THOMAE

1. *De sacra Doctrina, qualis sit, et ad quae se extendat.*

1. *An sit necessarium praeter physicas disciplinas aliam doctrinam haberi.* R/. Sic, ad salutem, idest revelatam, quia agens propter finem, debet cognoscere finem, qui homini est Deus excedens comprehensionem naturalem: imo etiam ad ea, quae de Deo ratio naturalis cognoscit, est necessaria revelata, ut sine errore, et brevi tempore cognoscat.

* Theologia revelata ab humana differt genere, quia diverso lumine, et ratione cognoscendi.

2. *An Theologia sacra sit scientia.* R/. Sic, subalternata Dei, et beatorum, cuius principia credit, ut musica credit principia Arithmeticae, et sic a principiis notis superioris.

3. *An sit una scientia.* R/. Sic, quia habet unam rationem formalem sui obiecti, idest, ut a Deo revelata, licet sint multa.

* Agit de Deo principaliter, et de creaturis, ut relatis ad Deum principium vel finem.

4. *An sit practica.* R/. Comprehendit utramque, idest, practicam, et speculativam sub una ratione luminis Dei, ut Deus cognoscit se et quae facit. Item est magis speculativa, quia principalius de Deo, ad quem omnia dirigit.

5. *An sit dignior aliis scientiis.* ℟. Sic, quia de Deo sub lumine divino, et de vita aeterna, ad quam omnia.

* Si qua est dubietas, est defectu nostri intellectus, et utitur aliis scientiis propter nos, ut ipsam habeamus.

6. *An haec sit sapientia.* ℟. Sic, et est maxima simpliciter, quia divina ratione causam altissimam universi considerat.

* Sapientia, quae est donum Spiritus Sancti iudicat per modum inclinationis et virtutis: haec per modum cognitionis.

7. *An Deus sit subiectum huius scientiae.* ℟. Sic, quia primo consideratur, et ad illum omnia referuntur.

* Ignoramus quid sit Deus, tamen per effectum aliquid de Deo demonstramus. Item quae hic tractantur non ut partes, species, accidentia obiecti, sed ut aliquo modo ad Deum referuntur.

8. *An sit argumentativa.* ℟. Sic, ex principiis ad aliquid inferendum, vel solvit obiectiones.

* Utitur humana ratione, ut argumento extraneo, et probabili, sed divina auctoritate ut proprio et necessario.

9. *An sacra Scriptura debeat uti metaphoris.* ℟. Sic, convenienter, ut nos facilius intelligamus.

10. *An sacra Scriptura sub una littera habeat plures sensus.* ℟. Sic, literalem et spiritualem, et hic est triplex. Allegoricus significat Ecclesiam; moralis, seu tropologicus mores; et anagogicus alteram vitam. Item unius loci possunt esse plures sensus literales et sunt quos Deus auctor intendit.

* Non figura, sed figuratum est sensus literalis, ut brachium Dei significat vim operativam.

2. *De Deo, an Deus sit.*

1. *An Deum esse sit per se notum.* Non nobis, idest, cuius contrarium non possit cogitari: nam esse, idest, essentia Dei est incognita nobis. Sed in se est per se notum, quia esse est idem cum subiecto, idest, Deo, sed nobis est per se notum in confuso, quia scimus dari ultimum finem, veritatem, sed non primam veritatem.

2. *An Deum esse sit demonstrabile.* R'. Per effectus, idest, creaturas monstratur, ut causa, sed non a priori, quia non habet causam.

3. *An Deus sit.* R'. Sic et probatur per motum dari primum movens, secundo primum efficiens, tertio semper aliquid fuit quod est necessarium, et non possibile, quarto in vero et bono datur aliquid, quod sit per se tale, quinto est intelligentia dirigens omnia ad finem.

* Pertinet ad bonitatem Dei permittere mala, ut colligat bonum ex his.

3. *De simplicitate Dei.*

1. *An Deus sit corporeus.* R'. Non, quia Deus movet, et non movetur, non est in potentia, est nobilissimus, et vivit.

2. *An in Deo sit compositio formae et materiae.* R'. Non, quia non esset purus actus, nec bonus per essentiam, et se ipso individuatur.

3. *An Deus sit idem quod sua essentia vel natura.* R'. Sic, quia est vivens, et vita: non est compositus ex materia et forma; in substantiis

separatis a materia, non differt suppositum a natura.

* Effectus, idest creaturae non repraesentant Deum perfecte.

4. *An in Deo sit idem essentia, et esse.* R'. Sic, quia esse non est causatum ab essentia, quia nihil producit suum esse; non ab alio, quia Deus est prima causa, esse est veluti actus essentiae, et sic essentia divina esset in potentia ad esse; et Deus est essentia sua, nec est ens per participationem.

* Esse cui non fit additio non est commune, sic Deus. Item esse Dei ut dicit actum essendi, nescitur, sicut essentia, ut dicit propositionem praedicati cum subiecto, scitur, quia scimus Deum esse.

5. *An Deus sit in genere aliquo.* R'. Non, quia Deus non est genus, vel species, nec reductive.

6. *An in Deo sint aliqua accidentia.* R'. Non, quia in Deo non est potentia, et Deus est suum esse, et quicquid est in Deo, est Deus.

7. *An Deus sit omnino simplex.* R'. Sic, secus non esset primum ens, quia compositum est post componentia, et Deus non habet causam adunantem, et ex quibus componitur, et est purus actus, et quicquid est in Deo, est Deus.

* In creaturis composita sunt meliora simplicibus, quia perfectio creaturae non est in una re simplici, non sic in Deo.

8. *An Deus veniat in compositionem aliorum.* R'. Non, quia Deus non est forma, nec materia alicuius, et est primum agens, et primum ens, sed Deus dicitur esse omnium exemplariter, et effective. Item simplicia diffe-

runt se ipsis, ut Deus, et materia prima, et non differentiis.

4. *De perfectione Dei.*

1. *An Deus sit perfectus.* R/. Sic maxime, quia maxime in actu, unde perfectio, et quia est primum principium.

* Perfectio in creaturis est, cui nihil deest de his, quae eis debentur.

2. *An in Deo sint perfectiones omnium rerum.* R/. Sic, sed eminentiori modo, quia est ipsum esse, et sic habet omnes perfectiones essendi, et effectus est nobiliori modo in causa efficienti quam in se.

* Non sunt in causa materiali. Item contraria in Deo existunt uniformiter, ut sunt unum in ipso.

3. *An aliqua creatura possit esse similis Deo.* R/. Sic, quia in effectu potest esse aliqua similitudo cum Deo, sed analogice, non secundum formam in specie vel genere.

* Creaturae sunt similes Deo secundum id quod imitantur Deum, dissimiles, quia nec in genere, nec in specie conveniunt, sed Deus non est similis creaturae, licet haec sit illi similis, quia inter creatorem et creaturam est relatio disquiparantiae.

5. *De bono in communi.*

1. *An bonum differat secundum rem ab ente.* R/. Non, sed ratione, quia bonum intrinsece includit perfectum, et actum, quod est ens, sed differt conceptu, quia addit appetibilitatem, et si est ultimate perfectum, est bonum

simpliciter; secus, est secundum quid. Item esse idem cum ente, non est forma, nec accidens, sed est ultimum esse accidentale.

2. *An bonum secundum rationem sit prius, quam ens.* R'. Ens est prius, quam bonum secundum rationem, quia prius cadit in intellectu, sed in causando bonum est prius ente, quia est causa finalis, et sic prima.

* Non ens ut aufert malum est appetibile.

3. *An omne ens sit bonum.* R'. Sic, quia est actu appetibile, ut sic.

* Ens mathematicum non est bonum, quia solum est in intellectu.

4. *An bonum habeat rationem causae finalis.* R'. Sic, quia appetibile. Item bonum est primum in causando, quia finis, et ultimum in essendo, quia prius est esse, quam esse perfectum.

* Pulchrum habet rationem formae, et respicit cognitionem, sed bonum habet rationem finis, et respicit appetitum, et est diffusivum sui ut finis movens.

5. *An ratio boni consistat in modo, specie et ordine.* R'. Sic, ut in numero, pondere et mensura.

6. *An bonum convenienter dividatur in honestum, et utile, et delectabile.* R'. Sic, et est analogi in analogata.

6. *De bonitate Dei.*

1. *An esse bonum Deo conveniat.* R'. Sic, quia est appetibilis ab omnibus, quia effectus appetit assimilari suae causae.

* Habere modum, speciem et mensuram convenit bono creato, sed haec in Deo sunt ut in causa.

2. *An Deus sit summum bonum.* R'. Sic, quia continet omnia bona. ut causa universalis, et eminentiori modo ut causa aequivoca.

* Ly summum addit relationem rationis, alia ab ipso deficiunt, etc. Deus comparatur aliis bonis per excessum, et ita non est in genere boni.

3. *An esse bonum per essentiam sit proprium Dei.* R'. Sic, quia esse, operatio et finis sunt idem cum essentia Dei.

* Unum cum dicat solam negationem divisionis, quaelibet res est una per essentiam, quod est ens rationis, sed non bona, quia res creatae non sunt ipsum esse, et essentia. Item bonitas dicitur ens bonum, quia per ipsam res est bona, vel ex eo quod actu est.

4. *An omnia sint bona bonitate divina.* R'. Ut a primo principio exemplari effectivo finali extrinseco sic, sed ut essentia, non sunt bona per esse divinum, sed per suum formaliter, et a sua forma; et sic plures bonitates, et Dei una.

7. *De infinitate Dei.*

1. *An Deus sit infinitus.* R'. Sic, quia est ipsum esse non receptum in aliquo, et infinitum, perfectum, et distinguitur ab aliis et alia ab illo, et licet sit hoc, et non aliud, tamen non est finitum.

2. *An aliquid aliud quam Deus possit esse infinitum per essentiam.* R'. Non, quia sunt ex alio, idest, a Deo.

* Deus non potest facere infinitum simpliciter, licet sit potentia in infinita, quia est contra rationem facti, cum esse rei factae non sit eius essentia. Item materia prima non est per se

ens, sed potentia tantum ad formas naturales, et ideo potius est concreata, quam creata. Item intellectus se extendit ad infinita, quia non est potentia recepta in materia, sed non est infinita simpliciter.

3. *An possit esse aliquid infinitum actu secundum magnitudinem.* ℟. Non, quia omne corpus habet superficiem finitam, determinata accidentia, et quantitatem, quae sequuntur formam finitam, et infinitum non haberet motum. Item licet infinitum non repugnet imaginationi in communi, tamen repugnat eius speciei ut bicubiti, et consequenter generi. Item tempus et motus non sunt secundum se tota in actu, sicut est magnitudo, ob quam causam non potest esse infinita.

4. *An possit esse infinitum in rebus secundum multitudinem.* ℟. Non, quia esset in aliqua specie numeri, et sic finita, sed in potentia potest dari ut divisibile in infinitum. Item ponere infinitum, opponitur cuilibet speciei multitudinis.

8. *De existentia Dei in rebus.*

1. *An Deus sit in omnibus rebus.* ℟. Sic, et intime, non ut pars, vel accidens, sed ut agens, quod in id agit, et operatur, et conservat esse rebus.

* Est tamen super omnia propter excellentiam naturae, et omnia sunt in Deo, quia continentur ab eo.

* In his quae non habent naturam corruptam, Deus dicitur esse simpliciter, sed in daemonibus cum additione, ut quaedam res sunt.

2. *An Deus sit ubique.* ℟. Sic, et ut in re, et

ut in loco, quia dat esse, virtutem, et operari etiam his, quae locum implent.

* Spirituale est in loco contactu suae virtutis, Deus non est, ut indivisibile, quod non potest esse in pluribus locis. Item Deus est in toto mundo, ut anima in toto homine; et sic ita est in uno loco, ut etiam sit extra illum.

3. *An Deus sit ubique per essentiam, praesentiam et potentiam.* ℟. Sic, quia omnia videt, gubernat et creat, sed specialiter per gratiam in homine ut amans in re amata.

* Non est per essentiam ut forma, sed ut causa essendi.

4. *An esse ubique sit proprium Dei.* ℟. Primo, et per se sic, quia nihil potest esse sine Deo.

* Totum corpus mundi est ubique secundum partes.

9. *De Immutabilitate Dei.*

1. *An Deus sit omnino immutabilis.* ℟. Sic, quia non dicit potentiam, sed est actus purus et simplex et infinitus.

2. *An esse immutabile sit proprium Dei.* ℟. Sic, quia alia aliquo modo mutantur, saltem loco, fine vel voluntate.

10. *De Aeternitate Dei.*

1. *An aeternitas sit tota simul interminabilis vita, et perfecta possessio.* ℟. Sic, quia est duratio perpetua et uniformis, idest, sine principio et fine.

* Simplicia explicamus per negationem, quia intellectus noster apprehendit composita.

2. *An Deus sit aeternus.* ℟. Sic, quia immu-

tabilis. Item est sua aeternitas, quia est suum esse, et est auctor nostrae aeternitatis.

3. *An esse aeternum sit proprium Dei.* R'. Sic, nam in aliis est aeternitas participative, vel per similitudinem.

4. *An aeternitas differat ab aevo et tempore.* R'. Sic, quia tempus habet prius et posterius, aevum non habet, sed ei coniungi possunt, et sic est medium, sed aeternitati, non. Item aevum habet principium, et non finem; tempus utrumque.

5. *De differentia aevi et temporis.* R'. Aevum est medium inter aeternitatem et tempus, ut in ar. 4.

6. *An sit unum aevum tantum.* R'. Sic, sicut tempus. Item aeva sumpta pro seculo sunt plura.

11. *De unitate Dei.*

1. *An unum addat aliquid supra ens.* R'. Non, nisi negationem divisionis, et convertitur cum ente, quia est ens indivisum.

* Cum dicitur ens est unum, non est negatio, quia differunt ratione. Item ens unum potest dividi in multa secundum quid, ut in partes.

2. *An unum, et multa opponantur.* R'. Sic per divisibilitatem, et indivisibilitatem, quia est principium numeri, et sic mensura opponitur mensurato. Item ut privatio multitudini. Ens est unum simpliciter, et multa secundum quid, idest, per accidens. Item multitudo componitur ex unitatibus, non ut secundum negationes; et sic non ex opposito, sed ut res sunt. Item unum opponitur multo et non pauco. Divisio est prior unitate secundum apprehensionem, sed prius est ens.

3. *An Deus sit unus.* R'. Sic, quia idem est Deus, et id per quod est hic Deus. Item quia est infinite perfectus. Item quia est una causa ordinis omnium rerum.

* Unum quod est principium numeri, non dicitur de Deo, sed ut convertitur cum ente, vel ut dicit negationem, quia per negationem melius Deum cognoscimus.

4. *An Deus sit maxime unus.* R'. Sic, quia est maxime ens, et indivisus, quia est ipsum ens, et omnino simplex.

* Privatio suscipit magis, et minus ratione suppositi, non ex se. Item puncta, et unitas, habent esse in subiecto, ideo non maxime unum. Omne ens est unum per substantiam, quae varie se habet, ideo quaelibet res non est maxime una.

12. *Quomodo Deus a nobis cognoscatur.*

1. *An aliquis intellectus creatus possit videre Deum per essentiam.* R'. Sic in patria, quia Deus est maxime ens cognoscibile; secus vel homo non posset esse beatus, vel beatitudo consisteret in aliquo alio, quod est contra fidem, et appetitus hominis esset vanus.

* Non potest videri viribus naturae. Item non comprehendi. Item infinitum ut actus, est per se notum, non ut materia, inter Deum et creaturam est proportio, ut inter causam et effectum, et sic potest cognosci.

2. *An essentia Dei ab intellectu creato videatur per aliquam similitudinem.* R'. Ex parte rei vice, quae essentiam repraesentet, non, quia superior non videtur per species inferiores, et

tabilis. Item est sua aeternitas, quia est suum esse, et est auctor nostrae aeternitatis.

3. *An esse aeternum sit proprium Dei.* ℟. Sic, nam in aliis est aeternitas participative, vel per similitudinem.

4. *An aeternitas differat ab aevo et tempore.* ℟. Sic, quia tempus habet prius et posterius, aevum non habet, sed ei coniungi possunt, et sic est medium, sed aeternitati, non. Item aevum habet principium, et non finem; tempus utrumque.

5. *De differentia aevi et temporis.* ℟. Aevum est medium inter aeternitatem et tempus, ut in ar. 4.

6. *An sit unum aevum tantum.* ℟. Sic, sicut tempus. Item aeva sumpta pro seculo sunt plura.

11. *De unitate Dei.*

1. *An unum addat aliquid supra ens.* ℟. Non, nisi negationem divisionis, et convertitur cum ente, quia est ens indivisum.

* Cum dicitur ens est unum, non est negatio, quia differunt ratione. Item ens unum potest dividi in multa secundum quid, ut in partes.

2. *An unum, et multa opponantur.* ℟. Sic per divisibilitatem, et indivisibilitatem, quia est principium numeri, et sic mensura opponitur mensurato. Item ut privatio multitudini. Ens est unum simpliciter, et multa secundum quid, idest, per accidens. Item multitudo componitur ex unitatibus, non ut secundum negationes; et sic non ex opposito, sed ut res sunt. Item unum opponitur multo et non pauco. Divisio est prior unitate secundum apprehensionem, sed prius est ens.

3. *An Deus sit unus.* R'. Sic, quia idem est Deus, et id per quod est hic Deus. Item quia est infinite perfectus. Item quia est una causa ordinis omnium rerum.

* Unum quod est principium numeri, non dicitur de Deo, sed ut convertitur cum ente, vel ut dicit negationem, quia per negationem melius Deum cognoscimus.

4. *An Deus sit maxime unus.* R'. Sic, quia est maxime ens, et indivisus, quia est ipsum ens, et omnino simplex.

* Privatio suscipit magis, et minus ratione suppositi, non ex se. Item puncta, et unitas, habent esse in subiecto, ideo non maxime unum. Omne ens est unum per substantiam, quae varie se habet, ideo quaelibet res non est maxime una.

12. *Quomodo Deus a nobis cognoscatur.*

1. *An aliquis intellectus creatus possit videre Deum per essentiam.* R'. Sic in patria, quia Deus est maxime ens cognoscibile; secus vel homo non posset esse beatus, vel beatitudo consisteret in aliquo alio, quod est contra fidem, et appetitus hominis esset vanus.

* Non potest videri viribus naturae. Item non comprehendi. Item infinitum ut actus, est per se notum, non ut materia, inter Deum et creaturam est proportio, ut inter causam et effectum, et sic potest cognosci.

2. *An essentia Dei ab intellectu creato videatur per aliquam similitudinem.* R'. Ex parte rei viae, quae essentiam repraesentet, non, quia superior non videtur per species inferiores, et

nulla creatura potest repraesentare essenti
Dei, et esset visio aenigmatica; sed ex parte
tellectus videntis est aliqua similitudo, quia
tellectus creatus est similitudo participata D

* Erimus similes Deo in visione per parti
pationem luminis gloriae, non per similitu
nem aliam. Item divina essentia unitur inte
ctui se ipsa in ratione speciei, et facit int
lectum in actu, non tamen informando.

3. *An divina essentia possit videri oculis c
poralibus.* R'. Non, quia incorporea, sed oc
mentis, vel visione imaginaria.

4. *An aliquis intellectus creatus per sua na
ralia divinam essentiam videre possit.* R'. N
quia excedit modum naturalem cognosce
solus Deus potest cognoscere quod est pe
subsistens, et est suum e se.

* Angelus cognoscit Deum per similitu
nem, quae est in se ipso, non cognoscit
essentiam, et sic naturaliter non videt De
sed intellectus per gratiam elevatur.

5. *An intellectus creatus ad videndum Dei
sentiam indigeat aliquo lumine creato.* R'.
quia eget dispositione supranaturali, quod
men gloriae dicitur, et quo fit similis Deo,
non videt Deum in lumine, ut in medio, sed
medium sub quo videtur Deus, et sic imme
te. Item lumen licet sit quid creatum, non
men est naturale homini, ideo facit creatu
deiformem.

6. *An unus perfectius alio videat Dei essenti
R'.* Sic, quia lumen datur pro quantitate cl
tatis; qui habet plus charitatis, perfectius vi

* Unus non potest plus altero intelligere,

tellige ex parte rei intellectae, non ex parte modi.

7. *An videntes Deum per essentiam, ipsum comprehendant.* R. Non, quia non cognoscunt ut cognoscibilis est, idest, infinite, quia lumen est finitum.

* Deus comprehenditur attingendo, et possidendo, non continendo: est enim incomprehensibilis, non quod aliquid lateat, cum sit simplex, sed quia non perfecte cognoscitur. Item totaliter dicit modum obiecti, et non modum videntis, idest, cognoscitur quod sit infinite cognoscibilis.

8. *An videntes Deum per essentiam omnia in Deo videant.* R. Non, quia Angeli inferiores purgantur a superioribus. Item non vident, quae potest facere, non contingentia, nec cogitationes cordis, secus comprehenderetur Deus. Item quanto per se quisque est beatior, tanto plura videt in Deo eorum, quae facit, vel potest facere, nec pertinet ad beatitudinem essentialem, licet ex parte obiecti, idest Deus posset omnia repraesentare, et sic esset quid maius videre Deum et omnia in eo.

9. *An beatus ea quae videt in Deo, videat per aliquam similitudinem.* R. Non, sed per essentiam Dei, sicut unica specie videtur speculum, et quae in eo apparent, sed omnia videntur in Deo, ut in speculo, prout sunt similitudines in Deo.

* Paulus videns essentiam Dei formavit in intellectu similitudines rerum, quas viderat, quae remanserunt, et haec est alia visio.

10. *An videntes Deum per essentiam, simul videant omnia, quae in ipso sunt.* R. Sic, quia

Quoad id, ad quod est impositum, est naturae, quoad id, unde impositum, est operationis, quia Deus significat providentiam, et ideo tribuitur providenti, et omnia nomina Dei sumuntur ab effectis Dei. Item nomen Deus repraesentat nobis essentiam divinam, eo modo, quo a nobis cognoscitur.

9. *An nomen Deus sit communicabile.* R'. Proprie non, quia est impositum ad significandum naturam divinam immultiplicabiliter secundum rem ad extra, sed est communicabile secundum similitudinem et opinionem. Item Deus secundum esse, non est universalis, nec particularis, et nomina non sequuntur modum essendi, ut est in rebus, sed ut est in nostra cogitatione.

10. *An hoc nomen Deus dicatur univoce de Deo per participationem secundum naturam, et secundum opinionem.* R'. Non, sed analogice, quia non est eadem ratio omnium; ideo non univoce, nec habet rationem omnino diversam, et sic non aequivoce, sed per similitudinem.

11. *An hoc nomen, qui est, sit maxime proprium nomen Dei.* R'. Sic, quia significat ipsum esse, et sic essentiam solius Dei.

* Licet quantum ad id, a quo est impositum, idest ab esse, sit maius; tamen quantum ad id, ad quod imponitur ad significandum, est magis proprium, Deus, quia essentia. Item non est opus ut nomina Dei importent ordinem ad creaturas, sed satis est si imponatur a perfectionibus natis a Deo in creaturas.

12. *An propositiones affirmativae possint formari de Deo.* R'. Sic, et multae sunt de fide.

* Intelligere simplicia modo composito, sed non quod illa sint composita, non est intelligere rem falso modo, quia est alius modus rei in essendo, alius in intelligendo.

14. *De scientia Dei.*

1. *An in Deo sit scientia.* R. Sic, et perfectissime, quia est summe immaterialis: quae in Deo non est actus, sed substantia, et sic perfectio scientiae remotis imperfectionibus; et sic non est per modum conclusionis, non est universalis, nec particularis, non habitu, vel potentia, sed altiore modo se habet, cum sit in sciente per modum ipsius.

2. *An Deus se intelligat.* R. Sic, idest, se per se, quia est idem intellectus, et id quod intelligitur; et species est essentia divina, non est potentia.

3. *An Deus se comprehendat.* R. Sic, quia se cognoscit, ut cognoscibile est, idest, nil sui eum latet.

4. *An intelligere Dei sit eius substantia.* R. Sic, secus esset in potentia. In Deo intellectus, id quod intelligitur, species intelligibilis, et intelligere sunt unum et idem, et non est accidens; intelligere divinum, est sui ipsius, et non alterius, ideo non itur in infinitum.

5. *An Deus cognoscat alia a se.* R. Sic, quia cognoscit se perfecte, ergo et virtutem suam, ergo et ea, ad quae se extendit. Item cognoscit alia non illis, sed se ipso per propriam et adaequatam speciem. Item non perficitur Deus cognitione rerum, quia sua cognitio est Deus.

6. *An Deus cognoscat alia a se propria cogni-*

tione. R'. Sic, quia cognoscit ea, ut inter se distinguuntur, et quia continet in se perfecte omnia.

7. *An scientia Dei sit discursiva.* R'. Non, quia cognoscit omnia simul nec unum cognoscit per aliud, quia videt omnia in uno, et omnes effectus in se, seu in essentia, ut in causa, sed non cognoscit per causam, nec ex cognitione causae cognoscit effectus, ut nos.

8. *An scientia Dei sit causa rerum.* R'. Sic, sed adiuncta voluntate, et sic dicitur scientiæ approbationis, ut est causa rerum.

* Cum dicitur Deus cognoscit aliqua quia futura sunt, intelligitur si futura sunt cognoscit. Item scientia Dei est causa rerum, non ut sint ab aeterno. Item scientia Dei, quae est prior, est mensura rerum, sed res sunt mensura nostrae scientiae, quae est posterior.

9. *An Deus habeat scientiam non entium.* R'. Sic, ut quae non sunt actu, sed quae aliquo modo sunt, ut in potentia Dei, vel creaturae. Item in Deo eorum quae non sunt actu, sed fuerunt, vel erunt, est scientia visionis, quia sunt praesentia Deo, cuius intuitus fertur in omne tempus: quae vero non sunt, vel fuerunt, nec erunt, est scientia simplicis intelligentiae, quia sunt in sola Dei intelligentia, et non videntur, sed intelliguntur.

* Quae scit, non habent esse, nisi Deus velit illa esse.

10. *An Deus cognoscat mala.* R'. Sic, sed per bona, quia esse mali est privatio boni, cum cognoscat perfectionem sui effectus.

11. *An Deus cognoscat singularia.* R'. Sic, quia

hoc est perfectio, et quia scientia Dei creat singularia per suam essentiam.

12. *An Deus possit cognoscere infinita.* ℟. Sic, quia sunt in potentia, ut cogitationes hominum, non successive, sed simul.

13. *An scientia Dei sit futurorum contingentium.* ℟. Sic, non solum ut sunt in causa quae est ad opposita, sed ut sunt in se ipsis, idest in actu, et cognoscit ea simul, quia cognitio Dei est simul, et respicit omne tempus.

* Si Deus scivit futurum est, est propositio necessaria, non contingens, idest, ut visum est a Deo, seu in actu, non simpliciter respectu causae, vel in se, et est vera in sensu composito, non in diviso.

14. *An Deus cognoscat enunciabilia.* ℟. Sic, quia cognoscit quae sunt in potentia sua, et creaturarum, ut propositiones in homine, et cognoscit simplici intuitu, quia repraesentantur in unica essentia divina sicut per unam speciem, et non componit.

15. *An scientia Dei sit variabilis.* ℟. Non, quia est eius substantia.

* Scientia Dei dicit relationem ad creaturas, ut sunt in Deo, et non refert si fiat mutatio in creaturis, ut sunt in se. Item Deus non potest scire plura, quam scit. Item Deus scit quae potest facere, et non facit, et si plura faceret esset mutatio in scientia visionis, et non in scientia simpliciter. Item Christus nascitur, est nasciturus, natus est, non significant idem; et Deus semper cognoscit, ut sunt per suam essentiam, nec mutat opinionem.

16. *An Deus de rebus habeat scientiam specu-*

lativam. R/. Sic, quia est perfectior, habet etiam practicam, vel in modo, etc.

15. *De ideis.*

1. *An ideae sint*. R/. Sic, quia mundus non est factus a casu, sed a Deo intelligente, qui non agit, nisi in eo sit similitudo finis, et ista forma est necessaria, vel ut exemplar, vel ut principium cognitionis.

* Et in Deo haec idea est essentia divina respectu aliorum, quae est similitudo omnium, nec ponitur aliud principium operandi in Deo.

2. *An sint plures ideae*. R/. Sic, quia ordo universi requirit multas ideas, nec tollunt simplicitatem Dei, quia ideae sunt in Deo ut res intellectae, non ut formae per quas intelligat, et Deus simplex potest multa intelligere, et Deus cognoscendo suam essentiam participabilem secundum varios modos similitudinis format varias ideas.

* Idea non nominat essentiam, ut sic, sed ut est similitudo, vel ratio multorum, et est ut id quod Deus intelligit, vel ut quo, idest sapientia, et Deus unico actu intelligit multa, ut intellecta, et causantur ab intellectu divino comparante essentiam, ad res, et non a rebus; et respectus multiplicantes ideas non sunt reales.

3. *An omnium quae cognoscit Deus sint ideae*. R/. Omnium, vel per modum practicum, vel speculativum.

16. *De veritate.*

1. *An veritas sit tantum in intellectu*. R/. Principaliter in intellectu, secundario in re, ut habet ordinem ad intellectum in esse. Veritas est

adaequatio rei, et intellectus. Item res est vera per comparationem ad intellectum divinum, non ad nostrum.

2. *An veritas sit in intellectu componente et dividente.* R'. Sic, quia solum componendo et dividendo intellectus fit conformis cum re cognita.

3. *An verum, et ens convertantur.* R'. Sic, ut bonum, et ens, sed verum, ut est in rebus convertitur secundum substantiam, ut est in intellectu convertitur, ut manifestativum cum manifestato. Item verum fundatur semper in ente, saltem rationis.

4. *An bonum secundum rationem sit prius quam ens.* R'. Non, sed veri ratio est prior, ut in mathematicis est ratio veri et non boni. Item respicit esse, et bonum perficit.

5. *An Deus sit veritas.* R'. Sic, imo prima et summa, quia est suum esse, et intelligere sine compositione.

6. *An sit una sola veritas secundum quam omnia sunt vera.* R'. Ut est in intellectu est multiplex, ut est in rebus reducuntur ad unam primam veritatem tanquam analoga, idest, ad intellectum divinum.

7. *An veritas creata sit aeterna.* R'. Non, quia nullus intellectus creatus est aeternus, nisi ut est in Deo.

8. *An veritas nostri intellectus sit mutabilis.* R'. Intellectus divini, non, nostri, sic, quia potest post verum, falsum intelligere.

17. *De falsitate.*

1. *An falsitas sit in rebus.* R'. Primo est in intellectu sicut veritas, quia opposita, sed in

re non est nisi in ordine ad intellectum. Item respectu ad intellectum divinum in naturalibus, non est falsitas, quia pendent in omnibus ab eo, respectu nostri potest esse falsitas per accidens, sed in voluntariis, quando homo subducit se ab ordinatione divina, dicitur falsa, ut peccata falsa.

2. *An sit falsitas in sensu.* R'. Sic, ut in apprehendente, non quantum ad sentire, sed quantum ad rem apprehensam, et est proprie phantasiae, et non sensus falsitas. Item quae oritur ex compositione, non est in sensu, sed in intellectu.

3. *An falsitas sit in intellectu.* R'. Non, in simplici nisi per accidens, sed in componente et dividente.

4. *An verum et falsum sint contraria.* R'. Sic, sed non negative, vel privative, sed contrarie. Item Deo in se considerato nihil est contrarium, sed secundum modum nostrum, et sic idola dicuntur falsi Dii.

18. *De vita Dei.*

1. *An omnium rerum naturalium sit vivere.* R'. Quae se movent, vivunt, alia nonnisi per similitudinem.

2. *An vita sit quaedam operatio.* R'. Vita proprie est substantia, quae se movet, minus proprie est operatio.

3. *An Deo conveniat vita.* R'. Sic, et perfecte, quia perfecte se movet, v. g. se intelligit, et vivere est essentia Dei.

4. *An omnia sint vita in Deo.* R'. Omnia ut intellecta sunt vita Dei. Item secundum esse

simpliciter sunt verius in Deo, quam in se, quia est esse increatum, sed secundum esse tale, idest, naturale, verius sunt in se, ut domus Item mala non sunt vita.

19. *De voluntate Dei.*

1. *An in Deo sit voluntas.* R. Sic, quia est intellectus, ergo et appetitus, seu inclinatio, et Deus est sibi finis respectu omnium. Amat quod habet, cum eo delectatur, nec movetur ab alio.

2. *An Deus velit alia a se.* R. Sic, ut aliis se communicet et vult se ut finem, et alia ut ad finem.

* Item essentia Dei, et velle sunt idem, differunt ratione. Item ut Deus velit alia a se, voluntas eum movet, et vult alia pro sua bonitate infinita. Item velle divinum est unum, quia vult multa propter unum, idest suam bonitatem.

3. *An quicquid Deus vult, velit ex necessitate.* R. Se, et suam bonitatem vult necessario; alia vero non nisi ex suppositione. Item quod non velit aliqua necessario, non est ex defectu voluntatis, sed creaturae, quia sine his voluntas est perfecta.

* Cognoscit omnia necessario.

4. *An voluntas Dei sit causa rerum.* R. Sic, quia agit per intellectum et voluntatem, et non ex necessitate naturae, quia crearet infinitum, sed finite, quia voluntas determinat.

5. *An voluntatis divinae sit assignare aliquam causam.* R. Non, quia nil est maius voluntate Dei. Item unico actu vult finem, et media. Ergo non habet causam. Item Deus vult hoc esse propter hoc, sed non propter hoc, vult hoc.

6 *An voluntas Dei semper impleatur.* R'. Sic, quia est causa universalis, et quod recedit a voluntate Dei secundum unum ordinem, v. g. praecepti, peccans incidit in alium ordinem, idest iustitiae.

* Vult omnes salvos fieri, idest, electos, vel de omni statu, vel voluntate antecedenti. Item causa universaliter prima, idest Deus, non potest impediri a secunda. Item Deus vult omne bonum, idest, se, non alia, simpliciter.

7. *An voluntas Dei sit mutabilis.* R'. Non, quia Dei substantia et scientia est immutabilis, sed potest velle mutationem aliquarum rerum.

* Deum poenitet metaphorice ratione effectus. Item multa possunt fieri per primam causam, quae non erunt per secundam. Item Deum velle, non est necessarium absolute, sed ex suppositione, quia voluntas est immutabilis.

8. *An voluntas Dei imponat necessitatem rebus volitis.* R'. Non omnibus; sed aliquibus, quia voluntas Dei efficax concurrit, non solum ad rem, sed ad modum essendi, idest, vel necessarium, vel non, quia sic requirit ordo universi. Item quod aliqua sint necessaria, aliqua contingentia non reducitur ad causas secundas, quia possent impediri. Item voluntas Dei ponit necessitatem conditionalem rebus.

9. *An voluntas Dei sit malorum.* R'. Deus nullo modo vult malum culpae, quia opponitur suae bonitati: malum naturae, seu poenae, vult per accidens quia vult iustitiam. Item Deus permittit, sed non vult fieri, vel non fieri.

10 *An Deus habeat liberum arbitrium.* R'. Sic, quia non vult ex necessitate alia esse, non

tamen habet ad rationem peccandi, sed ad opposita, idest, potest Deus velle hoc esse, vel non esse.

11. *An in Deo sit distinguenda voluntas signi a voluntate simpliciter, seu beneplaciti.* R'. Sic, licet sit una voluntas, sed signi est metaphorice; beneplaciti est simpliciter voluntas. Item voluntas signi non est signum, quod Deus velit, sed quae in nobis sunt signa volendi in Deo dicuntur divinae voluntates; ut punitio in nobis est signum irae, in Deo ira.

12. *An in Deo convenienter ponantur quinque signa circa divinam voluntatem.* R'. Sic, quia nos quinque signis utimur. Primo cum directe operamur, operatio est signum. Secundo cum non impedimus, est permissio. Tertio cum praecipimus, est praeceptum. Quarto cum prohibemus, prohibitio. Quinto cum suademus, consilium.

20. *De amore Dei.*

1. *An in Deo sit amor.* R'. Sic, quia est voluntas, cuius primus actus tendens in bonum secundum se est amor.

* Deus amat bonum, quod sibi vult amore unitivo: sed alia quibus vult bonum, quod ad se refert, concretivo.

2. *An Deus omnia amet.* R'. Sic, quia omnibus vult bonum, et amando infundit bonitatem rebus.

* Deus ab aeterno amavit res, quae per similitudines erant in Deo. Item creaturas irrationales Deus amat amore concupiscentiae, quia eas dirigit ad rationales, et ad se; rationales amicitiae, quia possunt reamare. Item idem pot-

est amare, et odio habere diversa ratione, ut peccator.

3. *An Deus aequaliter diligat omnia.* R'. Ex parte actus amandi aequaliter, quia semper idem; sed ex parte boni voliti amato, aliqua magis amat. Hinc unum melius altero, quia amor est causa boni; licet amor ut est essentia Dei non sit maior, vel minor, et aequali cura omnia gubernat, idest sapientia et bonitate.

4. *An Deus semper magis amet meliora.* R'. Sic, quia eis vult maius bonum, idest causat.

* Deus magis amavit Christum, quam genus humanum, vel totum mundum, quia licet Christus sit datus pro genere humano, tamen ex hoc evasit gloriosus. Item Deus magis amat naturam humanam unitam Christo, quam Angelos, quia melior, sed non eam assumpsit, quia melior, sed quia magis indigebat. Item qui habet maiorem gratiam, est magis dilectus, quam poenitens. Item est praesumptio iudicare quis plus amatur a Deo.

21. *De iustitia et misericordia Dei.*

1. *An in Deo sit iustitia.* R'. Est distributiva dans omnibus secundum dignitatem; non commutativa, quia a nullo accipit.

2. *An iustitia Dei sit veritas.* R'. Sic, quia omnia ordinat secundum suam sapientiam, quae est regula, et dicitur veritas.

3. *An misericordia competat Deo.* R'. Sic secundum affectum, non secundum passionem. Item haec est iustitiae plenitudo, et non e contra.

4. *An in omnibus operibus Dei sit misericordia et iustitia.* R'. Sic, quia semper est effectus bonitatis Dei et iustum.

22. *De providentia Dei.*

1. *An providentia Deo conveniat.* R'. Sic, quia ratio ordinis rerum in finem, quae est providentia, est in mente Dei. Item in Deo non est providentia respectu sui ipsius, quia in eo nihil est ordinabile in finem, cum sit finis omnium.

* Deus non consiliat in dubiis, sed praecipit ad finem. Item ratio ordinis est aeterna, sed executio in tempore, idest gubernatio.

2. *An omnia sint subiecta divinae providentiae.* R'. Sic, et in particulari.

* Casus, et fortuna est respectu causae particularis, et non universalis, idest, Dei, quem nihil potest subterfugere, qui permittit mala, ne bonum impediatur totius. Item se extendit ad necessaria. Item ad opera libera hominis. Item specialius providet de hominibus, quam de bobus, etc.

3. *An Deus immediate omnibus provideat.* R'. Sic, ut est ordo immediate rerum ad finem, sed ut est executio ordinis, facit per media, quae est gubernatio, et hoc non ex necessitate, sed ex sua bonitate communicat.

4. *An providentia imponat necessitatem rebus provisis.* R'. Non omnibus, sed necessariis necessario, contingentibus contingenter, quia perfectio universi requirit omnes gradus entium, et providentia Dei non corrumpit naturas rerum, et tamen providentia Dei nunquam frustratur, et ordo est immobilis etiam, ut aliquae res contingenter eveniant.

23. *De praedestinatione.*

1. *An omnes praedestinentur a Deo.* R'. Sic. quia destinat homines ad finem supranaturalem ultimum. Angeli fuerunt praedestinati. Item praedestinatio non est revelanda praedestinatis, ne fiant negligentes, et praesciti desperent.

2. *An praedestinatio aliquid ponat in praedestinato.* R'. Non, quia est pars providentiae, quae est ratio in providente, sed executio, quae dicitur vocatio, et magnificatio, passive est in praedestinatis, active in Deo, ut in gubernatore.

3. *An Deus aliquem hominem reprobet.* R'. Sic, quia est divinae providentiae aliquos a suo fine, idest, beatitudine deficere, quod est reprobare. Item reprobare non est sola praescientia, sed dicit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, et inferendi poenam damnationis, sicut praedestinatio includit voluntatem dandi gratiam et gloriam.

* Deus amat omnes quoad aliquod bonum, non quoad omne bonum. Item praedestinatio est causa gloriae, et mediorum, reprobatio non est causa culpae, sed derelictionis a Deo, et poenae futurae, culpa est a nobis. Item reprobus non potest salvari, est impossibilitas conditionalis, non absoluta; et contra praedestinatus non potest damnari.

4. *An praedestinati eligantur a Deo.* R'. Sic, quia vult eis finem, ergo eligit ab aliis, et amat. Item in Deo dilectio causat bonum, et praecedit electionem; in nobis contra, praecedit electio amorem, quia diligimus ex bono praeexistenti.

* Communicatio bonitatis divinae in commune fit sine electione, sed communicatio huius boni non est sine electione. Item praedestinatio est ab aeterno, et eorum quae non erant electio. Item Deus vult omnes salvos fieri antecedenter, non consequenter.

5. *An praescientia meritorum sit causa praedestinationis.* R'. Non, sed totum quod est a nobis in bono usu gratiae est effectus praedestinationis, sive sint merita praecedentia, sive subsequentia. Item unus effectus praedestinationis potest esse causa alterius effectus. Item non est ratio in creatura, cur hos eligat, illos non, licet manifestetur iustitia et misericordia Dei, nec est iniquitas in Deo, quia effectus praedestinationis, non ex debito, sed ex gratia datur.

6. *An praedestinatio sit certa.* R'. Sic, idest, certissime consequitur suum effectum, nec ideo imponit necessitatem, quae est pars providentiae, quae (ut dixi) non imponit necessitatem causis liberis proximis.

* Praedestinatus potest mori in peccato mortali, sed non ut praedestinatus: est enim impossibile; sic potest amittere coronam ex merito gratiae, non ex praedestinatione. Item in sensu composito Deus non potest non praedestinare quem praedestinavit, licet absolute posset.

7. *An numerus praedestinatorum sit certus.* R'. Deo est certus, quia facit ad bonum universi, secus praedestinatio esset incerta: imo et corruptibilium est certus numerus soli Deo cognitus. Item pauciores salvantur, quia beatitudo excedit statum communem naturae, praesertim

corruptae per peccatum originale, et in hoc apparet magna misericordia Dei, quod aliquos erigat, a qua plurimi decidunt.

8. *An praedestinatio possit iuvari precibus sanctorum.* R. Quoad effectum sic, et Deus praevidit, non aliter, sed non iuvatur ordinatio Dei. Item quoad effectum non potest impediri, quia causae secundae non agunt ultra ordinem causae primae.

24. *De libro vitae.*

1. *An liber vitae sit idem quod praedestinatio.* R. Sic, et est metaphora, sicut electi milites scribuntur in libro. Item reproborum non est liber mortis, quia reiecti non scribuntur in libro. Item liber vitae differt a praedestinatione, ratione, quia importat notitiam praedestinationis.

2. *An liber vitae sit solum respectu vitae gloriae.* R. Sic, quia praedestinatio respicit finem, sed gratiam ut ordinatur ad gloriam.

3. *An aliquis deleatur de libro viventium.* R. Praedestinati non; praesciti, qui sunt in gratia et in libro vitae, secundum quid, sic.

25. *De divina potentia.*

1. *An in Deo sit potentia.* R. Est activa, non passiva, quia est actus perfectus, et actus huius potentiae est essentia Dei, nec dividitur a potentia: haec potentia est principium effectus, et non actionis, quia actio est ipsa Divina essentia. Item non distincta a scientia et voluntate, nisi ratione principii.

2. *An potentia Dei sit infinita.* R. Sic, quia essentia agens est infinita. Item haec potentia

non ordinatur ad finem, sed ipsa potius est finis.

3. *An Deus sit omnipotens.* R'. Sic, quia essentia infinita. Item contradictoria non possunt fieri, quia sunt non entia.

4. *An Deus possit facere, quod praeterita non fuerint.* R'. Non, quia est contradictio. Item Deus potest auferre omnem corruptionem a muliere corrupta, sed non quod non fuerit corrupta.

5. *An Deus possit facere quae non facit.* R'. Sic, imo de potentia absoluta potest facere quae non praesciverit se facturum, sed non faciet.

6. *An Deus possit facere meliora quae fecit.* R'. Substantialiter non, quia species sunt ut numeri, accidentaliter sic. Item potest alias res his meliores facere. Item humanitas Christi, fruitio Dei, beata Virgo Mater Dei non potest fieri melior, quia propter Deum, et habent quandam dignitatem infinitam.

26. *De divina beatitudine.*

1. *An beatitudo Deo competat.* R'. Sic, quia est perfectissimus, et intelligens, simplex, et sine merito.

2. *An Deus dicatur beatus secundum intellectum.* R'. Sic, quia operatio intellectus est perfectissima, et in Deo differt ratione, non re.

3. *An Deus sit beatitudo alicuius beati.* R'. Obiective sic, sed Deus est beatitudo formalis sui ipsius, quia actus intelligendi est increatus.

4. *An in Dei beatitudine includatur omnis beatitudo.* R'. Sic, eminenter.

DE TRINITATE

27. *De processione divinarum personarum*

1. *An processio sit in divinis.* R. Sic, per emanationem interiorem ab intra, sicut intellectus humanus intelligens producit aliquod intra se procedens ex vi intellectionis, quod est verbum cordis, et sic Filius, et Spiritus sanctus non sunt tanquam effectus a causa, quia non esset Deus, contra Arium, nec ut causa procedit in effectum contra Sabellium.

* Quod procedit ab extra debet esse diversum, sed non quod ab intra, imo quanto perfectius procedit, tanto magis est unum cum eo, a quo procedit, ut in Deo infinite.

2. *An aliqua processio in divinis dicatur generatio.* R. Sic, illa Filii, quia procedit a principio coniuncto vitali per modum intelligibilis actionis, secundum rationem similitudinis; nam conceptio intellectus est similitudo rei intellectae in eadem natura, et ideo est idem esse, et intelligere; et haec generatio in Deo non dicit mutationem, ut in creaturis, et Verbum Dei est ipsa substantia Dei; ideo Filius, non sic nostrum.

3. *An in divinis praeter generationem Verbi sit alia processio.* R. Sic, Spiritus sancti, qui est alius a Filio secundum actionem immanentem voluntatis secundum quam amatum est in amante, sicut intellectum in intelligente, licet aliae naturae creatae habeant unum modum tantum communicandi; non sic Deus, quia quicquid est

in Deo, est Deus, et sic per quamlibet processionem ab intra communicatur divina natura.

* Licet in Deo intellectus et voluntas sint idem, sed quia amor non procedit nisi a conceptione intellectus, ideo processio amoris habet distinctionem ordinis, vel originis a processione verbi in Divinis.

4. *An processio amoris in divinis sit generatio.* R. Non, quia in ea non attenditur processio similitudinis, sed impellentis in rem volitam.

* Spiritus sanctus procedit in similitudine naturae, quia est unum cum natura divina, sed non ex vi processionis. Item dicitur spiratio, quia est processio spiritus.

5. *An in Deo sint plures processiones quam duae.* R. Non, quia duae tantum actiones immanentes, intelligere, et velle, nec est verbum ex verbo.

28. *De relationibus divinis.*

1. *An in Deo sint aliquae relationes reales.* R. Sic, secus Pater et Filius non distinguerentur realiter, sed ratione tantum; quae est haeresis Sabellii. Item quando respectus unius ad alium est in natura rei, est relatio realis, ut quando quid procedit a principio eiusdem naturae, ita ut procedens, et id, a quo procedit sint eiusdem ordinis, ut in divinis. Item quando respectus est tantum in ipsa apprehensione rationis conferentis unum alteri, est relatio rationis tantum.

* Ad aliquid in Deo non praedicatur secundum rationem inhaerentiae, quia nihil in Deo inhaeret, sed per modum ad aliud se habentis, et sunt in eadem substantia. Item in Deo non

est relatio realis ad creaturas, sed est realis creaturae ad Deum.

2. *An relatio in Deo sit idem quod sua essentia.* R'. Sic realiter, quia relatio ut est accidens habet inesse subiecto sicut accidentia; ut relatio proprie, et formaliter refertur ad aliud sed in Deo non est accidens in subiecto, et sic habet esse essentiae, et non differt ab ea realiter, sed differt ab essentia, ratione, quia relatio dicit respectum ad suum oppositum, essentia vero, non, quae cum sit infinita non potest comprehendi aliquo nomine.

3. *An relationes, quae sunt in Deo realiter ad invicem distinguuntur.* R'. Sic, non secundum rem absolutam, idest, essentiam, sed secundum rem relativam, secus non esset Trinitas realis, et ubi sunt relationes realiter oppositae ibi est distinctio realis relative.

* Quae uni eidem sunt, eadem sunt et inter se, quando re, et ratione, sed non sic relationes in Deo. Item bonitas, et potentia non opponuntur, ergo non distinguuntur.

4. *An in Deo sint quatuor relationes reales, Paternitas, Filiatio, Spiratio, Processio.* R'. Sic, quia duae processiones ab intra, et in qualibet duo opposita; nam ex operatione ad extra non surgit relatio realis in Deo.

* In Deo intellectus, et intellectum, voluntas, et volitum, sunt unum et idem, et inter haec non possunt esse relationes reales, in nobis sic. Item in nobis actus intellectus multiplicantur in infinitum, etiam relationes intellectae. In Deo, non, qua unico actu omnia intelligit.

29. *De personis divinis.*

1. *De definitione personae.* R'. Persona est rationalis naturae individua substantia. Nam licet particulare reperitur in quolibet genere, tamen individuum reperitur specialius in genere substantiae, sic hypostasis, quia prima substantia individuatur per se ipsam, accidens per subiectum, sed individuum specialius, et perfectius est in substantia rationali, et dicitur persona.

*Anima separata non potest dici hypostasis, seu substantia individua, quia est pars speciei.

2. *An persona sit idem quod hypostasis, subsistentia, et essentia.* R'. Sic in rationali, sed quandoque hypostasis dicitur essentia, sed addit principium individuans.

3. *An nomen persona sit ponendum in divinis.* R'. Sic, et perfectiori modo, quia persona significat perfectissimum in natura, et non convenit Deo quantum ad id a quo impositum est nomen, sed quantum ad id, ad quod significandum imponitur; sicut individuum, ut dicit incommunicabilitatem; substantia, ut est subsistere per se, sed in scriptura non est nomen personae sed significatum.

4. *An persona significet relationem.* R'. In divinis sic per modum substantiae, quia ibi non est distinctio, nisi per relationes originis, quae relatio non est ut inhaerens subiecto, sed est ipsa essentia, et sic persona dicit subsistens, et sicut deitas est Deus, sic paternitas divina est Deus Pater. Alii aliter exponunt, persona in communi, quatenus dicitur de Deo, Angelis et hominibus non includit relationem; nec ideo dicitur aequivoce

30. *De pluralitate personarum in divinis.*

1. *An sint ponendae plures personae in divinis.* R'. Sic, quia plures relationes, quas personae significant.

* In definitione personae ponitur substantia, non ut significat essentiam, sed suppositum, et sic non tres essentiae. Item in divinis proprietates absolutae non opponuntur, ideo non constituunt personas, relativae sic. Item tantus est Pater, quanta Trinitas, nisi per intellectum numerus abstrahatur, non ut est in re.

2. *An in Deo sint plures personae quam tres.* R'. Tres tantum, quia tres relationes tantum opponuntur, et constituunt, Paternitas, Filiatio, Spiratio passiva, seu Processio, quia activa non opponitur, ut constituat, ut Pater et Filius sint constituti, a quibus non separatur spiratio, quae licet sit relatio, non est tamen proprietas, quae uni conveniat.

* In Deo est una tantum operatio, quae est eius essentia.

3. *An termini numerales ponant aliquid in divinis.* R'. Solum addunt negationem.

* Multitudo in creaturis ponit aliquid, quia est species quantitatis, in Deo nihil, quia est transcendentalis.

4. *An nomen persona possit esse commune tribus personis.* R'. Sic, quia est eis commune esse personam, non ut genus, vel species, sed ut individuum vagum, et haec communitas non est rei, sed rationis, secus esset una persona trium, sicut una est essentia.

* Licet persona sit incommunicabilis, tamen

ipse modus existendi incommunicabiliter, potest communicari.

31. *De his, quae ad unitatem, vel pluralitatem pertinent in divinis.*

1. *De nomine Trinitatis.* R. In divinis est utendum nomine Trinitatis, quia determinat: nomen Trinitas in Deo quasi trium unitas, idest significat numerum personarum unius essentiae et non relationes, unde Pater non dicitur Trinitas, nec tamen in Deo est triplicitas, quae significat proportionem inaequalitatis. Item Trinitas non est trina, quia non sunt tria suppositа Trinitatis, ut cum dicitur Deus est trinus, ergo tria sunt supposita deitatis.

2. *An Filius sit alius a Patre.* R. Sic, quia alius masculine dicit suppositum, seu personam, vel hypostasim.

* Filius est alius, sed non diversus a Patre, quia diversitas dicit distinctionem substantiae, nec dicitur differre, quia importat distinctionem formae, nec alienus, quia dicit dissimilem, nec aliud, quia dicit essentiam; et contra, dicimus sunt unum et non unus.

3. *An in divinis sit dicenda dictio solus.* R. Syncathegorematice, idest, ut dicit ordinem praedicati ad subiectum sic, ut solus Deus est aeternus, et excludit alia; sed cathegorematice, idest, ut dicit ordinem ad suppositum, non, quia diceret solitarium, vel solitudinem in Deo, idest, sine personis.

* Deus est solus quamvis essent beati; ut homo in horto dicitur solus.

* Solus Deus est Pater, si praedicat perso-

nam, est vera, si relationem, est falsa, quia alii etiam sunt Patres, sed non univoce. Item solus Deus creat, est vera, ergo solus Pater, est falsa, sicut solus homo est animal rationale, ergo solus Socrates, est falsa.

4. *An dictio exclusiva solus possit adiungi termino personali.* R'. Solus Pater est Deus, si cathegorematice sumatur, quia facit Patrem solitarium, est falsa; si syncathegorematice, ut excludat a forma subiecti, est vera, sed impropria, idest, ille cum quo nullus alius est pater, est Deus, si excludat alium masculinum a praedicato, est falsa, si excludat aliud neutrum, est vera, quia Filius est alius a Patre, non aliud.

* Cum dicitur te solum Deum verum, non intelligitur de persona Patris, sed de tota Trinitate, sed solus excludit aliud, non alias personas. Item nemo novit Filium, nisi Pater, non excluditur Filius et Spiritus sanctus propter essentiae unitatem. Sic tu solus Altissimus, cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris, idest, tres.

32. *De cognitione divinarum personarum.*

1. *An Trinitas divina possit cognosci per naturalem rationem.* R'. Non, est enim impossibile, quia naturaliter non cognoscimus Deum nisi per creaturas, idest, ut est principium illarum, sed hoc pertinet ad unitatem essentiae, non ad distinctionem personarum. Item quae sunt fidei excedunt rationem humanam, ergo, etc. Item quae sunt fidei apud fideles sunt tractanda per auctoritates, apud alios sufficit defendere non esse impossibile, et si quis inducet rationes non cogentes, infideles irridebit.

* Philosophi non cognoverunt Trinitatem per propria, sed per quaedam attributa essentialia, quae appropriantur personis.

2. *An sint ponendae notiones in divinis.* R'. Sic, idest, proprietates, ut paternitas, ut sciamus quo sunt unum, idest, Deitate, et quo plures, idest, proprietatibus, paternitate, filiatione, etc. Item Deus refertur ad creaturas unica relatione, quia illa est unius rationis, sed Patris ad Filium, et Spiritum sanctum sunt diversae rationis. Illa est rationis, hae sunt reales. Item notiones in divinis sunt reales, sed ponuntur non ut res, sed ut rationes, quibus cognoscuntur personae. Item non dicitur Paternitas creat, sed Paternitas est aeterna, et propter identitatem dicitur Paternitas est Deus.

3. *An sint quinque notiones.* R'. Sic, Innascibilitas, Paternitas, Filiatio, Communis spiratio, Processio, quia notio est propria ratio cognoscendi personas divinas, quae attenduntur secundum originem, et secundum modos a quo alius, et qui ab alio procedit, et sic respectu Patris, qui est a nullo, est innascibilitas; ut alius est ab alio, Filii generatio, Spiritus sancti communis spiratio, et Spiritus sancti processio, et sic non est par ratio de relationibus; nam innascibilitas, non est ratio, sed negatio, et sic quatuor relationes sunt quatuor proprietates demptа communi spiratione, quae non convenit uni personae, et tres sunt proprietates personales constituentes personas.

* Deus non potest dici quintus, sicut et trinus, quia notiones non significant ut res, sed ut rationes. Item plures proprietates unius per-

sonae non differunt realiter, quia sola oppositio facit distinctionem realem.

4. *An liceat opinari contrarie de notionibus.* R/. Licet, si nihil contra fidem sequatur, quia notiones directe non pertinent ad fidem, nec aliquid est ab Ecclesia determinatum.

33. *De persona Patris.*

1. *An competat Patri esse principium.* R/. Sic, quia a Patre procedit alius, et est principium totius Deitatis, et nomen principium in divinis non significat prioritatem, sed originem.

* Graeci indifferenter utuntur nomine causae et principii, sed latini tantum principii, quia communius, et quia causa videtur dicere diversitatem substantiae, et dependet una ab altera. Item Pater est principium, sed Filius et Spiritus sanctus non sunt principiati, quia non minores, etc.

2. *An Pater sit nomen proprie divinae personae.* R/. Sic, quia significat paternitatem, qua Pater distinguitur ab aliis.

* In divinis relatio est persona subsistens. Item generatio significat rem in fieri, paternitas complementum generationis, ideo melius paternitas. Item generatio, et paternitas quantum ad modum significandi per prius dicuntur de creaturis, sed quantum ad rem significatam per prius de Deo, ubi est idem esse.

3. *An nomen Pater in divinis per prius dicatur prout sumitur personaliter, quam essentialiter.* R/. Sic, quia aeternum, sed ad creaturas, idest, essentialiter in tempore: ibi simpliciter, hic secundum quid dicitur, et licet sit com-

nune in se, tamen respectu nostri est post.

4. *An esse ingenitum sit proprium Patris.* R'. ic, quia non ab alio, idest innascibilitas.

34. *De persona Filii.*

1. *An Verbum in divinis sit nomen personale.* R'. Proprie sic, quia Filius: non loquimur de netaphorico.

2. *An Verbum sit proprium nomen Filii.* R'. ic, quia emanatio ab intellectu Dei est genatio subsistens.

3. *An in nomine Verbi sit respectus ad creauras.* R'. Sic, quia Pater unico actu intelligit e, et creaturas, quae est actio immanens ab aerno, nec verbum procedit a creaturis. Item icae sunt multae; et non est personale nomen.

35. *De imagine.*

1. *An imago in divinis dicatur personaliter.* R'. ic, quia ex alio procedit ei similis, et in Dee st persona. Item improprie dicitur imago Triitatis, ad cuius similitudinem facti sumus.

2. *An nomen imaginis sit proprium Filii.* R'. ic, licet Graeci dicant Spiritum sanctum esse naginem Patris, et Filii, quod non invenitur Scriptura, nec procedit ut Verbum.

36. *De persona Spiritus sancti.*

1. *An hoc nomen Spiritus sancti sit proprium licuius personae divinae.* R'. Sic, quia procedit er modum amoris, qui proprie impellit, et novet voluntatem amantis in amatum, licet hoc omen ex se conveniat tribus personis, quando mmitur pro duabus dictionibus, sed quando pro on ponitur pro relativo.

2. *An Spiritus sanctus procedat a Filio.* R'. Sic, quia distinguitur personaliter per relationes oppositas, contra Graecos.

3. *An Spiritus sanctus procedat a Patre per Filium.* R'. Sic, quia Filius habet a Patre, quod ab eo procedit Spiritus sanctus: ergo per eum, et immediate, ut est a Patre, mediate ut est a Filio, et respectu virtutis non est medium, quia est una virtus spirans, sed respectu personarum, sed aequaliter ab utroque, nec Filius est prius Spiritu sancto, sed omnes coaeterni, et inter Patrem et Filium non est ordo virtutis, sed suppositorum, et sic Filius non per Patrem.

4. *An Pater et Filius sint unum principium Spiritus sancti.* R'. Sic, quia in esse principium non opponitur relative, et sic, et virtus spirativa est una, sed duo supposita, et sunt unum principium spirans in confuso, sed duae spirantes personae, sed non duo spiratores, propter unam spirationem.

37. *De nomine Spiritus S. qui est Amor.*

1. *An amor sit proprium nomen Spiritus sancti.* R'. Sic, si sumatur non essentialiter pro actu amandi, sed personaliter pro eo, quod procedit per modum amoris, est proprium Spiritus sancti, et penuria vocum utimur hac voce Amor pro persona procedente, et pro diligere, spirare, quod est nomen notionale, sicut dicere, vel generare.

* In Spiritu sancto, qui est Amor, ut portatur habitudo Patris ad Filium, et contra, dicitur nexus, et medius, sed secundum originem non est nexus, vel medius, sed tertia persona procedens ab utroque.

2. *An Pater et Filius diligant se Spiritu sancto.* R'. Si diligere sumatur notionaliter, sic, quia diligere est spirare amorem, sicut intelligere producere verbum, et florere producere flores, sic Pater, et Filius; sed si diligere sumatur essentialiter, tunc Pater et Filius non diligunt se Spiritu sancto, sed sua essentia. Item Pater diligit se, Filium, Spiritum sanctum, et creaturas Spiritu sancto notionaliter, quia ly diligere importat non solum productionem, sed personam productam per modum amoris.

38. *De nomine Spiritus S. quod est donum.*

1. *An Donum sit nomen personale.* R'. Sic, quia est a Patre, et donabile creaturae rationali, non meritis creaturae.

* Tripliciter dicitur aliquid esse alicuius, vel dentice, et sic donum non distinguitur a dante, sed ab eo, cui datur, et sic Spiritus sanctus dat se; vel ut possessio, et est quid creatum; vel secundum originem tantum, et sic Filius est Patris, et Spiritus sanctus est utriusque, et sic distinguitur a Patre personaliter.

2. *An donum sit proprium nomen Spiritus sancti.* R'. Sic, si sumatur personaliter, quia ex vi originis dicitur tale, sicut Filius proprie dicitur imago, si sumatur Filius personaliter, quamquam etiam Spiritus sanctus est similis Patri.

39 *De personis ad essentiam relatis.*

1. *An in divinis essentia sit idem quod perso.* R'. Realiter sic, sed personae inter se distinguuntur realiter.

* In creaturis distinctio suppositorum non est

per relationes, quia non sunt subsistentes, sed per essentialia principia. Item sufficit distinctio rationis ut aliquid affirmetur de essentia, quod negetur de personis, et contra. Item rebus divinis nomina imponuntur, sed secundum modum nostrum, ut suppositum, non quod ibi sit aliqua suppositio.

2. *An sit dicendum tres personas esse unius essentiae.* R'. Sic, sicut etiam una essentia est trium personarum.

3. *An nomina essentialia praedicentur singulariter de tribus personis.* R'. Sic, quia significant per modum substantiae: adiectiva vero nomina per modum accidentis in creaturis, et ideo per modum suppositi; ideo pluraliter: ideo possumus dicere tres personae, vel tres sapientes, vel tres aeterni sunt unus Deus, et sunt tres habentes deitatem, sed non tres Dii, quia Deus dicitur substantive.

4. *An nomina essentialia concreta possint supponere pro persona.* R'. Sic, ut Deus de Deo, sicut homo significat humanitatem in supposito. Item Deus quandoque ratione formae significatae, idest, Deitatis, convenit essentiae, ut Deus creat; aliquando pro una persona, ut Deus generat; aliquando pro duabus, ut Deus spirat; vel pro tribus, ut soli Deo honor.

* Nomen Deus per se supponit pro natura communi, sed ex adiuncto terminatur eius suppositio ad personam, ut Deus generat, idest Pater, nec sunt plures Dii. Item haec propositio Pater genuit se Deum, est falsa, quia refertur ad divinam essentiam. Pater genuit alterum se, est impropria, idest, similem. Item Deus genuit Deum

qui non est Deus Pater, est vera, sed qui est Deus Pater, est falsa.

5. *An nomina essentialia in abstracto significata possint supponere pro persona.* R. Non, quia ex veritate propositionis non solum sufficit considerare rem significatam, sed etiam modum significandi, et sic Deus et essentia licet sint idem secundum rem, tamen non secundum modum, quia Deus significat essentiam, ut in habente, et sic generat personam, sed essentia in abstracto, significat ut forma abstracta. Item essentia non generat seipsam. quod esset, si generaret, et natura divina in Filio non generaretur, quia est eadem numero in utroque. Item, essentia est res generans, si supponit pro persona est vera, si pro essentia est falsa. Item Pater est principium totius deitatis, non quia eam generat et spirat, sed quia generando et spirando eam communicat.

6. *An personae possint praedicari de nominibus essentialibus.* R. Sic, sicut nomina notionalia, ut Deus est una Trinitas. Item essentia est tres personae, sic Deus est tres personae, quia Deus per se supponit pro essentia.

* Homo est omnis homo, est falsa, quia homo per se supponit pro persona, et ex adiuncto pro natura communi, sed Deus stat pro natura. Item in divinis non est universale, vel singulare: unde sicut haec propositio est per se vera, Pater est Deus, sic ista, Deus est Pater.

7. *An nomina essentialia sint applicanda personis.* R. fuit conveniens ut Trinitas, quae demonstrari non potest per aliqua magis manife-

sta, ut sunt essentialia, declararetur, et dicitur appropriatio, non quod sint propria alicuius personae, ut potentia attribuitur Patri, sapientia Filio.

8. *An convenienter a sacris doctoribus essentialia sint attributa personis.* R'. Sic, quia intellectus noster considerat Deum secundum modum quem sumit a creaturis, et sic aeternitas datur Patri, quia a nullo est, species Filio per similitudinem, et usus, idest frui Spiritui sancto. Item Patri unitas, Filio aequalitas, Spiritui sancto connexio.

* Virtus non datur Filio, et Spiritui sancto, ut dicit potentiam, sed ut dicit id, quod a virtute procedit.

10. *De personis in comparatione ad relationes sive proprietates.*

1. *An relatio sit idem quod persona.* R'. Sic, quia in Divinis, quod est, et quo est, non differunt, sed Pater paternitate est Pater. Item relatio in divinis, ut est quaedam res, est ipsa essentia, et essentia est idem quod persona, sicut essentia est in Deo, et est Deus.

* Proprietas et persona sunt idem re, sed differunt ratione, et multiplicato uno, non multiplicatur aliud.

* Divina simplicitas excludit omnem compositionem formae et materiae, subiecti, et accidentis, unde abstractum et concretum sunt idem in Deo, ut Deus et Deitas. Item proprietates determinant et distinguunt personas, sed non essentiam, quia illae significant per modum formae in supposito, haec per modum identitatis.

2. *An personae distinguantur per relationes.* R'.

Sic, tanquam per auquid intrinsecum, non sic per originem, quia est via.

3. *An abstractis per intellectum relationibus a personis, adhuc remaneat hypostasis.* R'. Non, quia his constituuntur, secus de proprietatibus non personalibus, ut ingenitus, spirans, etc.

4. *An actus notionales praeintelligantur proprietatibus.* R'. Sic, secundum nostrum modum intelligendi, quia sunt viae.

41. *De personis in comparatione ad actus notionales.*

1. *An actus notionales sint attribuendi personis.* R'. Sic necessario, quia origo, qua distinguuntur personae, assignatur per actus aliquos, qui si designant ordinem originis unius ab altero, sunt notionales, qui vero dicunt ordinem ad creaturas sunt essentiae.

* Passio, ut generari, non datur Deo, nisi secundum modum significandi.

2. *An actus notionales sint voluntarii.* R'. Natura, et non voluntas est principium divinae personae contra Arium, sed voluntas est causa creaturae, sed concomitanter, sic ut Pater voluntate generat Filium, non ut principio.

*Spiritus sanctus procedit per modum voluntatis, quia est amor, tamen procedit necessario, quia naturaliter Deus Pater amat seipsum.

3. *An actus notionales sint de aliquo.* R'. Sic, quia Filius est de substantia Patris, quae est indivisibilis, quam Pater generando totam transfundit in Filium, et solum remansit distinctio originis. Item Filius non est ex nihilo, quia esset factus, nec esset proprie Filius. Item qui ex nihilo sunt facti, dicuntur Filii Dei metaphorice

per similitudinem ad Filium Unigenitum, et adoptivi.

* Filius natus de Patre. Ly De, significat principium consubstantiale generans, non materiale, et cum dicitur Filius genitus de essentia Patris, significat ut a principio formali, sed essentia non generat. Item non potest dici tres personae de essentia divina, quia non esset principium distinctionis. Item Scriptura loquitur de sapientia creata, et de Spiritu creato, ut de vento et aere.

4. *An in divinis sit potentia respectu actuum notionalium.* R'. Sic, quia potentia est principium actus, ut generandi et spirandi.

* Et haec potentia ad actus notionales non dicitur per respectum ad personas factas, sed procedentes. Item in divinis est possibile, quod non opponitur necessario, quia supponeret potentiam passivam, quae non est in Deo, sed continetur sub necessario.

5. *An potentia generandi significet relationem et non essentiam.* R'. Potentia generandi significat in recto naturam divinam, in obliquo relationem, quia est id, quo Pater generat, idest, natura divina, et ex obliquo proprietatem personalem, non tamen significat ipsam relationem principii, quia non est relatio, sed est id, quo agens agit, et in divinis sunt idem re, non ratione. Item potentia in recto est communis tribus, in obliquo non.

6. *An actus notionales ad plures personas terminari possint.* R'. Non, sed per modum Verbi ad Filium, per modum amoris ad Spiritum sanctum. Item Filius non habet potentiam activam

generandi, sed passivam, et quia immaterialitas et potentia divina hoc requirit.

42. *De aequalitate et similitudine divinarum personarum ad invicem.*

1. *An aequalitas habeat locum in divinis.* R'. Sic, quia ibi non est maius nec minus, ergo aequalitas, idest in essentia, seu perfectione formae, seu naturae, non in effectibus formae ut est esse, operatio, et sic est aequalitas in Patre, Filio et Spiritu sancto, eadem aeternitas, magnitudo, potentia. Item Pater est aequalis et similis Filio, quia in essentia, sed non aequatur, vel similatur Filio, quia diceretur aliquid per modum motus, sed Filius aequatur Patri, quia accipit a Patre, et Pater non a Filio. Item aequalitas non est solum relatio, sed dicit etiam distinctionem personarum, quia nihil est sibi ipsi aequale, et unitatem essentiae, in qua personae sunt aequales.

2. *An persona procedens sit coaeterna suo principio, ut Filius Patri.* R'. Sic, quia Pater non generat Filium voluntate, vel actione successiva: idem de Spiritu sancto. Item Pater semper generat, et Filius generatur, et Spiritus sanctus spiratur, et generatio Filii non incipit, nec est in nunc temporis, sed in aeternitate, et melius dicitur Filius semper natus, quam nascitur.

3. *An in divinis personis sit ordo naturae.* R'. Non, quia esset prioritas, sed est ordo originis, idest, hic ab altero, licet aliquo modo dici possit ordo naturae, et melius quam ordo essentiae.

4. *An Filius sit aequalis Patri secundum magnitudinem.* R'. Sic, et ab aeterno, quia magni-

tudo significat tantum perfectionem naturae, nec fuit perfectus successive. Item aequalitas, vel similitudo in divinis est secundum essentiam, non relationem. Item Paternitas est dignitas Patris, quae dignitas est absoluta pertinens ad essentiam, et sic nulla dignitas est in Patre, quae non sit in Filio, sic de Filiatione in Filio.

5. *An Filius sit in Patre, et e converso.* R'. Sic, secundum essentiam, relationem et originem, quia Pater est sua essentia, sicut Filius, et unum correlativum est in alio secundum intellectum, et processio Verbi non est quid extra, sed manet in dicente, et quod Verbo dicitur, in Verbo continetur.

* Quae in creaturis sunt, non sufficienter repraesentant ea, quae Dei sunt. Item Pater et Filius non sunt opposita secundum essentiam, et ideo unus potest esse in alio secundum essentiam et relationem.

6. *An Filius sit aequalis Patri secundum potentiam.* R'. Sic, quia eadem essentia a Patre communicatur Filio.

43. *De missione divinarum Personarum.*

1. *An alicui personae conveniat mitti.* R'. Sic, prout missio importat habitudinem processionis secundum originem, vel ut incipit novo modo essendi in alio, et sic Filius est missus a Patre, ut novo modo esset in mundo per assumptionem carnis.

* In divinis missio per originem est secundum aequalitatem, et non minoritatem, quia non per imperium, aut consilium. Item missio

in divinis est sine separatione a mittente, quia non incipit esse, ubi non erat, nec desinit esse ubi erat, sed habet solam distinctionem originis, nec per motum localem.

2. *An missio sit aeterna vel temporalis tantum.* R'. Generatio et spiratio sunt ab aeterno, sed missio et datio in divinis dicuntur temporaliter, quia significant personam divinam haberi ab aliqua creatura, vel novo modo esse in ea, et sic Filius ab aeterno processit, ut sit Deus, temporaliter ut sit homo. Item missio includit processionem aeternam, sed addit effectum temporalem, ideo dicitur temporaliter.

3. *An missio invisibilis divinae personae sit solum secundum donum gratum faciens.* R'. Sic, idest Spiritus sancti. Item est per essentiam, potentiam et praesentiam in omnibus rebus, sed in homine est ut cognitum in cognoscente, et amatum in amante, quod fit per gratiam, et sic Deus in eo inhabitat, ut in templo suo. Item gratia non est causa, sed dispositio ad Deum habendum. Item Filius licet per alios effectus possit cognosci, tamen non nos inhabitat, nisi per gratiam gratum facientem. Item gratia gratis data est signum gratiae gratum facientis, et si daretur tale signum solum, non daretur simpliciter Spiritus sanctus, sed cum determinatione ut spiritus propheticus.

4. *An Patri conveniat mitti.* R'. Non, quia non est ab alio, licet in nobis habitet per gratiam.

5. *An Filio conveniat invisibiliter mitti.* R'. Sic, sicut, et Spiritui sancto, quia mitti invisibiliter per gratiam dicit originem ab alia persona. et novum modum habitandi illius perso-

nae, sed Pater licet habitat per gratiam, tamen non est ab alio.

* Licet omnia dona ut dona attribuuntur Spiritui sancto, tamen aliqua, ut quae pertinent ad intellectum, appropriantur Filio. Item missio Spiritus sancti, qui est amor, est secundum modum charitatis, quia anima ei assimilatur, sed Filii non secundum quamlibet perfectionem intellectus, sed secundum affectum, quo anima prorumpit in amorem, et inflammat affectum.

6. *An missio invisibilis fiat ad omnes qui sunt participes gratiae.* ℣. Sic, quia sanctificat, et ibi est novo modo persona.

* Etiam fuit facta ad Patres veteris testamenti, etiam ad beatos in principio beatitudinis, et mox per aliquas revelationes, sed Christo fuit facta in principio incarnationis non postea.

7. *An Spiritui sancto conveniat visibiliter mitti.* ℣. Sic, et fuit conveniens ut homo per visibilia invisibilia Dei cognoscat.

* Spiritus sanctus ut missus non est minor Patre, quia illa signa non assumpsit hypostatice ut Filius. Item has creaturas tota Trinitas fecit, sed ad demonstrandum unam personam, licet inter personas non sit diversitas; et illa signa fuerunt formata ab Angelis, ut significarent personam, non Angelos. Item ad Patres antiquos non fuit facta missio proprie, idest ad ostendendam inhabitationem personarum, sed visibiles apparitiones personarum.

8. *An aliqua persona mittatur nisi ab ea, a qua procedit aeternaliter.* ℣. Si persona mittens intelligatur, ut principium effectus, tota Trinitas mittit; si sicut principium personae, quae

mittitur, tunc nomisi a persona a qua procedit.

44. *De processione creaturarum a Deo, et de omnium entium prima causa.*

1. *An sit necessarium omne ens esse creatum a Deo.* Ꝑ. Sic, quia non sunt suum esse ut est Deus, sed participant esse a Deo.

2. *An materia prima sit creata a Deo.* Ꝑ. Sic, quia est ens, et per emanationem a principio universali, et creatur non ut actus, sed ut pars compositi.

3. *An causa exemplaris sit aliquid extra Deum.* Ꝑ. Non, quia Ideae sunt in Deo, sed in creaturis sunt quaedam exempiaria.

4. *An Deus sit causa finalis rerum.* Ꝑ. Divina bonitas est finis omnium rerum a qua communicata est perfectio creaturae; omnia appetunt Deum, quia appetunt aliquod bonum, quod est participatio Dei quocunque appetitu; Deus est causa finalis, et efficiens.

45. *De modo emanationis rerum a primo principio, sive de creatione.*

1. *An creare sit ex nihilo facere.* Ꝑ. Sic, quia creatio est totius entis a primo agente: ly ex, idest, non ex aliquo.

2. *An Deus possit aliquid creare.* Ꝑ. Sic, quia est causa totius entis, ergo ex nihilo, sed in emanatione causae particularis, ex nihilo nihil fit, et creatio non est mutatio proprie, et ubi non est motus, est simul fieri et factum esse, et inter nihil, et ens non est infinitum medium.

3. *An creatio sit aliquid in creatura.* Ꝑ. Sic, sicut generatio in genito, et est relatio ad creatorem realis: creatio activa est essentia divina

cum relatione rationis ad creaturam. Item creatio in re creata est creatura quae est terminus eius. Item accidentis non est creatio.

4. *An creari sit proprium compositorum et subsistentium.* Ꝛ. Proprie sic, quia existunt: omnia accidentia concreantur, quia coexistunt.

5. *An solius Dei sit creare.* Ꝛ. Sic, quia creatura non potest dare simpliciter esse, nec potest esse instrumentum creationis, quia nihil disponitur quod praeexistat.

* Substantiae immateriales non possunt producere similes sibi, quia facerent seipsas, et creare requirit virtutem infinitam.

6. *An creare sit proprium alicuius personae.* Ꝛ. Non, sed Trinitatis quia essentiale.

* Sicut natura divina est in tribus ordine quodam, sic virtus creandi, quae in Patre non est ab alio, in Filio a Patre per intellectum, ideo dicitur Pater creare per Filium, et per amorem, qui est Spiritus sanctus, et varii effectus tribuuntur personis ratione attributorum. Item licet quilibet effectus Dei procedat a quolibet attributo, tamen datur uni, cum quo convenit, ut ordinatio ad sapientiam, iustificatio ad misericordiam, creatio ad potentiam.

7. *An in creaturis necesse sit invenire vestigium Trinitatis.* Ꝛ. Sic, quia vestigium repraesentat solam causalitatem causae, non formam, sed in creaturis est esse rep aesentans Patrem; est forma, idest, Filium, est ordo, idest, amorem Spiritus sancti.

8. *An creatio admisceatur in operibus naturae et artis* Ꝛ. Non, et formae non creantur, quia non substituuntur, sed concreantur.

46. *De principio durationis creaturarum.*

1. *An universitas creaturarum semper fuerit.* R'. Non, quia non ab aeterno, sed libere a Deo in tempore.

2. *An mundum incoepisse sit articulus fidei.* R'. Sic, et demonstrari non potest.

3. *An creatio rerum fuerit in principio temporis.* R'. Sic, idest, simul cum tempore, vel ante omnia, vel in Filio.

47. *De distinctione rerum in communi.*

1. *An rerum multitudo, et distinctio sit a Deo.* R'. Sic, quia bonitas Dei, quam communicavit creaturis non sufficienter repraesentatur per unam, et haec distinctio non a materia, nec ab Angelo, quia sunt creaturae.

2. *An inaequalitas rerum sit a Deo.* R'. Sic, quia sapientia Dei est causa inaequalitatis propter perfectionem universi.

3. *An sit unus mundus tantum.* R'. Sic, unitate ordinis, et si essent plures repugnaret ratione finis.

48. *De distinctione rerum in speciali.*

1. *An malum sit natura quaedam.* R'. Non, sed est absentia boni, et per se non pertinet ad perfectionem mundi, sed per accidens.

2. *An malum sit in rebus.* R'. Sic, sicut et corruptio, et ut deficiunt a bono. Item melius est in toto esse malum, non in parte.

3. *An malum sit in bono sicut in subiecto.* R'. Sic, privative, non negative, et non ut pars, vel proprietas.

4. *An malum corrumpat totum bonum.* R'. Non.

prout est subiectum mali, sed aliquam formam.

5. *An malum sufficienter dividatur in poenam et culpam.* Ꝛ. Sic in voluntariis, et non est sola negatio, sed privatio.

6. *An habeat plus de ratione mali poena, vel culpa.* Ꝛ. Culpa, quia poena datur ad vitandum culpam.

49. *De causa mali.*

1. *An bonum possit esse causa mali.* Ꝛ. Sic, quia defectus boni est a causa impediente, quae est ens, sed materialis non formalis.

2. *An Deus sit causa mali.* Ꝛ. Non, quia non habet defectum in actione, sed est causa corruptionis per accidens in naturalibus, vel in poenis.

3. *An sit unum summum malum, quod sit causa mali.* Ꝛ. Non, quia non datur per essentiam malum, et tolleret omne bonum.

50. *De substantia Angelorum absolute.*

1. *An angelus sit incorporeus.* Ꝛ. Sic, et perfecte repraesentat Deum, qui intelligendo et volendo facit omnia.

* Angeli sunt circumscripti terminis essentiae, quod convenit omni creato, et non terminis corporis.

2. *An Angelus sit compositus ex materia et forma.* Ꝛ. Non, quia operatio Angeli est tantum immaterialis, idest intelligere, quia solum intelligit abstracta a materia.

* Determinans, et determinatum in Angelo sunt idem, sed differunt ratione, non tamen est actus purus, quia est in potentia.

3. *An Angeli sint in magno numero.* Ꝛ. Sic, quia perfectiora excedunt in magno numero im-

perfectiora, et sic Angeli materialia, secundum Dei velle.

4. *An Angeli differant specie.* R'. Sic, quia differunt ordine, nec habent materiam, et species sumitur secundum diversos gradus naturae intellectivae, et magis et minus causatae ex formis diversorum graduum variant speciem, secus ex remissione.

5. *An Angeli sint incorruptibiles.* R'. Sic, quia carent materia, et operatio eius est aeterna, idest, intelligunt aeternum.

51. *De comparatione Angelorum ad corpora.*

1. *An Angeli habeant corpora naturaliter sibi unita.* R'. Non, et natura intellectualis per se non requirit corpus, nisi per accidens.

2. *An Angeli assumant corpora.* R'. Sic, aliquando, quia videntur visione corporali, et repraesentantur in corpore moto, et corpus non est ex igne, sed ex aëre condensato, qui potest colorari, ut patet in nubibus.

3. *An Angelus in corpore assumpto exerceat opera vitae.* R'. Non, sed opera communia cum non viventibus, ut est motus, locutio, quae est sonus quidam, et non est propria locutio, nec proprie comedit, sed Christus resurgens vere comedit.

52. *De comparatione Angelorum ad locum.*

1. *An Angelus sit in loco.* R'. Sic aequivoce per operationem, seu contactum virtutis, nec continetur a loco, sed e contra, sicut anima continet corpus.

2. *An Angelus possit esse in pluribus locis simul.* R'. Non, quia est per virtutem finitam, cui

locus comparatur ut unus. Licet Angelus moveat totum coelum, tamen non est in toto coelo quia se applicat uni parti. Item Angelus est definitive in loco.

3. *An plures Angeli possint esse simul in eodem loco.* R̸. Non, quia non possunt esse duae causae completae unius effectus, et Daemon, et anima in eodem corpore non est eodem modo, quia anima est ut forma, Angelus ut causa movens.

53. *De motu locali Angelorum.*

1. *An Angelus possit moveri localiter.* R̸. Sic aequivoce, quia successive potest tangere diversa loca.

2. *An Angelus transeat per medium.* R̸. In motu continuo sic, in non continuo, non.

3. *An motus Angeli sit in instanti.* R̸. Non, quia sunt duo nunc, et est prius et posterius, et motus Angeli non est secundum quantitatem virtutis, sed secundum determinationem voluntatis, nec pendet a motu coeli.

54. *De cognitione Angelorum.*

1. *An intelligere Angeli sit eius substantia.* R̸. Non, imo nec esse est substantia creaturae, sed Deus solus est sua substantia, quia est actus purus, et est suum esse et suum agere.

* Intellectus agens est sua actio per concomitantiam, non per essentiam.

2. *An intelligere Angeli sit eius esse.* R̸. Non, et licet sit eadem forma, qua est, et intelligit; sed non eadem ratione est principium essendi, et intelligendi.

3. *An potentia intellectiva Angeli sit eius essentia.* R̸. Non, sicut in nulla alia creatura.

4. *An in Angelis sit intellectus agens, et possibilis.* R'. Non, quia non habet phantasmata, ut nos, nec sunt in potentia, sed in eis est naturaliter scientia.

5. *An in Angelis sit sola intellectiva cognitio.* R'. Sic, quia carent corpore, et metaphorice aliqua eis attribuuntur.

55. *De medio cognitionis angelicae.*

1. *An Angeli cognoscant omnia per suam substantiam.* R'. Non, quia est solius Dei, sed per similitudines superadditas. Nam essentia Angeli est terminata, et intellectus est aptus intelligere omnes res: ergo eget aliis, ut intelligat.

2. *An Angelus intelligat per species a rebus acceptas.* R'. Non, sed per species ei connaturales a Deo datas. Item cognitio Angeli est indifferens ad distans, et propinquum suum locum. Item movetur localiter, non ad cognoscendum, sed ad agendum in loco.

3. *An superiores Angeli intelligant per species magis universales, quam inferiores.* R'. Sic, et per pauciores, ut sint similiores Deo.

56. *De cognitione Angelorum ex parte rerum immaterialium.*

1. *An Angelus cognoscat seipsum.* R'. Sic, per suam substantiam, nec est in potentia ad se intelligendum, et sic non patitur, nec movetur.

2. *An unus Angelus alium cognoscat.* R'. Sic per species impressas intentionales, et si Deus crearet novum Angelum, novam speciem etiam aliis infunderet.

3. *An Angelus per sua naturalia possit Deum cognoscere.* R'. Potest habere aliquam cognitio-

nem de Deo, sicut homo, quia imago Dei est impressa in natura Angeli, sed non cognosceret essentiam Dei, quam nulla similitudo repraesentat.

57. *De cognitione Angelorum respectu rerum materialium.*

1. *An Angeli cognoscant res materiales.* R'. Sic per species in ipsis existentes et res sunt in Angelis secundum esse intelligibile.

2. *An Angeli cognoscant singularia.* R'. Sic, quia custodiunt homines, et cognoscunt universalia, et particularia una sola vi intellectiva.

3. *An Angelus cognoscat futura.* R'. Futurum in suo esse non, nisi Deus, sed Angelus per conjecturam, ut homo in suis causis, vel Deo revelante.

4. *An Angelus cognoscat cogitationes cordis.* R'. Non, nec alterius Angeli, sed ex effectu, ut homo, et voluntas hominis non est ei subjecta.

5. *An Angelus cognoscat mysteria gratiae.* R'. Naturaliter non, supernaturaliter sic, sed non omnia, nec aequaliter, sed inferior illuminatur a superiore, Mysterium Incarnationis in generali fuit omnibus Angelis a principio revelatum.

58. *De modo cognitionis angelicae.*

1. *An intellectus Angeli aliquando sit in potentia, aliquando in actu.* R'. Angeli circa ea, quae sunt in verbo, semper sunt in actu, quia est beatitudo circa ea, quae naturaliter cognoscunt: non sunt in potentia respectu habitus, quia habent species, sed respectu actus; sed circa ea, quae habent per revelationem sunt in potentia respectu habitus, idest, ut discant.

2. *An Angelus possit simul multa intelligere.* R'. Sic, quae repraesentantur unica specie, sed non, si diversis: cognitione beatifica cognoscunt omnia simul, quia in unica specie, idest, essentia divina.

3. *An Angeli cognoscant discurrendo.* R'. Non, quia non ex uno ad aliud procedunt, licet unum per aliud cognoscant.

4. *An Angeli intelligant dividendo et componendo.* R'. Non, quia cognoscunt omnia attributa in prima apprehensione obiecti.

5. *An in intellectu Angeli possit esse falsum.* R'. Non per se quoad naturalia, sed quoad supernaturalia in malis Angelis sic, et per accidens, quia perversa voluntate subducunt intellectum, in bonis non, qui secundum Deum.

6. *An in Angelis sit cognitio matutina et vespertina.* R'. Sic, quia in Verbo res est matutina, in seipsis vespertina.

7. *An cognitio matutina et vespertina sit una.* R'. In modo videndi sunt duo, licet obiecto sint unum.

59. *De voluntate Angelorum.*

1. *An Angelo sit voluntas.* R'. Sic, quia appetunt bonum sub ratione boni, et ubi est intellectus, est voluntas.

2. *An in Angelo voluntas differat ab intellectu.* R'. Sic, quia voluntas Angeli est tantum bonorum, intellectus etiam malorum.

3. *An in Angelo sit liberum arbitrium.* R'. Sic, quia, qui habet intellectum, habet iudicium liberum. Est electio, non cum consilio, sed per subitam acceptationem veritatis: et est nobilio-

re modo in Angelo, quam in homine, quia intellectus est nobilior.

4. *An in Angelis sit irascibilis et concupiscibilis.* R'. Non, quia non habent sensum, nisi metaphorice.

60. *De amore et dilectione Angelorum.*

1. *An in Angelo sit amor naturalis.* R'. Sic, quia est cognitio naturalis; ergo et dilectio, seu inclinatio naturalis ad cognitum.

* Amor caritatis non est naturalis.

2. *An in Angelo sit dilectio electiva.* R'. Sic, quia meretur, et amor naturalis non est meritorius sine discursu.

3. *An Angelus diligat se dilectione naturali, et electiva.* R'. Sic utraque, quia vult sibi bonum utroque amore.

4. *An unus Angelus naturali dilectione diligat alium sicut seipsum.* R'. Sic, quia similis, et sunt unum genere; sed ut convenit cum alio, non in natura, sed in aliis, et ab eo differt, non amat amore naturali, sed alio, ut homo diligit civem amore politico, consanguineum naturali.

* Ly *sicut seipsum*, non intelligitur secundum aequalitatem, sed secundum similitudinem. Item Daemon naturaliter amat naturam alterius, sed odit diversitatem in iustitia.

5. *An Angelus naturaliter diligat Deum plusquam seipsum.* R'. Naturaliter sic, quia inclinatur ad summum bonum, et ut a quo esse Angeli dependet, et in quod inclinatur, ut bonum suum; licet Angeli mali ratione effectus odisse dicantur

61. *De productione Angelorum in esse naturae.*

1. *An Angeli habeant causam sui esse.* R'. Sic, quia sunt facti, et eorum esse non est essentia.

2. *An sint producti a Deo ab aeterno.* R'. Non, quia facti: est de fide. Angeli non sunt sub tempore, ut est numerus motus coeli, sed sub aevo.

3. *An sint creati ante mundum corporeum.* R'. Non, quia sunt pars mundi; contrarium non est erroneum, sed Graecorum. Deus non est pars universi, sed supra totum: quia in se totum praehabet.

4. *An sint creati in coelo Empyreo.* R'. Sic, non quod in esse et fieri pendeant a coelo, sed quia sunt nobiliores, ideo in coelo.

62. *De perfectione Angelorum in esse gratiae et gloriae.*

1. *An fuerint in sua creatione beati.* R'. Non, in supranaturali, sed in naturali; non tamen per discursum, sed statim, quae consistit in contemplatione Dei.

2. *An indiguerint gratia ad hoc ut converterentur ad Deum.* R'. Sic, quia erat supra vires naturae diligere Deum, ut beatificantem, de quo loquimur, sed naturaliter amabant, ut causam sui esse.

3. *An Angeli sint creati in gratia.* R'. Probabiliter sic, tamen potuerunt recedere a Deo, quia erant liberi.

4. *An Angelus creatus meruerit suam beatitudinem.* R' Sic, ut homo; quia beatitudo excedit naturam suam.

5. *An Angelus statim post unum actum meriti, habuerit beatitudinem.* R'. Sic, sicut anima e corpore separata, si non sit impedita.

* Actus meritorius et beatificus non possunt esse simul, cum differant ut perfectum et imperfectum, sed intercedunt duo instantia quae secundum diversos actus non secundum tempus sumuntur.

6. *An sint consecuti gratiam et gloriam secundum quantitatem suorum naturalium.* ℟. Sic, quia gratia et gloria dantur secundum conatum, ut Angelus toto conatu fertur in beatitudinem, non sic homini, quia impeditur.

7. *An in Angelis beatis remaneat cognitio naturalis.* ℟. Sic, et etiam dilectio, quia beatitudo non tollit naturam, et possunt esse simul.

8. *An Angelus beatus possit peccare.* ℟. Non, sed sicut homo vult bonum in communi, sic beatus Deum.

9. *An Angeli beati possint proficere in beatitudine.* ℟. Non, quia non sunt viatores: possunt habere gaudium accidentale, sed non merentur.

63. *De Angelorum malitia quoad culpam.*

1. *An malum culpae possit esse in Angelis.* ℟. Sic, quia in eis virtus creata potest deficere a rectitudine actus; non tamen peccavit Angelus ex ignorantia, sed in electione, convertendo se ad bonum suum, non cum debito ordine et mensura, quod fit sine ignorantia, et non est ex parte rei, sed electionis.

2. *An in Angelo possit esse tantum peccatum superbiae et invidiae.* ℟. Primum peccatum Angeli secundum affectum non est, nisi superbia et invidia, quia est spiritualis, et doluit de bono Dei, appetendo suam singularem excellentiam. Item in Daemone possunt esse omnia peccata

quantum ad reatum, quia homines impellunt ad omnia peccata, ut impediant bonum humanum.

3. *An diabolus appetierit esse ut Deus.* R'. Sic, sed non per aequalitatem, quia sciebat esse impossibile, et optasset desinere esse Angelus, quod erat suum esse, sicut si asinus optasset esse equus; sed appetiit esse Deus, per similitudinem, non in quantum potuit assimilari, quia non erat peccatum, sed in eo, in quo non est aptus assimilari, quod est peccatum. Item peccatum Angeli vel fuit, quia finem ad quem naturaliter poterat pervenire appetiit, ut ultimum; vel quia voluit gloriam non ex gratia, sed quasi debitum suae naturae, et sic voluit beatitudinem per se, quod soli Deo convenit, et sic supra se.

4. *An aliqui Daemones sint naturaliter mali.* R'. Non, quia naturaliter inclinantur in bonum universale, sed voluntarie sunt mali.

* Dolositas in vulpe non est mala vulpi, sed aliis, quia illi est ad victum sagaciter quaerendum necessaria.

5. *An diabolus fuerit malus in primo instanti suae creationis per culpam propriae voluntatis.* R'. Non, quia operatio incipiens cum esse rei tribuitur agenti, et sic Deus esset causa peccati, quod est error: potuit tamen mereri in primo instanti, quia meritum est a Deo. Item omnes Angeli in primo instanti meruerunt, sed Daemones non sunt statim beatificati, quia mortificaverunt meritum, praecedens, peccato; et ita impedimentum posuerunt. Item diabolus peccavit ab initio sui peccati, quia nunquam cessavit peccare.

6. *An ante creationem et lapsum Angeli fuerit*

aliqua mora. ℟. Sic, quia Daemon post primum instans suae creationis peccavit.

* Inter duo instantia in operatione Daemonum non datur medium, quia sumuntur penes operationes: unde in prima operatione omnes fuerunt boni, in secunda sunt distincti. Item Angelus habet liberum arbitrium inflexibile post electionem, homo non.

7. *An Angelus supremus inter peccantes fuerit supremus inter omnes.* ℟. Sic, quia in eo fuit maior occasio.

8. *An peccatum primi hominis fuerit occasio peccandi aliis.* ℟. Sic, non cogens, sed inducens, sed simul, quia non fuit mora peccandi.

9. *An tot peccaverint, quot permanserunt.* ℟. Plures permanserunt, quia peccatum est contra naturalem inclinationem, et fuerunt de quolibet ordine.

64. *De poena Daemonum.*

1. *An intellectus Daemonis sit obtenebratus per privationem cognitionis omnis veritatis.* ℟. In cognitione naturali non. Cognitio gratuita speculativa fuit diminuta, quia non revelantur multa de divinis. Cognitio affectiva quia per gratiam ducit ad amorem Dei, est penitus ablata ut caritas. Item vespertina cognitio in eo dicitur nocturna. Item Daemon aliquo modo cognovit mysterium incarnationis ad suum terrorem; imo omnes Angeli cognoverunt, sed non aequaliter.

2. *An voluntas Daemonum sit obstinata in malo.* ℟. Sic, quia quod in hominibus est mors, in Angelis est casus. Item apprehensio Angeli est immobilis; ergo, et appetitus, qui fertur in totum bonum sine discursu, et sic impoenitens.

3. *An dolor sit in Daemonibus.* ℟. Sic, non sensitivus, sed ut est simplex actus voluntatis. Item Daemon vellet multa esse quae non sunt; ut multos damnari. Daemones enim sunt invidi: in multis cohibetur eorum voluntas, sic dolent.

* Licet de aliquo possent gaudere et dolere, non sub eadem ratione. Item non dolent de malo culpae, sed poenae.

4. *An iste aër sit locus poenalis Daemonum.* ℟. Daemonibus duplex locus debetur, Infernus ratione culpae propter se, et aër caliginosus ob exercitium hominum, usque ad diem iudicii, et sic partim remanserunt in aëre ad probationem hominum, partim in Inferno ad torquendum damnatos, ubi post iudicium omnes erunt, et sic sunt utiles in ordine universi. Dicere, quod hic non patiuntur, est error.

* Dum sunt in aëre non minuitur poena inferni, propter apprehensionem loci non sibi convenientis, et secum ferunt ignem gehennae.

65. *De opere creationis Creaturae corporalis.*

1. *An creatura corporalis sit a Deo.* ℟. Sic, sicut spiritualis, quia esse commune est ab una causa.

2. *An creatura corporalis sit facta propter Dei bonitatem.* ℟. Sic, quia Deus est finis, in quem omnia sunt.

3. *An sit producta a Deo mediantibus Angelis.* ℟. Non, sed immediate a Deo, quia Angelus non potest creare, quia ad creandum requiritur virtus infinita.

4. *An formae corporum sint ab Angelis.* ℟. Non, sed a Deo, et formae, quae de novo fiunt,

non producuntur per Angelos, quia forma non producitur, sed totum, quod habet esse: potest Deus per motum Angelorum facere formas, sed non fient per influxum, sed per motum, sicut coelum est causa motiva.

66. De ordine Creationis ad distinctionem.

1. *An informitas materiae tempore praecesserit formationem ipsius.* R'. Non, idest, non fuit creata sine forma, sed praecessit natura vel origine, quia informitas est conditio materiae, ut potentia praecedit actum, et pars totum. Item creatio est entis in actu, sed informitas praecessit formationem ut dicit ornatum, et decorem, ut coelo deerat lux; et terra sub aquis est sine plantis, aër sine lumine. Sed alia opinio potest defendi dicendo, Deus ordinate procedit de potentia ad actum.

2. *An omnium corporalium sit una materia.* R'. Corruptibilium et incorruptibilium non est eadem materia, ut coeli non habent hanc materiam, quae est corruptibilis, nec forma absorberet primam materiam. Item coelum habet materiam ad suam formam tantum, a qua perficitur, nec remanet potentia ad esse, sed ad ubi. Corruptibile et incorruptibile conveniunt in uno genere, non physico, sed logico, propter unam rationem corporeitatis.

3. *An coelum Empyreum sit concreatum materiae informi.* R'. Sic, sed doctores differunt de die.

* Coelum Empyreum non est ad motum, sed ad locum beatorum, vel ad influendum in inferiora.

4. *An tempus sit concreatum materiae informi.* R'. Sic, sed praecedit natura, non duratione.

67. *De opere distinctionis secundum se.*

1. *An lux proprie dicatur in spiritualibus.* ℟. Non, sed metaphorice, quia facit manifestationem.

2. *An lux sit corpus.* ℟. Non, quia esset penetratio corporum, nec fieret lux in instanti; nisi intelligatur Sol, quia lux interdum sumitur pro corpore luminoso.

3. *An lux sit qualitas.* ℟. Est qualitas activa consequens formam Solis, vel alterius corporis lucentis.

4. *An convenienter productio lucis ponatur prima die.* ℟. Sic, quia dies non potest esse sine luce.

68. *De opere secundae diei.*

1. *An firmamentum factum sit secunda die.* ℟. Sic, ratione formationis, et perfectionis, ut dicitur de Sole (vide ibi).

2. *An aquae sint supra firmamentum.* ℟. Sic, sed quales sint ipsae aquae nescimus, multi multa.

3. *An firmamentum dividat aquas ab aquis.* ℟. Sic, sed quomodo, sunt variae opiniones, (vide).

4. *An sit unum coelum tantum.* ℟. Non, sed numerus coelorum varie a variis sumitur, (vide).

69. *De opere tertiae diei.*

1. *An congregatio aquarum sit convenienter facta.* ℟. Sic, tertia die, et a variis varie exponitur.

2. *An productio plantarum convenienter facta legatur in tertia die.* ℟. Sic, et exponitur.

70. *De opere ornatus quartae diei.*

1. *An luminaria debuerint produci quarta die.* ℟. Sic, et exponitur.

2. *An convenienter causa productionis luminarium describatur.* R'. Sic, patet ex scriptura.

3. *An luminaria coeli sint animata.* R'. Non, quia coeli non habent operationes animae, et motor illos movet.

71. *De opere quintae diei.*

1. *An convenienter describatur.* R'. Sic, quomodo fuerint producta animalia, (vide ibi).

72. *De opere sextae diei.*

1. *An convenienter describatur.* R'. Sic, de animalibus, (vide ibi).

73. *De his quae pertinent ad septimam diem.*

1. *An completio divinorum operum debeat ascribi septimae diei.* R'. Sic, quia est perfectio substantiae.

2. *An Deus septima die quieverit ab omni opere suo.* R'. Sic, quia cessavit ab operationis et desiderii motu.

3. *An benedictio et sanctificatio debeantur diei septimae.* R'. Sic, quia administrationi, et quiet debetur benedictio. Bonum, de quo alias fi mentio, pertinet ad bonum naturae: benedictio autem ad propagationem.

74. *De omnibus septem diebus in communi.*

1. *An sufficienter isti dies numerentur.* R' Sic, ad distinctionem et ornatum operis, alioqui operi Creationis non assignatur dies, ve quia fit in instanti, vel quia est ante tempus

2. *An omnes isti dies sint unus dies.* R'. San variae opiniones, sed quoad substantiam omni

simul creavit Deus, non quantum ad formationem per distinctionem et ornatum.

3. *An Scriptura utatur convenientibus verbis ad exponenda opera sex dierum.* R'. Sic, quia in singulis operibus fit mentio divini Verbi, a quo facta sunt omnia.

75. *De homine constante ex anima, et corpore; et primo de animae essentia.*

1. *An anima sit corpus.* R'. Non, sed corporis actus, seu principium vitae; et est movens motum per accidens.

2. *An anima humana sit aliquid subsistens.* R'. Sic, quia habet propriam operationem per se sine organo.

3. *An animae brutorum sint subsistentes.* R'. Non, quia per se non operantur.

4. *An anima sit homo.* R'. Non, sed homo est compositum ex anima et corpore, nisi dicatur a principaliori. Item anima non est persona, quia non habet naturam completam specie.

5. *An anima sit composita ex materia et forma.* R'. Non, quia non esset actus, sed compositum, et primum animatum.

6. *An anima humana sit corruptibilis.* R'. Non, quia est forma subsistens, nec habet contrarietatem, et desiderat naturaliter esse semper.

7. *An anima et Angelus sint unius speciei.* R'. Non, quia habent diversas operationes naturales, et in Angelis non est materia.

76. *De unione animae ad corpus.*

1. *An intellectivum principium uniatur corpori, ut forma.* R'. Sic, quia rationale facit differentiam in homine.

2. *An principium intellectivum multiplicetur secundum multiplicationem corporum.* R'. Sic, secus omnes homines essent unus homo.

3. *An in homine praeter animam intellectivam sint aliae animae essentialiter differentes.* R'. Non, sed est una, et unus homo, alias homo non esset simpliciter unus.

4. *An in homine sit alia forma praeter animam intellectivam.* R'. Non, quia in homine est unum esse substantiale, quod datur a forma.

5. *An anima intellectiva convenienter tali corpori uniatur.* R'. Sic, quia est aptum organum ad operationes animae.

6. *An anima intellectiva uniatur corpori mediantibus dispositionibus accidentalibus.* R'. Non, sed in materia disposita tantum.

7. *An anima uniatur corpori animalis mediante aliquo corpore.* R'. Non, quia corpus est per animam; ergo non ante.

8. *An anima sit tota in qualibet parte corporis.* R'. Sic, et tota in toto, quia non est forma accidentalis, nec ut materia.

77. *De his quae pertinent ad potentias animae in genere.*

1. *An ipsa essentia animae sit eius potentia.* R'. Non, quia potentia et actus sunt in eodem genere, sed operatio, v. g. Angeli non est essentia Angeli, hoc enim est solius Dei; ergo nec hominis, etc. sed est actus primus potentiae vitam habentis.

2. *An sint plures potentiae animae.* R'. Sic, quia eget pluribus motibus ad suum finem; ergo, et pluribus potentiis.

3. *An potentiae distinguantur per actus et obic-*

cia. R'. Sic, quia posteriora distinguuntur per priora, quae autem sunt per accidens, non distinguunt actus, vel potentiam, sed differentiam eius, quod per se potentia respicit.

4. *An in potentiis animae sit ordo.* R'. Sic, vel ordo dependentiae et perfectionis, vel generationis, vel ratione obiectorum.

5. *An omnes potentiae animae sint in anima vel in subiecto.* R'. Non omnes, nam organice sunt in coniuncto: per prius sunt in anima, ut in principio, quam in coniuncto.

6. *An potentiae animae fluant ab essentia animae.* R'. Sic, quia vel sunt in anima, ut in subiecto, vel in composito, quod non est actu, nisi ratione animae.

7. *An una potentia animae oriatur ab alia.* R'. Sic, quia actus unius causatur ex alia, ut actus phantasiae a sensu.

8. *An omnes potentiae remaneant in anima a corpore separata.* R'. Quae sunt in composito, ut in subiecto, non remanent in anima, nisi virtualiter.

78. *De potentiis animae in speciali.*

1. *An quinque genera potentiarum animae sint distinguenda.* R'. Sic, id est, vegetativum, sensitivum, appetitivum, motivum secundum locum, et intellectivum ex Arist. et ex parte obiecti; sed anima est vel vegetativa, vel sensitiva, vel rationalis. Appetitus non facit gradum, quia reperitur in omnibus ubi est sensus.

2. *An bene assignentur tres partes vegetativae.* R'. Sic, idest, generativa, nutritiva, augmentativa.

3. *An bene distinguuntur quinque sensus exte-*

riores. ℟. Sic, et mutantur a quinque exterioribus sensibilibus.

*Solae qualitates tertiae speciei mutant sensum ex se.

4. *An interiores sensus bene assignentur*. ℟. Sic, et sunt quatuor, sensus communis, imaginatio, aestimativa, memorativa, quia hi sufficiunt ad vitam animalis perfecti.

79. *De potentiis intellectivis.*

1. *An intellectus sit aliqua potentia animae*. ℟. Sic, quia in solo Deo intellectus est essentia, sicut intelligere est esse Dei.

2. *An intellectus sit potentia passiva*. ℟. Sic, quatenus perficitur patiendo, non tamen alteratur.

3. *An sit ponendus intellectus agens*. ℟. Sic, quia debet poni intelligibile in actu, quod non est in rebus, sed in intellectu agente, qui est potentia activa faciens intelligibilia actu per abstractionem specierum a conditionibus materialibus.

4. *An intellectus agens sit aliquid animae*. ℟. Sic, sicut intellectus possibilis, non tamen semper intelligit, quia requiritur dispositio sensuum et praesentia phantasmatum.

5. *An intellectus agens sit unus in omnibus*. ℟. Non, quia est quaedam vis animae, sed animae sunt plures.

6. *An memoria sit in parte intellectiva animae*. ℟. Si memoria sumatur ut conservativa specierum, est in intellectu; si sumatur prout eius obiectum est praeteritum, ut praeteritum, est in sensitiva tantum, quia praeteritum includit con-

ditiones particulares, quas sensus apprehendit.

7. *An memoria intellectiva sit alia potentia ab intellectu.* R'. Ab intellectu possibili non. Memoria est thesaurus conservans species, quando dicitur contineri in intellectu, cum eas acquisivit, et actu non contemplatur.

8. *An ratio sit alia potentia ab intellectu.* R'. Non, quia intelligere et ratiocinari sunt eiusdem potentiae; sicut moveri et quiescere.

9. *An ratio superior et inferior sint duae potentiae.* R'. Non, sed distinguuntur officiis, et habitibus. Nam rationi superiori sapientia, inferiori scientia tribuitur.

10. *An intelligentia sit distincta potentia ab intellectu.* R'. Non, sed est actus intellectus.

11. *An intellectus speculativus et practicus sint duae potentiae.* R'. Non, sed differunt per accidens, quia accidit intellectui, ut quod apprehendit ordinet ad opus.

12. *An Synderesis sit distincta potentia ab aliis.* R'. Non, quia potentiae se habent ad opposita, et Synderesis est habitus naturalis intellectus solum ad bonum inclinans.

13. *An conscientia sit potentia.* R'. Proprie non, sed est actus, idest, cum alio scientia.

80. *De potentiis appetitivis in communi.*

1. *An appetitus sit aliqua specialis potentia in anima.* R'. Sic, quia est inclinatio cognoscentis in cognitum.

2. *An appetitus sensitivus et intellectivus sint diversae potentiae.* R'. Sic, quia aliud apprehenditur sensu, aliud intellectu.

81. *De sensualitate.*

1. *An sensualitas sit solum appetitiva.* Ꝑ'. Dicitur a motu sensuali in appetitu sensitivo.

* Corporis sensus sunt praeambuli, et non continentur sub sensualitate. Item sensualitas dividitur contra rationem superiorem et inferiorem in quantum communicant in actu motionis

2. *An appetitus sensitivus distinguatur in irascibilem et concupiscibilem.* Ꝑ'. Sic, quia haec sequitur conveniens, fugit nocivum; per illam resistit. Item haec est in bonum sine difficultate, illa in bonum arduum.

3. *An irascibilis et concupiscibilis obediant rationi.* Ꝑ'. Intellectui in actu interiori; voluntati in exteriori.

82. *De voluntate.*

1. *An voluntas appetat aliquid necessario.* Ꝑ'. Non necessitate coactionis simpliciter, quia velle non est contra inclinationem voluntatis, sed voluntas potest velle aliquid necessitate finis, vel ex suppositione, vel necessitate naturali, ut bonum, ultimum finem, et necessitas naturalis non repugnat voluntario, sed solum necessitas coactionis.

2. *An voluntas ex necessitate velit quaecumque vult.* Ꝑ'. Non, quia se habet ad opposita.

3. *An intellectus sit altior potentia, quam voluntas.* Ꝑ'. Sic, quia obiectum est nobilius et altius, quam bonum, sed aliquando contra secundum quid, ut nobilius est amare Deum quam intelligere Deum, quia voluntas fertur in Deum ipsum; qui nobilior est intellectu, intellectus autem non attingit Deum nisi per species.

4. *An voluntas moveat intellectum.* R'. Sic, quia percipimus quae volumus, sed intellectus movet voluntatem finaliter, quia bonum intellectum est obiectum movens voluntatem, ut finis. Item intellectus et voluntas se habent ut excedens, et excessum. Item voluntas movet omnes vires animae, sed non vegetativas.

5. *An irascibilis et concupiscibilis debeant distingui in appetitu superiori.* R'. Voluntas non distinguitur in irascibilem et concupiscibilem, quia obiectum voluntatis est solum bonum universale, nisi impropric, idest ut irascibilis impugnat malum ex iudicio rationis, et concupiscibilis per desiderium boni. Ideo spes dicitur esse in irascibili, et caritas in concupiscibili.

83. *De libero arbitrio.*

1. *An homo sit liberi arbitrii.* R'. Sic, quia homo in agibilibus non est determinatus ad unum, sed se habet ad opposita. Eccl. 15. Reliquit Deus hominem in manu consilii sui.

* Homo non facit quod vult, quia appetitus repugnat. Item non est volentis, quia liberum arbitrium non sufficit ad gloriam. Item movetur a se ipso sed concurrit Deus secundum naturas rerum. Item viae hominis possunt impediri quantum ad executionem, non quantum ad electiones.

2. *An liberum arbitrium sit potentia.* R'. Sic, et non est habitus, licet in eo sit habitus, ut in potentia, licet nominetur ex actu arbitrii.

3. *An liberum arbitrium sit potentia appetitiva.* R'. Sic, quia electio eius actus est in potentia appetitiva.

* Dicitur liberum arbitrium quasi liberum iudicium, quia iudicium terminatur per acceptationem appetitus, cuius potentiae est liberum arbitrium.

4. *An liberum arbitrium sit alia potentia a voluntate.* R'. Non, sed differunt diversis actibus; simile est in intellectu, intelligere et ratiocinari.

84. *Quomodo anima coniuncta intelligat corporalia quae sunt infra se.*

1. *An anima cognoscat corpora per intellectum.* R'. Sic, cognitione immateriali universali et necessaria, alias non datur scientia physica, quae est de corpore mobili, cum scientia sit in solo intellectu.

2. *An anima per suam essentiam intelligat corporalia.* R'. Non, sed solus Deus cognoscit omnia per suam essentiam, qua continet omnia immaterialiter.

3. *An anima intelligat omnia per species naturaliter inditas.* R'. Non, sed est tanquam tabula rasa, quia deficiente sensu, deficit scientia illorum sensibilium.

4. *An species effluant in animam ab aliquibus formis separatis.* R'. Non: quia non indigeret sensu ad intelligendum.

5. *An anima cognoscat res immateriales in rationibus aeternis.* R'. Anima beata sic, idest in Deo, hic per species a rebus acceptas.

6. *An intellectiva cognitio accipiatur a rebus sensibilibus.* R'. Aliqua ratione sic, quia non fit sine phantasmate quod fit a sensu.

7. *An intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles non convertendo se ad phantasmata.* R'. Non, dum est in corpore, quare cum

aliquid cognoscere volumus, formamus phantasmata.

8. *An iudicium intellectus impediatur per ligamentum sensus.* R'. Sic, quare, quae contingunt in somno non sunt peccata, quia ligato sensu, ignoratur finis, seu terminus iudicii.

83. *De modo et ordine intelligendi.*

1. *An intellectus noster intelligat res corporeas et materiales per abstractionem a phantasmatibus.* R'. Sic, quia abstrahit a singularibus.

2. *An species intelligibiles abstractae a phantasmate sint ut id, quod intellectus intelligit.* R'. Non, sed sunt ut id, quo intelligit, ut species sensibilis, quae non sentitur, sed est id quo sentitur.

3. *An magis universalia sint priora in nostra cognitione intellectuali.* R'. Sic, quia per notitiam incompletam, idest generieam venitur ad specificam.

4. *An possimus multa simul cognoscere.* R'. Non per modum multorum, sed per modum unius.

5. *An intellectus noster intelligat componendo et dividendo.* R'. Sic, quia discurrit, Angelus intelligit composita, sed non componit.

6. *An intellectus possit esse falsus.* R'. Circa proprium obiectum, idest quod quid rei, et circa prima principia non, ut sensus, sed componendo et discurrendo sic.

7. *An unam et eandem rem unus alio melius cognoscat.* R'. Ex parte cognoscentis sic, sicut in visu, ex parte rei intellectae non.

8. *An intellectus prius intelligat indivisibile, quam divisibile.* R'. Indivisibile, ut continuum,

vel secundum speciem sic; indivisibile actu, et potentia, non.

86. *Quid intellectus in rebus materialibus cognoscat.*

1. *An intellectus noster cognoscat singularia.* R'. Primo, et directe, non, sed sensus cognoscit, sed indirecte convertendo se ad phantasma, quo singulare repraesentatur.

*Singulare ut sic potest cognosci ab intellectu, non ut materiale, quia nihil intelligitur, nisi immaterialiter.

2. *An intellectus noster possit cognoscere infinita.* R'. Sic infinita in potentia, quia est eius obiectum, sed non infinitum in actu, Deum non totaliter.

3. *An intellectus cognoscat contingentia.* R'. Ut habent quid necessitatis directe cognoscuntur. idest ut universalia, et sic datur moralis, et scientia de gener. et corruptibilibus; sed contingentia ut sic, directe a sensu, cognoscuntur, indirecte ab intellectu, quia sunt individua materialia.

4. *An intellectus noster cognoscat futura.* R'. Futura, ut sic, non, nisi reflexe, quia sunt singularia, ut in causis, sic. Potest homo per somnium aliquid futurum praedicere.

87. *Quomodo anima se ipsam et ea quae sunt in ipsa cognoscat.*

1. *An anima intellectiva seipsam cognoscat per suam essentiam.* R'. Non, sed per actum, ut intelligit alia. Item Angelus se intelligit per essentiam, non tamen omnia, ut facit Deus, qui est actus purus.

2. *An intellectus cognoscat habitus animae per*

essentiam eorum. R'. Non, sed per actus, sicut et se, quia habitus non est actus. Fides cognoscitur per actus interiores, dum quis percipit se credere.

3. *An intellectus cognoscat proprium actum, seu intelligere.* R'. Sic, quia est in actu, sed prius obiectum, quod est extra, et materiale, secundo actum, tertio se: non sic in Angelis, quia primum obiectum intelligere Angeli est essentia.

4. *An intellectus intelligat actum voluntatis.* R'. Sic quia intelligo me velle.

* Verum includit bonum, et e contra, et ideo quod cadit sub voluntate, cadit etiam sub intellectu, et contra.

88. *Quomodo anima cognoscat ea quae supra se sunt.*

1. *An anima in hac vita possit cognoscere substantias immateriales per se ipsas.* R'. Non, quia non cognoscit sine phantasmate. Platonis, et Averrois opiniones confutantur

2. *An intellectus noster per cognitionem materialium perveniat ad cognitionem immaterialium.* R'. Non perfecte, quia habent quidditatem alterius rationis.

3. *An Deus sit primum, quod ab humana mente cognoscitur.* R'. Non, quia cognoscitur per creaturas; et primum cognitum a nobis est quidditas materialis, quia est proprium obiectum intellectus.

* Lumen divinum est id quo, non id quod primum cognoscimus. Item in nobis non est perfecta imago Dei, ut est in Filio; ideo per eam non cognoscimus Deum.

89. *De cognitione animae separatae.*

1. *An anima separata a corpore possit intelligere.* R'. Sic, sed alio modo, quia erit in alio modo essendi, idest, intelliget sine phantasmate, quod erit ei praeter naturam.

2. *An anima separata cognoscat substantias separatas.* R'. Sic, sicut seipsam per seipsam, quia in modo essendi sunt conformes, non tamen Angelos, quia superant modum essendi suae naturae, et loquimur de cognitione naturali, non de beatifica, sed intelliget Angelos per similitudinem impressam a Deo.

3. *An anima separata omnia naturalia cognoscat.* R'. Sic in communi, et confuse per species infusas, modo non naturali.

4. *An anima separata cognoscat singularia.* R'. Aliqua, sed non omnia, et imperfecte, at Angelus perfecte et per species infusas.

5. *An habitus scientiae acquisitae remaneant in anima separata.* R'. Sic, ut sunt in intellectu, qui non corrumpitur, sed dispositiones in potentiis sensitivis peribunt.

* Et scientia destruetur quoad actum.

* Potest esse simul cum scientia infusa, quia diversa.

6. *An actus scientiae acquisitae maneat in anima separata.* R'. Sic, sed non eodem modo, idest non per conversionem ad phantasmata.

7. *An distantia localis impediat cognitionem animae separatae.* R'. Non, quia lumen divinum, quo anima separata intelligit, eodem modo se habet distans et propinquum.

8. *An anima separata cognoscat quae hic a-*

guntur. R'. Non, quia non cognoscit singularia, nisi per vestigium, aut affectum, quae non sunt ad omnia, vel nisi Deus revelet. Animae beatorum probabilius cognoscunt omnia, quia aequantur Angelis, non tamen tristantur de malis. Item defuncti si apparent nobis est miraculum: vel Daemon, vel Angelus hoc facit etiam ipsis ignorantibus. Samuel autem apparuit Saul in revelatione divina.

90. *De prima hominis productione quantum ad animam.*

1. *An anima sit facta, vel sit de substantia Dei.* R'. Est facta, et non est de substantia Dei; et simplex se ipso differt.

2. *An anima sit producta in esse per creationem.* R'. Sic, quia est forma subsistens.

* In anima materiale est essentia, formale vero est esse participatum.

3. *An anima rationalis sit producta a Deo immediate.* R'. Sic per creationem et nil praesupponitur, et sic est impossibile fieri ab Angelis.

4. *An anima humana fuerit producta ante corpus.* R'. Non, sed simul, quia haec est eius perfectio, et Deus fecit res in statu perfecto suae naturae.

91. *De productione corporis primi hominis.*

1. *An corpus primi hominis sit de limo terrae.* R'. Sic, idest, de terra aquae permixta: et quia homo communicat cum omnibus creaturis, ideo dicitur minor mundus.

2. *An humanum corpus sit immediate a Deo productum.* R'. Sic primum corpus hominis, et necessario, quia non potuit generari.

3. *An corpus hominis habuerit convenientem dispositionem.* ℟. Sic quia opera Dei perfecta, et imperfectio est ex parte materiae.

4. *An productio corporis humani explicetur convenienter.* ℟. Sic, ut patet in Genesi.

* Faciamus, idest Trinitas, cuius imago est in homine.

92. *De productione mulieris.*

1. *An mulier debuerit produci in prima productione rerum.* ℟. Fuit necesse pro generatione, et quo vivens est perfectius, eo vis generandi passiva debet esse magis distincta ab activa, ut exerceantur operationes perfectiores ipsa generatione.

* Foemina est occasionative respectu agentis particularis, quod intendit simile, et fit propter debilitatem virtutis agentis, dispositionem materiae et transmutationem ab extrinseco a ventis frigidis et australibus, sed est intenta ab agente universali, et natura. Item quae possunt esse occasio peccandi fiunt a Deo, ut mundus sit perfectus et quia Deus ex malo colligit bonum.

2. *An mulier debuerit fieri a viro.* ℟. Sic fuit conveniens ob multa; Eva non fuit propinqua Adam, quia non per generationem.

3. *An mulier debuerit formari ex costa viri.* ℟. Sic, quia socia, non ex capite, quia non domina, nec ex pede, quia non serva: et ob sacramenta quae de latere Christi fluxerunt.

4. *An mulier fuerit immediate formata a Deo.* ℟. Sic, ut Adam, nec potuit a creatura formari.

93. *De fine sive termino productionis hominis.*

1. *An imago Dei sit in homine.* R'. Sic, sed imperfecta, nec secundum aequalitatem, quia distat a Deo infinite.

* Verbum est perfecta imago Dei cum identitate naturae, et non est ad imaginem: in creaturis est analogice.

2. *An imago reperiatur in creaturis irrationalibus.* R'. Non, nisi imperfecte, quia imago est similitudo ex alio expressa secundum speciem, vel proprium accidens, seu figuram; et sic vermis non est imago hominis, licet ex ipso generetur, sed homo Dei sic, quia sapit ut Deus.

3. *An Angelus sit magis ad similitudinem Dei, quam homo.* R'. Sic, quia in eo perfectior natura: homo secundum quid est similior Deo, quam Angeli.

4. *An imago Dei inveniatur in quolibet homine.* R'. Sic, quia in quolibet est aptitudo ad intelligendum et amandum Deum, sed in iustis est imago recreationis quae est in habitu, et in beatis est imago secundum actum gloriae.

5. *An in homine sit imago Dei quoad Trinitatem personarum.* R'. Sic, sed infertur ex imagine naturae divinae. Si in homine esset perfecta Dei imago, homo cognoscendo se, cognoceret Deum. Item homo est factus ad imaginem Trinitatis.

6. *An in homine sit imago Dei solum secundum mentem.* R'. Sic, sed secundum alias partes est per modum vestigii: nam imago repraesentat per modum speciei, vestigium per modum effectus, qui non attingit similitudinem speciei.

7. *An imago Dei inveniatur in anima secundum actus.* R'. Imago Trinitatis est secundum actus verbi, et amoris.

* Quia mens nostra est in nobis ignota accipitur imago secundum tres potentias, Intellectus, Voluntatis, Memoriae. Item imago Trinitatis est semper in anima habitualiter.

8. *An imago Trinitatis in anima sit solum per comparationem ad obiectum, idest Deum.* R'. Sic, quia repraesentat secundum speciem divinas personas.

9. *An similitudo convenienter distinguatur ab imagine.* R'. Sic, quia similitudo est communior, et sic est praeambula ad imaginem, sed ut significat perfectionem imaginis est sequens illam

94. *De statu et conditione primi hominis quantum ad intellectum.*

1. *An primus homo per essentiam Deum viderit.* R'. Non, quia poterat peccare, et Beatus non potest peccare, sed Deum cognoscebat altiori cognitione, quam nos, idest, media inter nostram et beatam, sed forte vidit Deum in raptu in sopore. Item vidit altiori modo, quia non impediebatur a sensibilibus, et ante peccatum.

2. *An Adam in statu innocentiae viderit Angelos per essentiam.* R'. Non, quia intelligebat per phantasmata.

3. *An primus homo habuerit scientiam omnium.* R'. Sic, naturaliter scibilium omnium; quia imposuit nomina rebus, et quia ut primus debebat alios instruere; supernaturalium vero quantum opus erat ad vitae regimen.

* Habuit scientiam per species infusas. Item in naturali scientia poterat proficere quantum

ad experimentum, non quantum ad numerum scitorum, sed in supernaturalibus sic.

4. *An homo in primo statu potuisset decipi.* R'. Non, quia in illo statu non erat malum, ergo nec falsum, quia falsum est malum intellectus.

95. *De his quae attinent ad voluntatem primi hominis, idest de gratia et iustitia.*

1. *An primus homo fuerit creatus in gratia.* R'. Sic, ut Angelus, quia ratio erat subiecta Deo, et rationi vires inferiores, et animae corpus: prima subiectio fuit causa secundae, et secunda tertiae.

2. *An in primo homine fuerint animae passiones.* R'. In statu innocentiae non erant circa malum, nec in bonum non habitum, et non habendum, sed erant passiones boni praesentis, ut gaudium et amor, vel futuri in suo tempore habendi, ut desiderium et spes, non tamen affligens, consequentes ex imperio rationis, cui appetitus erat subiectus, non sic in nobis.

3. *An Adam habuerit omnes virtutes.* R'. Aliqualiter sic. Nam virtutes quae non continent imperfectionem, ut iustitia, vel si continent, non repugnant perfectioni primi status, ut fides et spes, erant in habitu et actu; sed quae continent imperfectionem, et repugnant illi statui, erant secundum habitum tantum, ut poenitentia, misericordia.

4. *An opera primi hominis fuerint magis efficacia ad merendum, quam opera nostra.* R'. Absolute sic, quia in maiori virtute: proportionaliter, non, quia nos habemus maiorem difficultatem post peccatum.

96. *De dominio, quod homini in statu innocentiae competebat.*

1. *An Adam in statu innocentiae dominaretur animalibus.* R/. Sic, quia sic Deus providit, et quia erant inferiora.

2. *An homo habuisset dominium super omnes alias creaturas.* R/. Sic, eis utendo sine impedimento, non tamen Angelis, in quibus est ratio, secundum quam homo dominatur.

3. *An homines in statu innocentiae fuissent aequales.* R/. Non, sed fuisset disparitas in sexu, in aetate, in iustitia, scientia, libero arbitrio, circa corpus in complexione, pulchritudine, viribus, sed non erat peccatum nec defectus, nec in anima, nec in corpore.

4. *An homo in statu innocentiae homini dominabatur.* R/. Non erat dominium ut opponitur servituti, quia tali subiectio est poena, sed erat ut dicit bonum commune et subiecti, ut inter Angelos alii aliis dominantur.

97. *De his quae pertinent ad conservationem individui in illo statu.*

1. *An homo in illo statu fuisset immortalis.* R/. Sic, non ex parte materiae, vel formae, sed ex parte causae efficientis, idest per vim divinitus datam.

2. *An homo in illo statu fuisset impassibilis.* R/. Non movebatur a naturali dispositione, quia virtus animae prohibébat, sed erat passibilis passione communiter dicta, ut in sentire, intelligere, dormire, etc.

3. *An homo in eo statu indiguerit cibis.* R/. Sic, quia habebat vegetativam alendam cibo, et si non edisset peccasset, cum id ei praeceptum fuerit.

4. *An homo per lignum vitae fuisset consecutus*

immortalitatem in eo statu. R'. Sic, sed non simpliciter; quia erat ne cum senectus dissolveret, alia ligna erant ad sustentationem.

98. *De pertinentibus ad conservationem speciei.*

1. *An in statu innocentiae fuisset generatio.* R'. Sic, ad multiplicationem generis humani, alias peccatum fuisset necessarium propter tantum bonum, quale est hominis propagatio, licet Adam fuisset incorruptibilis.

2. *An in statu innocentiae fuisset generatio per coitum.* R'. Sic, et ideo Eva fuit data in adiutorium, in qua erat virtus passiva, sed non fuisset immoderata concupiscentia, vel libido. Item ibi continentia non fuisset laudabilis, quia ordinata. Item tunc coitus fuisset sine corruptione integritatis, sicut emittitur menstruus cruor cum integritate.

99. *De generatione prolis generandae, quantum ad corpus.*

1. *An pueri tunc nati habuissent virtutem perfectam ad motum membrorum.* R'. Non sufficientem ad quoslibet actus, quia imperfecti ut nunc, non tamen fuisset infirmitas, sicut accidit nunc pueris; et quia habent cerebrum magnum et humidum, ideo non possunt, sed animalia ex siccitate possunt; nec fuissent defectus seniles, qui ordinantur ad corruptionem, sed tantum defectus pueriles qui sequuntur generationem.

2. *An in primo statu fuissent natae foeminae.* R'. Sic, quia est ad complementum naturae humanae, et fuissent tot, quot viri.

100. *De conditione prolis generandae, quantum ad iustitiam.*

1. *An homines fuissent nati cum iustitia.* R'. Sic, quia iustitia originalis erat donum Dei datum toti naturae, quae gratia non erat transfusa per virtutem seminalem, sed conferebatur homini statim cum haberet animam rationalem.

2. *An pueri tunc nati fuissent in iustitia confirmati.* R'. Non, quia poterant peccare, sicut parentes.

101. *De conditione prolis generandae, quantum ad scientiam.*

1. *An in statu innocentiae pueri fuissent nati in scientia perfecti.* R'. Non, sed sine difficultate acquisivissent discendo, inveniendo, quia anima est ut tabula rasa; et ubi non est auctoritas, sequimur conditionem naturae cui naturale est ut homo scientiam per sensus acquirat.

2. *An pueri mox nati habuissent usum rationis.* R'. Non, quia sensus, et vires inferiores sunt impediti ob nimiam humiditatem cerebri, et quia natura procedit ab imperfecto ad perfectum.

102. *De loco hominis, qui est Paradisus.*

An paradisus sit locus corporeus. R'. Sic, positus in parte orientis, qui oriens est nobilior pars, cum sit dextera coeli.

2. *An paradisus sit locus conveniens habitationi humanae.* R'. Sic, quia ibi erant remedia ne homo corrumpatur. Item Paradisus adhuc durat, ubi dicitur esse Enoch, et Elias, et est locus temperatissimus.

3. *An homo sit positus in loco illo, ut operaretur, et custodiret illum.* R'. Sic dupliciter, vel ut

Deus custodiret hominem, vel ut homo operaretur, et custodiret Paradisum sine labore, sed iucunde.

4. *An homo fuerit factus in paradiso.* R'. Non, sed extra, et postea positus in eo transferendus in coelum, quia erat locus congruus quantum ad incorruptionem humanam, quae incorruptio non erat naturalis, sed ex dono Dei, sed Angelus quia incorruptibilis fuit formatus in coelo Empyreo, Eva in Paradiso, non propter eam, sed ratione principii ex quo corpus eius formabatur.

105. *De gubernatione rerum in communi.*

1. *An mundus gubernetur ab aliquo.* R'. Sic, a Deo, qui perducit res ad suos fines, quod est gubernare.

2. *An finis gubernationis mundi sit aliquid extra mundum.* R'. Sic, quia bonum quod est finis est extrinsecum, scilicet Deus.

3. *An mundus gubernetur ab uno.* R'. Sic, quia optima gubernatio est quae fit per unum. Item de ratione boni est unitas, quam omnes appetunt, ut finem: et gubernatio est ad finem ultimum.

4. *An gubernationis effectus sit unus tantum, et non plures* R'. Ex parte finis, in quem omnia tendunt, idest, assimilari summo bono, unus est effectus, sed effectus divinae gubernationis in generali sunt duo, idest, conservatio rerum in bono, et motio earum ad bonum, idest, quod una res aliam moveat in bonum, sed effectus divinae gubernationis in particulari sunt innumerabiles, quia quodlibet assimilatur secundum modum suum.

5. *An omnia divinae gubernationi subdantur.*

℟. Sic, quia eiusdem est creare, et gubernare in finem Deum. Deo non est cura de bobus, quantum ad modum quo movet rationalem creaturam.

6. *An omnia immediate gubernentur a Deo.* ℟. Sic, quantum ad rationem gubernationis, quia eius providentia est immediata, quantum ad executionem Deus quaedam gubernat mediantibus aliis.

7. *An aliquid possit contingere praeter ordinem divinae gubernationis.* ℟. Non, quia Deus est causa universalis in ratione totius entis, quae impediri non potest, sicut causa particularis; item malum etiam est sub divina gubernatione, quia semper fundatur in bono, nec datur aliquid totaliter malum. Item respectu Dei nihil est casuale, sic contingentia, sed respectu causae particularis.

8. *An aliquid possit reniti contra ordinem gubernationis divinae.* ℟. Non in universali, quia semper tendit in bonum, et nullus homo respiciens ad malum operatur, licet peccator nitatur contra particulare bonum sibi conveniens.

104. *De effectibus divinae gubernationis in speciali.*

1. *An creaturae indigeant ut a Deo conserventur in esse.* ℟. Sic; est de fide, quia sunt effectus dependens a Deo in fieri, et esse, sicut illuminatio aëris a sole in fieri, et esse: nota, quando effectus naturalis recipit impressionem agentis secundum eandem rationem, ut est in agente, tunc pendet a causa in fieri tantum; sed quando non est natus recipere impressionem agentis secundum eandem rationem, ut coeli sunt causa inferiorum, tunc tale agens, non solum

est causa fiendi, sed etiam essendi. Hinc patet, ut aqua calefacta ab igne, cessante actione remaneat calefacta, non vero aër remaneat illuminatus cessante actione solis.

* Deus non potest communicare creaturae, ut conservetur in esse, sua actione cessante; sicut non potest ei communicare, quod non sit causa illius. Item conservatio rerum a Deo non est per novam actionem, sed per continuationem actionis, quae dat esse, quae est sine motu et tempore.

2. *An Deus immediate omnem creaturam conservet.* R'. Aliquas conservat in esse tam indirecte, quam directe mediantibus causis aliquibus, sicut eisdem dat esse indirecte per causas impedientes corruptionem, ut sal respectu carnium, directe quando aliqua creatura secundum suum esse pendet ab illa causa: licet Deus immediate omnia creavit, tamen conservat mediate, sed nulla se ipsam, quia nulla est causa sui ipsius, sed alterius.

3. *An Deus possit aliquid in nihilum redigere.* R'. Potest omnia, quia potest eis non influere esse, et sic desinerent esse.

* Deus per se non potest esse causa tendendi in non esse, sed hoc habet creatura ex se ipsa, quia est ex nihilo, sed Deus per accidens subtrahendo suam actionem.

4. *An aliquid in nihilum redigatur.* R'. Non, quia nec naturaliter, nec divina bonitas hoc facit.

105. *De mutatione creaturarum a Deo.*

1. *An Deus possit immediate movere materiam ad formam.* R'. Sic, quia potest reducere ad actum potentiam passivam.

* Angeli, et Daemones operantur circa visibilia, non imprimendo formas, sed adhibendo semina corporalia.

2. *An Deus possit immediate movere aliquod corpus.* R'. Sic quodcumque corpus secundum quemcumque motum. Nota, Deus movet creaturam non per contactum corporalem, sed spiritualem, sed ipse non tangitur a creatura, et licet virtus Dei movens sit infinita, tamen operatur in effectibus secundum quod eis convenit, et sic non in instanti.

3. *An Deus moveat immediate intellectum creatum.* R'. Sic, quia illum docet, dat vim intelligendi, dat species intelligibiles, imprimit similitudines.

4. *An Deus possit movere voluntatem creatam.* R'. Sic sufficienter ut obiectum, quia virtus passiva voluntatis se extendit ad bonum universale, quod est eius obiectum, et solus Deus est bonum universale, sed bonum creatum est particulare, et non movet sufficienter et efficaciter. Item Deus movet voluntatem interius eam inclinando, quia est primum movens, et ultimus finis, sed non cogit illam, quia dat propriam inclinationem; et sic etiam moveri potest a se ipsa, unde ratio meriti, vel demeriti non tollitur.

5. *An Deus operetur in omni operante.* R'. Sic, sed res habent etiam propriam operationem, secus frustra essent virtutes operativae rebus tributae.

* Deus operatur in nobis per modum primi agentis, et sic non est superflua operatio secundi agentis.

6. *An Deus possit aliquid facere praeter ordi-*

nem rebus inditum. R'. Sic, prout ordo pendet a secunda causa, sed non potest facere contra ordinem rerum prout dependet a prima causa, quia faceret contra praescientiam suam, quod est impossibile, et quod Deus sic agit est praeter naturam, non contra, quia actio naturalis pendet a Deo, secus si homo iaceret lapidem in altum, tunc esset contra naturam lapidis, quae non pendet ab homine. Item cum Deus agit praeter hunc ordinem, non mutatur, quia sibi reservavit aliter se facturum aliquando.

7. *An omnia quae Deus facit praeter ordinem naturae sint miracula.* R'. Sic, quae fiunt a Deo praeter causas nobis notas, dicuntur miracula, idest, admiratione digna: potest tamen aliquid esse mirum uni, quem causa latet, alteri vero non, quem causa non latet.

8. *An unum miraculum sit maius alio.* R'. Sic, quia quo magis excedit facultatem naturae, eo maius est miraculum, et excedítur natura, vel secundum substantiam facti, ut penetratio corporum, vel in eo, in quo fit ut resuscitatio mortuorum, vel in modo et ordine faciendi, ut cum statim quis a febri curatur.

106. *Quomodo una creatura moveat aliam.*

1. *An unus angelus illuminet alium.* R'. Sic, quia manifestat cognitam veritatem alteri, quia virtus intellectiva inferioris confortatur ex conversione superioris Angeli ad ipsam, ut corpus minus calidum crescit cum ei appropinquat magis calidum, et quod est appropinquatio in corpore, est conversio in Angelis.

* Ut immediate videt Deum unus non docet

alium, sed ut cognoscit magis rationes operum Dei, superior docet inferiorem, confortando lumen naturale.

2. *An unus angelus possit movere voluntatem alterius.* R'. Non, sed solus Deus, qui potest iustificare. Item solum bonum universale, quod est Deus, movet voluntatem obiective sufficienter, ut in beatis. Item voluntas est inclinatio volentis in volitum, et sic praeter Deum nemo illam immutare potest. Angelus persuadere potest monstrando bona creata ordinata in honorem Dei.

3. *An angelus inferior possit illuminare superiorem.* R'. Non, sed contra, superior illuminat inferiorem, ne turbetur ordo.

4. *An angelus superior illuminet inferiorem.* R'. Sic, quia creaturae habent ex divina bonitate diffundere bona, quae acceperunt in aliam, sed quanto sunt Deo propinquiores, eo maiora bona participant, sed non communicant ita evidenter, ut habent. Item usque ad finem mundi semper superioribus Angelis aliquid novi revelatur pertinens ad dispositionem mundi, et salutem electorum.

107. *De locutionibus Angelorum.*

1. *An unus angelus alteri loquatur.* R'. Sic, et loqui est conceptum mentis alteri manifestare, et fit quando voluntas Angeli vult ut conceptus suae mentis alteri manifestetur, et statim cognoscitur, non sic in homine, quia per sensus explicatur. Item locutio Angeli est interior, et non sufficit quod concipiat, sed ut velit loqui.

2. *An inferior angelus superiori loquatur.* R'.

Sic, quia potest manifestare suum conceptum, quia omnis illuminatio Angeli est locutio, sed non omnis locutio est illuminatio, quae pendeat a Deo tanquam a principio, ratione cuius aliqui dicuntur superiores, et ideo illis competit illuminatio.

3. *An angelus Deo loquatur.* R'. Sic, ut aliquid a Deo accipiat, vel ut consultet divinam voluntatem de agendis, vel admirando eius mentem, non loquitur ut Deo aliquid manifestet, sed ut discat. Item semper loquuntur cum Deo laudantes ipsum, sed non semper consulentes de agendis.

4. *An localis distantia in locutione angelica operetur aliquid.* R'. Non, quia intellectualis operatio abstrahit a loco et tempore.

5. *An cum unus loquitur uni, omnes percipiant locutionem.* R'. Non, quia locutio pendet a voluntaria dispositione loquentis.

108. *De ordinatione Angelorum secundum Hierarchias, et ordines.*

An omnes angeli sint unius hierarchiae. R'. Angeli cum hominibus non sunt unius hierarchiae, quia non gubernantur uno modo a Deo, quia Angeli puris illuminationibus, homines similitudinibus sensibilium. Item Angeli non sunt una hierarchia inter se, sed faciunt tres, quia non eodem modo gubernantur a Deo, quia superiores recipiunt lumen universalius, quam inferiores, idest a Deo; secundi a causis creatis universalibus; tertii, ut applicantur singulis rebus, prout dependent a propriis causis. Item Angeli, et rationales creaturae, quatenus Deus unus est princeps omnium, cuius possunt esse

participes, et sic ut omnes vident essentiam Dei non distinguuntur hierarchiae, sed in ordine ad res creatas sic. Item homines sunt unius hierarchiae, quia eis est unus modus intelligendi connaturalis: in Deo non est hierarchia.

2. *An in una hierarchia sint plures ordines.* ℟. Sic, tres, quia est multitudo ordinata sub uno Deo, sed habent diversa officia, et actus secundum quos attenditur diversitas graduum, scilicet, supremum, medium, infimum, ut in politia humana, in qua sunt optimates, viri honorabiles et populus.

3. *An in uno ordine sint plures angeli.* ℟. Sic, sicut quaelibet stella habet suum ordinem, sed nobis est incognitus. Item Angeli unius ordinis sunt aliquo modo aequales secundum similitudinem ordinum, sed non simpliciter.

4. *An distinctio hierarchiarum, et ordinum sit a natura in Angelis.* ℟. Sic secundum dona naturalia ad finem acceptum secundum facultatem naturae ipsorum, ut scilicet cognoscant, et ament Deum naturaliter; sed si finem Angelorum accipias supra naturalem facultatem eorum, ut vident Deum clare, tunc ordines distinguuntur completive secundum dona gratuita, dispositive secundum naturalia, quia Angelis data est gratia secundum capacitatem naturalem. Quod non est in hominibus. Unde in ipsis distinguuntur ordines secundum dona gratuita tantum.

5. *An ordines Angelorum convenienter nominentur.* ℟. Sic et respondent spiritualibus perfectionibus Angelorum. Nota, ordo in rebus sumitur, vel secundum proprietatem quae secun-

dum suam naturam adaequate, et proprie convenit rei, vel per excessum, ut perfectiones creaturarum Deo; vel per participationem, ut Deitas creaturis: sed Angeli non nominantur a proprietate per excessum, v.g. ut est proprietas inferioris, quae convenit superiori, sed ab ea quae eis proprie et adaequate convenit, sic Dionysius, sed Gregorius attendit exteriora officia.

6. *An gradus ordinis convenienter assignentur.* R'. Sic, in prima hierarchia sunt per respectum ad Deum, a quo accipit rationes rerum, et sunt Seraphim, Cherubim, Throni. In secunda sunt qui cognoscunt causas universales, et signant communem quamdam gubernationem, et sunt Dominationes, Virtutes, et Potestates. In tertia sunt secundum determinationes ad speciales effectus, et designant executionem operis, et sunt Principatus, Archangeli, Angeli.

7. *An ordines remanebunt post diem iudicii.* R'. Sic quoad distinctionem graduum, quae est a differenti gratia et natura, quae semper manebit; sed quoad executionem officiorum, partim remanebunt, partim non, quia manebunt ut in fine, cessabunt ut ad finem. Item post diem Iudicii homines non perducentur ad salutem, sed qui erunt salvi, habebunt aliquam illustrationem per Angelos.

8 *An homines assumantur ad ordines angelorum.* R'. Sic, quoad gradum gloriae, quia possunt mereri tantam gloriam, ut aequentur Angelis secundum eorum gradus, et oppositum est error; sed non possunt assumi quoad gradum naturae, quia semper remanebit distinctio naturarum. Item Angelus inferior non potest a-

scendere ad gradum gratuitum superiorum, sicut nec ad gradum naturalem, quia gratia eis datur secundum gradum naturalem, non sic homini; et sic potest ascendere ad gratuitum, non ad naturalem. Item dicere quod homines transferantur ad poenas daemonum, non est error.

109. *De ordine Angelorum malorum.*

1. *An sint ordines in Daemonibus.* R'. Secundum conditionem naturae adhuc sunt in ordinibus, sed secundum statum gratiae imperfectae et meritoriae fuerunt, et non sunt; sed secundum statum gloriae nec sunt, nec unquam fuerunt.

2. *An in Daemonibus sit praelatio.* R'. Sic, quia actio sequitur naturam, et sic eorum actiones erunt subordinatae sicut naturae, nec Deus aliquid inordinatum relinquit.

* Praelatio Daemonum fundatur super iustitiam Dei cuncta ordinantis. Item concordia Daemonum, quod quidam aliis obediant, non est ex amicitia, sed ex communi nequitia, et odio contra homines, et iustitiam Dei; quod aliqui praesint, non est ad bonum ipsorum; cum in malis praeesse sit magis miserum esse.

3. *An in daemonibus sit illuminatio.* R'. Proprie non, quia non purgantur, et quia illuminatio est manifestatio veritatis in ordine ad Deum, sed ipsi abducunt a Deo; sed est locutio, quia unus alteri manifestat conceptum suum.

4. *An boni angeli habeant praelationem super malos.* R'. Sic, et eos regunt, quia sunt propinquiores Deo, idest beati.

* Angeli aliqua divina mysteria revelant Dae-

moribus, quia iustitia Dei vult ut per Daemones aliqua fiant, vel ad punitionem malorum, vel ad exercitium bonorum. Item hae revelationes respectu Angelorum sunt illuminationes, quia et ordinant ad Deum, sed non respectu Daemonum, qui eas ordinant ad iniquitatem faciendam.

110. *De praesidentia Angelorum super creaturam corporalem.*

1. *An creatura corporalis administretur per angelos.* ℟. Sic, quia virtus intellectualis est universalis, sed virtus corporea, quia est ex materia, est particularis, sed particularis regitur ab universali, idest movetur: vocantur virtutes.

2. *An materia corporalis obediat Angelis ad nutum.* ℟. Non, quia quae fiunt, vel immediate a Deo, vel a causa secunda fiunt.

* Anima est forma corporis, ideo transmutat illud facile; Angelus non est forma, licet nobiliori modo agat.

3. *An Angelis obediant corpora ad motum localem.* ℟. Sic, unde adhibent semina ad aliquos effectus.

4. *An Angeli possint facere miracula.* ℟. Non, quia fiunt praeter ordinem totius naturae creatae, et sic Deus solus facit ea, tamen aliquando per Angelos.

* Angeli, et Daemones dicuntur facere miracula, non simpliciter, sed quoad nos, idest praeter ordinem naturae creatae nobis notae, et per virtutem creatam nobis ignotam, dicuntur miracula a nobis.

111. *De actione Angelorum in homines.*

1. *An Angelus possit illuminare homines*, R'. Sic, quia revelant divina nobis ut Angelis, sed nobis proponendo veritatem sub similitudinibus sensibilium, quia naturale est hominibus per phantasmata speculari, sed inter Angelos prout superior veritatem universaliter conceptam dividit secundum capacitatem inferioris. Item noster intellectus fortificatur per actionem intellectus Angelici. Item duo requiruntur ad fidem. Primo habitus, quo intellectus disponitur ad obediendum voluntati tendenti in divinam veritatem, et hoc est a Deo solo. Secundo, ut credibilia proponantur credenti, et hoc fit vel per homines ex auditu, vel per Angelos revelantes: dum quis illuminatur, intelligit se illuminari, sed non intelligit a quo illuminetur, idest, an ab Angelo.

2. *An Angelus possit immutare voluntatem hominis.* R'. Voluntas interius a solo Deo potest immutari, qui dedit homini virtutem talis inclinationis. Nam inclinatio voluntatis in rem volitam est mutatio. Item solus Deus movet voluntatem ab exteriore, seu obiective efficaci sufficientia: sed Angelus et homo per modum suadentis tantum. Item Angelus et homo possunt concitare passiones, ut moveant voluntatem, non tamen violentare, quia semper manet libera voluntas.

3. *An Angelus possit immutare imaginationem hominis.* R'. Potest illam movere, ut in somno. Item, quia possunt localiter movere species, et humores. Unde imaginatio mutatur, sicut in somnis. Item Angelus causans imaginariam vi-

sionem, si illuminet intellectum, ut cognoscat quid per talem similitudinem significetur, non decipit; sed si tantum facit ut similitudines rerum appareant imaginationi, tunc si est deceptio, est ex defectu intellectus recipientis, et non Angeli.

4. *An Angelus possit immutare sensum humanum.* R'. Sic, sua naturali virtute, ut opponere sensui sensibile, vel a natura, vel de novo formatum. Item potest interius movere spiritus, et humores, unde mutentur sensus.

112. *De missione Angelorum.*

1. *An Angeli in ministerium mittantur.* R'. Sic, quia factus a Deo est finitae virtutis; et dum attingit unum corpus, non attingit aliud, et sic est in uno loco ut non sit in alio, et incipit esse ubi non erat, et hoc ex imperio Dei, cuius est minister.

* Actiones exteriores Angeli, quia regulantur per solam intellectionem non impediunt eius contemplationem, quia una est regula alterius, secus in nobis, quia insistimus actioni per vires sensitivas. Item Angeli dum nobis ministrant, serviunt Deo, et non sumus illis super ores, nisi adhaerendo Deo sumus unus spiritus cum Deo.

2. *An omnes Angeli mittantur in ministerium.* R'. Non superioris ordinis, sed inferioris, et sufficiunt ad quodcunque opus.

* Omnes dicuntur administratores spiritus secundum spirituales effectus, v. g. illuminando, non de missione exteriori. Item dicitur missus Seraphim aequivoce, quia incendebat labia prophetae.

3. *An Angeli qui mittuntur assistant Deo.* R'.

Sic, quia semper immediate vident Deum, sed supremi illuminantur immediate.

* Satan non astitit, sed inter assistentes adfuit, quia natura erat Angelus, non beatitudine.

4. *An Angeli secundae hierarchiae omnes mittantur.* ℟. Non, sed illi, quorum nomina aliquam executionem notant.

* Secundum aliquos plures sunt assistentes, quam ministrantes, quia quod est melius, est magis a Deo intentum, et multiplicatum, sed secundum alios, contra.

113. *De custodia Angelorum, et impugnatione malorum.*

1. *An homines custodiantur ab Angelis.* ℟. Sic, homines secundum cognitionem, et affectiones sunt variabiles a bono, et sic oportuit in his regulari ab Angelis, qui sunt invariabiles.

* Homo per liberum arbitrium potest aliqualiter vitare malum, sed non sufficienter, sicut universalis cognitio legis naturalis dirigit hominem ad bonum, sed non sufficienter, ideo debet custodiri. Item Deus immediate infundit habitum virtutis ad operandum, et immediate quantum ad hoc hominem custodit, sed per Angelos Deus hominem instruit, ut inveniat vias congruas ad perficiendum bonum virtutis: et si homo perit, non ex negligentia Angeli, sed malitia hominis fit. Item quod praeter legem communem Angelus homini appareat, est ex speciali Dei gratia.

2. *An singuli homines a singulis Angelis custodiantur.* ℟. Sic, et probabile est, quod diversis speciebus rerum, diversi Angeli eiusdem ordinis praeficiantur. Item possibile est, ut An-

gelus superior, qui illuminat inferiores, illumi-
et hominem immediate. Item licet homines na-
ura sint pares, tamen in eis invenitur inaequa-
tas: nam ex divina providentia quidam eorum
rdinantur ad maius, quidam ad minus.

3. *An custodire homines pertineat solum ad in-
eriorem ordinem Angelorum.* R'. Particularium,
ic; sed custodia universalior hominum ad su-
eriorem, ut ad Archangelos.

* Supremi infimi ordinis custodiunt digniores
omines, et sanctiores.

4. *An omnibus hominibus deputentur Angeli ad
ustodiam.* R'. Omnibus dum sunt in via, quia
ericulum: secus in Patria.

* Christus ut homo immediate regulabatur a
Verbo, ideo non indigebat custodia Angelorum.
tem in statu innocentiae homo indigebat cu-
todia Angelorum, quia licet non esset pericu-
um ab intus, ubi omnia erant ordinata, tamen
mminebat ab extra propter insidias Daemonum.

5. *An Angelus deputetur homini a sua nativi-
ate.* R'. Sic, quia tunc est homo, et a puero ar-
et daemones. Item puer dum est in ventre ma-
ris, est aliquid matris, ut fructus pendens in
rbore, et custoditur ab Angelo matris.

6. *An Angelus custos quandoque deserat homi-
em.* R'. Nunquam totaliter, quia Daemones nos
emper impugnant, sed dicitur Angelus dimit-
ere custodiam, quando non impedit ne homo
adat in tribulationes, vel peccata. Item Ange-
us aliquando relinquit hominem loco, sed non
uoad effectum custodiae, quia quando est in
oelo cognoscit quid circa hominem agatur, et
atim praesto est.

7. *An Angeli doleant de malis eorum, quos custodiunt.* R'. Non, quia beati. Item non tristantur, nil fit contra eorum voluntatem, quia semper volunt quod vult divina iustitia, per quam omnia fiunt, vel permittuntur; nolunt tamen absolute peccata, vel poenas hominum, sed metaphorice sunt dolentes.

8. *An inter Angelos possit esse pugna seu discordia.* R'. Sic, non quod habeant voluntates contrarias, quia omnes volunt quod Deus vult, sed quia ea, de quibus Deum consulunt sunt pugnantia, nam saepe de contrariis meritis Deum consulunt, ideo dicuntur pugnare.

114. *De Daemonum impugnatione.*

1. *An homines impugnentur a daemonibus.* R'. Sic ex malitia, et invidia nituntur impedire profectum hominum, et propter superbiam usurpant sibi similitudinem divinae potestatis, deputando Daemoniacos ministros ad impugnationem hominum. Item ordo impugnationis est a Deo, qui utitur malis, ea ordinans ad bona.

* Daemon ut inducit ad peccandum non mittitur a Deo, nisi permissive, sed mittitur a Deo ad puniendum tentando. Item pugna est aequalis, quia in homine est gratia, et Angelus custos. Item totum Deus ordinat ad gloriam sanctorum.

2. *An tentare sit proprium Diaboli.* R'. Ad nocendum et praecipitandum in peccatum est proprium Diaboli. Homo tentat ut sciat, vel iuvet; si ut noceat, est minister Diaboli. Si homo tentat Deum, ut velit eius virtutem experiri, peccat. Item Deus dicitur tentare ut sciat, idest, ut

faciat alios scire; caro, et mundus tentant instrumentaliter, vel materialiter.

*Daemon explorat hominis inclinationem, ut de illo vitio attentet, ad quod homo magis pronus est, et immutat inferiores vires, ut inclinetur voluntas.

3. *An omnia peccata procedant ex tentatione Diaboli.* R. Non, immo nec nostrae malae cogitationes, sed aliqua a libero arbitrio, ex corruptione carnis, ut venerea, sed omnia sunt a Daemone indirecte, quia instigavit Adam, a quo in nobis pronitas ad peccandum.

*Angeli adiuvant nos ad omnia bona opera nostra, quia non possumus mereri sine auxilio Dei, per Angelos exhibito, sed peccare sic.

4. *An Daemones possint homines seducere.* R. Sic, per miraculum large sumptum, sed non possunt facere miracula stricte sumpta, quia sunt praeter ordinem totius naturae creatae.

5. *An Daemon superatus ab aliquo, propter hoc arceatur ab impugnatione.* R. Aliqui affirmant, aliqui negant, et melius, licet per aliquod tempus arceatur, quia Deus non permittit semper tentari.

115. *De actione corporalis creaturae.*

1. *An aliquod corpus sit activum.* R. Sic, ut ignis, contra antiquos Philosophos.

*Materia prima est pure passiva. Item accidens potest excedere suum subiectum in agendo, sed non in essendo.

2. *An in materia corporali sint aliquae rationes seminales.* R. Sic, quae sunt virtutes, tum activae, tum passivae, et multis modis possunt considerari. Item semen maris est activum, foeminae passivum. Item ratio seminalis est causa-

lis, quia semen est causa. Item Daemon fert corpus, in quo est semen, seu virtus.

3. *An corpora coelestia sint causae eorum, quae hic in inferioribus fiunt.* R'. Sic, quia movent haec, sed non sunt prima causa generationis. Item materia, et quicquid hic generat, sunt velut instrumenta coelestium. Item effectus astrorum in corporibus secundum diversam materiae dispositionem, hinc gemini sub una constellatione unus est masculus, alter foemina.

4. *An corpora coelestia sint causae humanorum actuum.* R'. Non, quia intellectus, et voluntas essent corporales, ut sensus. Item non esset liberum arbitrium, nisi indirecte, idest, per phantasma. Item Astrologi, ut in plurimis, et maxime in communi possunt praedicere vera, quia homines communiter sequuntur passiones sensuum, ad quae possunt cooperari coeli, sed sapiens dominabitur astris, quatenus dominabitur suis passionibus.

5. *An corpora coelestia possint imprimere in ipsos Daemones.* R'. Non, nec per se, nec per accidens, nec directe, nec indirecte, quia non subduntur coelis, cum sint ipsis superiores. Item Daemones cum vexant homines utuntur motibus coeli et lunae, vel ut infament creaturas Dei, vel ut habeant paratas passiones corporum.

6. *An corpora coelestia imponant necessitatem his, quae eorum actionibus subduntur.* R'. Nec in voluntariis, nec in naturalibus, ad quae se extendit operatio hominis imponunt necessitatem, imo nec in naturalibus, quia deficiente una causa, non sequitur effectus, et tale impediens potest esse per accidens.

116. *De fato.*

1. *An fatum sit aliquid.* R'. Est providentia divina omnia ordinans ad suos fines, sed sancti non utuntur hac voce fatum, ut errorem vitent.

* Casus et fortuna dicuntur respectu ad causas proximas, non respectu ad providentiam divinam, secundum quam nihil temere fit.

2. *An fatum sit in rebus creatis.* R'. Sic, idest in mediis causis a Deo ordinatis ad aliquos effectus, et sic dicitur fatum.

3. *An fatum sit immobile.* R'. Ut est a Divina providentia, est immobile, non necessitate absoluta, sed conditionali; ut est in causis secundis est mobile.

4. *An omnia fato subdantur.* R'. Non, sed tantum ea, quae subduntur secundis cau is, sed non quae immediate fiunt a Deo, ut creatio.

* Fatum refertur ad potestatem Dei, ut ad primum principium, et sic, non quicquid subiicitur voluntati Dei subiicitur fato.

117. *De his quae pertinent ad actionem hominis.*

1. *An unus homo possit alium docere.* R'. Sic, et explicat quomodo magister discipulum praedocet.

2. *An homo possit docere Angelum.* R'. De rebus divinis non, quia inferior non illuminat superiorem, sed potest suas cogitationes cordis Angelo manifestare, quia inferior alloquitur superiorem.

* Apostoli non instruebantur a verbo Dei secundum divinitatem immediate, sed prout humanitas eis loquebatur. Item aliquis homo in

hac vita potest esse maior Angelo, non actu, sed virtute, idest, maiori charitate.

3. *An homo per virtutem animae possit immutare materiam corporalem.* R'. Non, nisi mediantibus corporibus, imo nec Angelus.

* Sancti fecerunt miracula ex potestate gratiae, non naturae. Item fascinatio fit, quia ex forti imaginatione animae, immutantur spiritus coniuncti in oculis, qui inficiunt aërem usque ad certum spatium, et aër infectus nocet teneris pueris.

4. *An anima hominis separata possit corpora saltem localiter movere.* R'. Non, quia est determinata, ut forma quae non potest movere corpus, nisi informatum, sed Angelus et substantiae spirituales, quae non determinantur ad certa corpora possunt diversa movere localiter. Item Daemones fingunt se esse animas moventes corpus, ut decipiant.

113. *De traductione hominis ex homine quantum ad animam.*

1. *An Anima sensitiva traducatur cum semine.* R'. Sic, quia generatur ab anima generantis principaliter, et a semine instrumentaliter, sicut virtus elementorum generat animam in animalibus genitis ab elementis, et non creantur a Deo, quia non corrumperentur corrupto corpore, et haberent operationem ex se.

2. *An anima intellectiva causetur a semine.* R'. Non, quia esset haeresis, nam creatur a Deo, et sine corpore subsistit.

* Anima cum dicitur egressa de femore, sumitur pro toto homine. Item adveniente perfectiore forma corrumpitur praecedens, ut ra-

tionali veniente corrumpitur sensitiva. Item homo generat sui similem, quia disponit ad susceptionem animae rationalis.

3. *An animae humanae fuerint creatae simul a principio mundi.* R'. Non, sed dum infunduntur corpori, nec sunt eiusdem conditionis cum Angelis, quia unirentur accidentaliter, et homo esset unum per accidens.

* Deus cessavit die septima non ab omni opere, sed a novis rerum generibus, et speciebus condendis. Item perfectioni universi potest addi quantum ad numerum individuorum, non quantum ad specierum numerum.

119 *De propagatione hominis quantum ad corpus.*

1. *An aliquid de alimento convertatur in veritatem humanae naturae.* R'. Sic, quia fit caro, os.

2. *An semen sit de superfluo alimenti.* R'. Sic, semen est superfluum alimentum, et est in potentia totum animal, et habet virtutem derivatam ab anima. Item animalia quae egent multo alimento sunt parvi seminis, ut homines magnae staturae, et pingues; mulier vero non seminat active.

EX PRIMA SECUNDAE PARTIS DIVI THOMAE

1. *De ultimo fine hominis.*

1. *An homini conveniat agere propter finem.* R'. Sic, quia actiones humanae per quas differt ab aliis agentibus sunt a potentia, cuius obiectum est bonum, et finis, quarum homo est dominus. Item actiones quae non sunt a deliberata ratione sunt hominis, sed non humanae, quarum non est dominus. Item finis in intentione est causa. Item actus voluntatis non est ultimus finis, sicut videre non est obiectum oculi.

2. *An agere propter finem sit proprium rationalis naturae.* R'. Non, quia natura agit propter finem, et cessante prima causa, idest, fine, omnia subordinata cessarent. Item homo determinatur ab appetitu rationali, alia a naturali, quae non apprehendunt finem sub ratione finis; ideo ab alio moventur; homo vero a se, bruta a fine apprehenso.

3. *An actus hominis specificentur a fine.* R'. Actus humani specificantur a fine, quia passio a termino, actio a principio, sed finis est principium voluntatis, idest obiectum a quo actus procedit, et est terminus, in quem tendit voluntas.

* Finis, ut est prius in intentione, pertinet ad voluntatem, et specificat. Item unus actus in ge-

nere entis potest esse multiplex in genere moris, si ad diversos fines feratur. Item finis moralis accidit naturali; hinc unus actus potest esse in pluribus speciebus.

4. *An sit aliquis ultimus finis humanae vitae.* Ꝛ. Sic, quia non datur processus in infinitum. Item si ultimus finis non moveret, alii fines non moverent, et homo nihil appeteret, nec quiesceret intentio. Item fines accidentaliter subordinati possunt procedere in infinitum, quia causae per accidens sunt indeterminatae in omni genere.

5. *An unius hominis possent esse plures ultimi fines.* Ꝛ. Non, quia finis perficit, et non dantur duo perfecta. Item omnia appetibilia sunt sub uno genere; ergo est unus finis generieus, a quo specificantur, licet sint plures fines materiales.

6. *An homo omnia quae vult, velit propter ultimum finem.* Ꝛ. Sic, quia omnia appetit ut bonum, vel ut media ad ultimum bonum et finem, et secunda appetibilia non movent sine primis, sicut secundae causae non sine prima, nec est necesse, ut agens, operans semper cogitet de ultimo, sed sufficit prima intentio, ut iter faciens, non semper de termino.

7. *An sit unus ultimus finis omnium hominum.* Ꝛ. Sic, formaliter, idest propria perfectio, sed non materialiter, quia variat. Sic omnibus placet dulce; sed alii in melle, alii in vino dulcedinem quaerunt.

8. *An in illo ultimo fine aliae creaturae conveniant.* Ꝛ. In fine quantum ad rem ipsam, qui est finis *cuius*, omnes conveniunt, qui est Deus;

sed in consecutione finis hominis, qui dicitur finis *quo*, non conveniunt irrationales creaturae, quia est beatitudo.

2. *De his in quibus hominis beatitudo consistit.*

1. *An beatitudo hominis consistat in divitiis.* R'. Non, quia quaeruntur propter hominem, et earum usus est in dando. Item beatitudo est status omnium bonorum, sed cum pecuniis non stant omnia, ut sapientia.

2. *An beatitudo hominis consistat in honoribus.* R'. Non, quia honor non est in honorato, et est signum excellentiae cognitae ab alio.

* Honor non est praemium virtutis, propter quod homo operatur, esset enim ambitiosus, sed datur virtuti, quia non habemus quid maius.

3. *An beatitudo hominis consistat in fama seu gloria.* R'. Non, quia saepe sunt falsa et beatitudo est bonum verum. Item gloria est clara notitia cum laude, quae causatur a beatitudine, ergo et humana a rebus. Item potest dici, quod beatitudo hominis sit in ea fama, quae habetur apud Deum, ut in causa, et notitia Dei falli non potest. Item fama facili rumore perditur, et perseverat per accidens, sed beatitudo est stabilis per se.

4 *An beatitudo hominis consistat in potestate.* R'. Non, quia est plena timoris, habet rationem principii, est ad bonum et malum, sed beatitudo contra, est finis et bonum.

* In Deo divina potestas est sua bonitas, non sic in homine.

5. *An beatitudo consistat in aliquo corporis bono.* R'. Non, quia esse corporis ordinatur ad a-

nimam, et in multis bonis corporis superamur a belluis; sed beatitudo est in ultimo fine, idest Deo.

6. *An beatitudo hominis consistat in voluptate.* Ꝑ. Non, etiamsi delectatio sequatur bonum perfectum, quia delectatio est accidens beatitudinis, et non beatitudo. Item bonum sensus est particulare, et imperfectum, quia in materia, et talis voluptas tristes habet exitus.

7. *An beatitudo hominis consistat in aliquo bono animae.* Ꝑ. Beatitudo obiectiva non, quia est ultimus finis animae, et anima est in potentia ad illud bonum universale, sed ut est consecutio, vel usus finis, beatitudo est aliquid animae, idest et quo.

* Beatitudo amatur, ut bonum concupitum, et amamus nos ipsos tanquam id, cui bonum concupiscimus.

8. *An beatitudo hominis consistat in aliquo bono creato.* Ꝑ. Non, quia non est bonum universale quietans perfecte appetitum hominis, sed in solo Deo, qui est omne bonum.

* Totus mundus non est finis hominis, sed mundus est propter Deum, et homo est pars mundi.

3. *Quid sit beatitudo.*

1. *An beatitudo sit aliquid creatum.* Ꝑ. Beatitudo *quod* idest obiectum, non, quia est Deus; *quo* idest possessio, seu usus ultimi finis est quid creatum, idest fruitio finis.

* Deus est beatus per essentiam, et in eo est eadem beatitudo essentialis, et formalis; sed homo per participationem, et sic est quid creatum,

et non est summum bonum formaliter, sed obiective.

2. *An beatitudo sit operatio.* R'. Sic, et consistit in ultimo hominis actu, cum sit ultima perfectio potentiae, et dicitur vita, idest operatio, et est status boni perfecti. Item primus gradus beatitudinis est Dei, qui est beatus sua essentia; secundus Angeli, qui est beatus una operatione perpetua; tertius hominis per operationem, sed non continuam in hac vita, ideo non est perfecta beatitudo. Item vita activa habet minus de beatitudine, quam speculativa, quia haec est magis continua, et una.

3. *An beatitudo sit operatio partis sensitivae.* R'. Non, quia est communis brutis. Item per redundantiam beatitudo erit in sensu. Non tamen mens tunc pendebit a sensu.

4. *An beatitudo sit operatio intellectus, vel voluntatis.* R'. Essentialis non in actu voluntatis, quia est vita, idest Deum cognoscere. Item actus intellectus assequitur Deum, et voluntas de iam praesenti delectatur, idest consequenter. Item obiectum voluntatis est beatitudo, ergo non actus. Item non diligimus incognitum, ergo intellectus praecedit.

5. *An beatitudo sit operatio intellectus speculativi, vel practici.* R'. Perfecta magis est speculativi, quam practici, nam speculatio est optima operatio, et maxime delectabilis, et est propter seipsam.

6. *An beatitudo consistat in cognitione scientiarum speculativarum.* R'. Non, quia habentur per sensus, et non nisi imperfecte.

7. *An beatitudo consistat in cognitione Ange-*

lorum. R'. Non, sed Dei, quod est verum imparticipatum, Angeli participatum.

8. *An beatitudo hominis sit in visione divinae essentiae*. R'. Sic perfectissima, cognoscendo quidditatem, in hac vita imperfecte.

4. De his quae ad beatitudinem requiruntur.

1. *An requiratur delectatio ad beatitudinem*. R'. Sic ut quid concomitans adeptionem summi boni, causata ex quiete appetitus in bono adepto, quae confortat visionem, et non impedit, quia non distrahit.

2. *An in beatitudine sit principalior visio, quam delectatio*. R'. Visio, quae est causa illius. Item voluntas non vult bonum propter delectationem, sed hanc ut operetur, sed bruta contra, quia volunt bonum in particulari.

3. *An ad beatitudinem requiratur comprehensio*. R'. Sic, idest consecutio finis, idest tentio, sed non concluditur Deus.

4. *An ad beatitudinem requiratur rectitudo voluntatis*. R'. Sic, antecedenter cum munditia, consequenter cum pace.

5. *An ad beatitudinem hominis requiratur corpus*. R'. In hac vita sic, quia intelligit per phantasmata, in coelo non, quia per visionem; sed pro perfecta beatitudine requiritur corpus ad bene esse, quia anima appetit corpus cum gloria, prout est possibile.

6. *An ad beatitudinem requiratur aliqua perfectio corporis*. R'. Ad perfectam accidentalem sic, quia anima est forma, cui naturale est uniri corpori.

7. *An ad beatitudinem requirantur aliqua ex-*

terna bona. R'. Ad imperfectam huius vitae sic instrumentaliter; in coelo non.

8. *An in beatitudine requiratur societas amicorum.* R'. In coelo non, quia sufficit Deus, nisi ad bene esse.

5. *De adeptione beatitudinis.*

1. *An homo possit consequi beatitudinem.* R'. Sic, quia est capax perfecti boni, seu visionis divinae.

2. *An unus homo possit esse beatior altero.* R'. Sic, beatitudine *quo*, non *quod*, quia magis fruitur.

3. *An aliquis in hac vita possit esse beatus.* R'. Perfecte non, quia non potest vitari omne malum. Ex parte intellectus, ignorantia; voluntatis, inordinatae affectiones; corporis, poenalitates.

4. *An beatitudo habita possit amitti.* R'. Perfecta coeli non, quia excludit omne malum, id-est timorem perdendi.

* Voluntas circa finem ultimum non est ad contraria. Itaque est necessario volita. Item beatitudo caret fine ex parte participati.

5. *An homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem.* R'. Non, quia excedit potentias naturales, sed auxilio Dei potest.

6. *An homo consequatur beatitudinem per actionem alicuius creaturae superioris.* R'. Perfectam non, sed Dei, quia beatitudo excedit naturam creatam. Item Angeli iuvant praecedentia ad ultimum finem.

7. *An requirantur aliqua opera bona, ut homo consequatur beatitudinem a Deo.* R'. Sic, debet per motum ad eam ire, quia non est naturalis, et hoc in adultis, quia Deus potest simul facere

voluntatem rectam, et eam sibi unire, ut anima Christi, et in pueris ex meritis Christi, et hoc quia sic Deus ordinavit, et est decentia.

8. *An omnis homo appetat beatitudinem.* R'. Ut dicit bonum perfectum in communi sic, sed in speciali idest in qua re sit, non omnes appetunt, quia non cognoscunt, cui applicetur ratio communis beatitudinis.

6. *De voluntario et involuntario.*

1. *An in humanis actibus reperiatur voluntarium.* R'. Sic, quia habent principium ad intra cum cognitione finis.

2. *An voluntarium sit in brutis.* R'. Imperfecte sicut in pueris, quia eis competit imperfecta cognitio finis. Nam finis tunc perfecte cognoscitur quando non solum apprehenditur, sed cognoscitur ut finis, et ratio mediorum cum proportione, sed habens usum rationis apprehendit finem sub ratione finis, et deliberat de mediis.

3. *An voluntarium possit esse absque omni actu.* R'. Indirecte, sic, ut submersio navis, cum non gubernatur, vel cum solo interno actu, ut quando vult, non tamen operatur, sed voluntarium directum requirit actum interiorem, et exteriorem.

* Voluntarium indirecte procedit a non agente, cum possit, et debeat, non tamen facit. Item nolo legere, idest, volo non legere, est voluntarium; vel nolo, idest, non volo legere dicit negationem. Item actus cognitionis est culpa, quando potest et debet cogitare, et non cogitat.

4. *An possit inferri violentia voluntati.* R'. Quoad actus elicitos, non, quia sunt a principio

intrinseco cognoscente ex inclinatione voluntatis, sed coactio est ab extrinseco: quoad actus imperatos, sic, quia membra externa possunt violenter impediri, ut ne quis loquatur, etc.

* Deus potest movere voluntatem quocumque voluerit, sed si per violentiam, non est actus voluntatis, sed contra voluntatem, seu inclinationem, quod est violentum. Item malum sub specie boni movet.

5. *An violentia causet involuntarium.* R'. Sic, quia est a principio extrinseco contra voluntatem, sicut facit contra naturam violentia in naturalibus.

6. *An metus causet involuntarium simpliciter.* R'. Non, nisi secundum quid, secundum solam apprehensionem, ut qui proiicit merces propter maius bonum, est simpliciter voluntarium, quia principium actus est ab intra, et actus humanus singularis consideratur secundum circumstantias hic, et nunc, licet secundum quid nollet, secus in his, quae fiunt per vim voluntate non consentiente. Item actus ex metu est voluntarium simpliciter, involuntarium sub conditione, idest si non esset metus, non facerem.

7. *An concupiscentia causet involuntarium.* R'. Non, sed magis facit voluntarium, quia respicit bonum, et metus malum; et cum metu remanet repugnantia ad id, quod agit secundum se, cum concupiscentia, non, quae si tolleret cognitionem esset involuntarium, improprie, nam si potest adesse cognitio est voluntarium, non enim tollitur potentia.

8. *An ignorantia causet involuntarium.* R'. Concomitans, idest, si sciret adhuc faceret, non,

quia nihil facit repugnans voluntati, sed facit non voluntarium, quia non est volitum, quod non est cognitum. Ignorantia consequens, idest quando vult ignorare, ut excuset peccatum sive directe, idest quod non vult scire, sive indirecte, quando dimisit scire quod poterat et debebat scire facit voluntarium simpliciter. Ignorantia antecedens id est, quando non tenebatur, vel non poterat scire, et est causa facti, idest si sciret non faceret, facit involuntarium simpliciter.

7. *De circumstantiis humanorum actuum.*

1. *An circumstantia sit accidens humani actus.* R'. Sic, quia est extra substantiam, et tamen illum aliquo modo attingit.

2. *An circumstantiae humanorum actuum sint considerandae a Theologo.* R'. Sic, quia actus humani proportionantur fini per circumstantias, et in his etiam est bonum, vel malum, etc. quae Theologus considerat.

3. *An convenienter enumerentur circumstantiae.* R'. Sic, quia vel attingunt actum per modum mensurae, ut *tempus* et *locus*; vel per modum qualitatis, ut *modus*. Item vel attingunt causam actus finalem, *cur*; vel materialem *circa quid*; vel agens principale *quis*; vel instrumentale, *quibus*; vel effectum, *quid*; unde sunt quis, quid, ubi, quibus, cur, quomodo, quando, circa quid.

4. *An sint principales circumstantiae propter quid, et ea in quibus est operatio.* R'. Sic, quia *propter quid* attingit finem et *quid fecit* attingit substantiam actus, et mox gradatim aliae.

8. *De voluntate quorum sit, ut volitorum*

1. *An voluntas sit tantum boni.* R'. Sic, necessario in bonum, saltem apprehensum et apparens, quia appetitus est inclinatio appetentis in simile, vel conveniens.

* Est etiam ad malum fugiendum, et fuga mali potius dicitur noluntas, vel non voluntas, futura apprehenduntur, ut entia bona.

2. *An voluntas sit tantum finis, vel eorum quae sunt ad finem.* R'. Potentia est ad utrumlibet, licet actus proprie sit ad finem.

* Diversi habitus possunt esse eiusdem potentiae, quia habitus sunt determinationes certorum actuum, unde circa media, et finem potest esse diversus habitus.

3. *An voluntas eodem actu moveatur ad finem, et ad media.* R'. Potest ferri uno actu in solum finem, et mox quaerere media, sed non potest velle media, ut media, nisi feratur in finem.

9. *De motivo voluntatis.*

1. *An voluntas moveatur ab intellectu.* R'. Intellectus movet voluntatem quoad determinationem actus per modum proponentis finem, vel obiectum, quia appetibile intellectum, est movens non motum: voluntas est movens motum, quia cum sit libera, et indeterminata, debet ab alio terminari, idest a vera ratione boni; voluntas movet intellectum, quoad exercitium actus, quia verum continetur sub universali bono, quod movet ad exercitium actus.

* Item intellectus non movet voluntatem necessario, hinc interdum non sequitur effectus. Item apprehensio veri, sine ratione boni non

movet; hinc intellectus speculativus non movet voluntatem.

2. *An voluntas moveatur ab appetitu sensitivo.* R'. Sic indirecte obiective, 1. Iac. cap. 3. Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus.

3. *An voluntas moveat seipsam.* R'. Sic, quia est domina actuum suorum, et ex volitione finis movet se ad volendum ea, quae sunt ad finem, sicut intellectus ex cognitione principiorum reducit se ad actum cognitionis conclusionum, sic voluntas ex cognitione finis, qui se habet in appetibilibus, sicut principium in intelligibilibus.

* Voluntas movetur ab intellectu secundum rationem obiecti, sed a se ipsa, quantum ad exercitium actus, ratione finis voliti.

4. *An voluntas moveatur ab exteriori principio.* R'. Per modum obiecti sic. Item quo ad exercitium actus ab aliquo movetur, nam ad media movetur a fine, ad finem movetur ab aliquo exteriori, nam cum non semper velit finem, sed incipit velle, ergo non a se, quia esset alia voluntas consulens, et sic processus, sed ab aliquo extrinseco.

* Voluntarium habet principium intra, sed non est necesse, ut non sit primum non motum, et sic ab extra, sed violenter, quia voluntas operatur, et movet se ut agens primum, non quoad omnia, sed ab aliquo, ut a primo movente.

5. *An voluntas moveatur a corpore coelesti.* R'. Non, nec directe, nec indirecte, et corporale non agit in spirituale, sed contra; sed coeli indirecte movent appetitum sensitivum, quia agunt in corpus, sed per accidens coeli possunt movere voluntatem, ut alterando obiecta exterio-

ra, vel movendo indirecte appetitum sensitivum.

6. *An voluntas moveatur a Deo solo tanquam ab exteriori principio.* R'. Sic, quoad exercitium actus efficienter, quia Deus operatur velle, et perficere in nobis, qui est causa voluntatis, et movet eam, ut universale bonum, sed per rationem homo se determinat ad hoc vel illud bonum; Deus etiam aliquando movet ad determinate volendum.

10. *De modo, quo voluntas movetur.*

1. *An voluntas ad aliquid naturaliter moveatur.* R'. Sic in bonum commune, quia est suum obiectum, in quod potentia naturaliter fertur; secundo in finem, qui est principium, et naturaliter volitum; tertio in particularia bona aliarum potentiarum, ut esse, vivere, verum scire, etc., quae particularia sunt sub bono universali, voluntas vult etiam aliqua libere, idest, ut haec natura.

2. *An voluntas moveatur de necessitate a suo obiecto.* R'. Quo ad exercitium actus a nullo obiecto exteriori necessario movetur, quia est ad utrumlibet; et potest homo non cogitare, et sic non velle; quoad specificationem actus ab aliquo obiecto exteriori necessario movetur, ut est summum bonum, vel beatitudo: ab aliquo non.

* Intellectus semper a vero necessario movetur, sed non ab eo, quod potest esse falsum. Item non solum finis necessario movet voluntatem, sed alia, sine quibus finis haberi non potest, ut est vivere, et esse: alia non ita.

3. *An voluntas necessario moveatur ab appetitu inferiori.* R'. Non, nisi totaliter ratio absorbeatur a passione, quia tunc homo movetur ut brutum.

4. *An voluntas moveatur necessario a motivo extrinseco, idest a Deo.* Ꝑ. Non, nisi in his ad quae naturaliter movetur, et loquitur de voluntate, ut libera, non ut natura, quia Deus movet res secundum conditiones rerum.

11. *De fruitione, quae est actus voluntatis.*

1. *An frui sit actus appetitivae potentiae.* Ꝑ. Sic, quia est amore inhaerere alicui rei propter ipsam, sed amor est appetitivae potentiae. Item frui dicitur a fructibus, qui sunt ultimus finis, qui cum suavitate percipitur.

* Beatitudo ut visio est intellectus, ut bonum finis est voluntatis, quae ad finem movet, et illum consequitur, et eo fruitur.

2. *An frui competat rationali creaturae tantum, vel etiam brutis.* Ꝑ. Non brutis, quia non cognoscunt finem, nec imperant actus ad finem, nisi imperfecte fruantur, ut imperfecte cognoscunt, et imperant ad finem.

3. *An fruitio sit tantum ultimi finis.* Ꝑ. Sic, quia est de re ultima, in qua quiescit voluntas, in aliis quiescit improprie, et sic est imperfecta fruitio, ut in virtute.

* Finis ut res, idest, Deus, et adeptio non sunt duo fines, sed unus alteri unitus. Item fruitio Dei, et illa qua fruimur divina fruitione est una.

4. *An fruitio sit solum finis habiti in re.* Ꝑ. Perfecta sic, imperfecta etiam non habiti, sed qui sit in intentione. Item fruitio de obiecto non fruibili est impropria, de vero non habito imperfecta.

12. *De intentione.*

1. *An intentio sit actus intellectus, vel voluntatis.* R'. Proprie voluntatis, quae movet potentias ad finem.

2. *An intentio sit tantum ultimi finis.* R'. Non semper, sed etiam mediorum, quia dicit motum, ut fruitio finem.

3. *An aliquis possit simul duo intendere.* R'. Sic si sint subordinata, vel unus ad alterum.

4. *An intentio finis, et medii ad finem sit idem actus.* R'. Sic, quia finis est ratio volendi medium; sed si voluntas consideretur ut fertur in utrumque, absolute sunt duo motus, quia sunt duo obiecta distincta.

5. *An intentio conveniat brutis.* R'. Non, intentio dicit ordinationem alicuius ad finem, quod ratione fit, qua bruta carent.

13. *De electione eorum, quae sunt ad finem.*

1. *An electio sit actus voluntatis vel rationis.* R'. Electio includit aliquid pertinens ad rationem et ad voluntatem, quia substantialiter, id-est, ut tendit ad aliquid propositum, ut bonum est voluntatis, et non intellectus, quia electio perficitur in motu quodam animae ad bonum quod eligitur, sed ratio quodammodo praecedit voluntatem, quia voluntas tendit in obiectum secundum ordinem rationis, ideo formaliter est actus rationis, materialiter voluntatis, ut si quis actum fortitudinis exerceat propter Dei amorem, ille actus formaliter est caritas, materialiter est fortitudo, quia actus, qui essentialiter est unius potentiae, recipit formam a potentia superiore ordinante.

2. *An electio conveniat brutis animalibus.* R'. Non, quia sunt determinata ad unum.

* Non omnis appetitus ad finem est electio, sed quando est cum discretione unius ab altero. Item sensus est ad unum particulare, et facta apprehensione brutum necessario movetur.

3. *An electio sit tantum eorum, quae sunt ad finem, vel quandoque ipsius finis.* R'. Est mediorum, sed ultimi finis nunquam, sed aliorum finium, quando sunt ad alium finem, potest esse.

4. *An electio sit tantum rerum, quae per nos aguntur.* R'. Sic, quia est mediorum ad finem, et est actio humana.

5. *An electio sit solum possibilium.* R'. Sic, quia actio non tendit ad impossibile, ideo enim eligimus, ut finem consequamur.

* Voluntas aliquando est impossibilium, sed electio nunquam, quia supponit voluntatem perfectam, saltem de putato possibili.

6. *An homo ex necessitate eligat, vel deliberet.* R'. Non, quia se habet ad opposita, et potest non eligere. Item in omni bono particulari ratio potest invenire defectum, ergo non eligere. Item nec media ad summum bonum.

14. *De consilio quod praecedit electionem.*

1. *An consilium sit inquisitio.* R'. Sic, quia consilium est quaestio, et quaestio est inquisitio, et per hanc ad electionem pervenitur.

* Consilium formaliter est actus intellectus, sed materialiter voluntatis. Item in Deo consilium non dicit inquisitionem, sed certitudinem.

2. *An consilium sit de fine, vel de mediis.* R'.

De mediis, non de fine, quia finis est principium, nisi ad alium referatur.

3. *An consilium sit solum de his quae a nobis geruntur, et sunt in nostra potestate.* R'. Sic, quia est ad singularia contingentia.

4. *An consilium sit de omnibus, quae a nobis aguntur.* R'. Non, quia non est de rebus, quae ad artem, vel disciplinam pertinent, nec est de rebus parvis, claris et determinatis, sed de his, in quibus potest esse dubitatio.

5. *An consilium procedat ordine resolutivo.* R'. Sic, quia ab aliquo principio, idest fine ad media procedit.

6. *An consilium procedat in infinitum.* R'. Non, quia infinitum est interminabile, et nemo movetur ad id, quod non potest assequi.

15. *De consensu qui est actus voluntatis, in comparatione eorum, quae sunt ad finem.*

1. *An consensus sit actus virtutis appetitivae, vel apprehensivae.* R'. Voluntatis, idest appetitivae.

2. *An consensus conveniat brutis.* R'. Non proprie, quia in eis non est consilium, et moventur instinctu naturae.

3. *An consensus sit de fine, vel de his quae sunt ad finem.* R'. Proprie de mediis, quia finis naturaliter appetitur.

4. *An consensus in actum pertineat solum ad partem superiorem animae.* R'. Sic, quia ibi primum, et est ratio iudicans de sensu.

16. *De usu, qui est actus voluntatis, in ordine ad media.*

1. *An uti sit actus voluntatis.* R'. Sic, quia voluntas movet omnes spiritus ad opus, et sic est primus motor operum.

2. *An uti conveniat brutis.* R'. Non, quia non libere applicant aliquid ad finem.

3. *An usus possit esse ultimus finis.* R'. Non, quia Deus non applicatur ad finem, nisi usus stet pro fruitione et quiete.

4. *An usus praecedat electionem.* R'. Non, sed sequitur, nisi usus sumatur pro applicatione intellectus ad inquirenda media.

17. *De actionibus imperatis a voluntate.*

1. *An imperare sit actus rationis, vel voluntatis.* R'. Est rationis, sed supponit actum voluntatis, in cuius virtute movetur ad exercitium actus, et sunt potentiae essentialiter subordinatae.

* Voluntas est radix libertatis sicut subiectum, sed ratio est sicut causa.

2. *An imperare pertineat ad animalia bruta.* R'. Non, quia in eis non est ratio, licet sit virtus motiva.

3. *An usus praecedat imperium.* R'. Non, sed contra, quia post imperium utimur re.

4. *An imperium et actus imperatus sint ut unus actus, vel diversi.* R'. Sunt unum, et ut totum, sed plura ut partes.

5. *An actus voluntatis imperetur.* R'. Potest esse imperatus, quia cum sit in nostra potestate subiacet imperio, idest ordini.

6. *An actus rationis possit esse imperatus* R'. Sic, quia ratio supra se reflectitur, et ordinat suos actus, imperare est ordinare. Item apprehensa, quae non convincunt rationem sunt sub imperio; secus, quae convincunt, ut necessaria: et imperat sibi per reflexionem.

7. *An actus appetitus sensitivi imperetur.* R'.

Ut pendet ab anima sic, idest imaginatione; ut pendet a corpore, non.

8. *An actus animae vegetativae imperentur.* Ꝛ. Non, quia naturales, quibus non debetur laus, vel vituperium, aliis sic.

9. *An actus exteriorum membrorum imperentur.* Ꝛ. Motus membrorum, qui sequuntur vires naturales, non, sed qui obediunt sensitivae, et rationi, sic.

18. *De bonitate et malitia actuum humanorum in genere.*

1. *An omnis humana actio sit bona, vel aliqua mala.* Ꝛ. Est aliqua mala, idest, cum deest aliquid quod debet inesse, licet in quantum habet de esse habeat de bonitate, et sic est mala simpliciter, bona secundum quid. Item malum habet causam deficientem, et non efficientem, ut coecus ambulat cespitando. Item adulterium, ut actio naturalis, facit filium.

2. *An actio hominis habeat bonitatem, vel malitiam ex obiecto.* Ꝛ. Prima sic, et obiectum specificat, et dicitur mala, ex genere, quia sumitur genus pro specie: obiectum est materia circa quam, et ut specificat, habet rationem formandi.

3. *An actio hominis sit bona, vel mala ex circumstantia.* Ꝛ. Sic, sicut ex accidentibus.

4. *An sit bona vel mala ex fine.* Ꝛ. Sic, quia pendet ab alio; et sic in actione morali est quadruplex bonitas, entis, quatenus est actio: ex obiecto convenienti: a circumstantiis, quasi ab accidentibus: a fine, quasi a causa bonitatis.

5. *An aliqua actio hominis sit bona, vel mala in sua specie.* Ꝛ. Sic, quia bonum et malum faciunt conveniens, vel non conveniens rationi.

6. *An actus habeat speciem boni, vel mali ex fine.* R'. Exterior ab obiecto, in quod terminatur: interior a fine, qui est obiectum voluntatis, et actus; et sic actus humanus formaliter a fine, materialiter ab obiecto.

7. *An species ex fine sit sub specie ex obiecto, ut sub genere, vel e contra.* R'. Quando actus ex se non ordinantur ad talem finem, non sunt subordinati, et sunt diversae species, ut furari ad dandam eleemosynam; secus sunt ab eadem.

8. *An aliquis actus sit indifferens secundum suam speciem.* R'. Sic, quando non includunt aliquid in ordine ad rationem; ut levare festucam.

9. *An detur actus indifferens in individuo.* R'. Non, sed ex circumstantia morali erit, vel bonus, vel malus, ut otiosum verbum.

10. *An aliqua circumstantia constituat actum moralem in specie boni, vel mali.* R'. Sic, si respicit rationem, et specificat obiectum.

11. *An omnis circumstantia augens bonitatem, vel malitiam mutet speciem.* R'. Non, nisi dicat specialem ordinem ad rationem, quia magis et minus non mutant speciem.

19. *De bonitate et malitia actus interioris voluntatis*

1. *An bonitas voluntatis pendeat ab obiecto* R'. Sic, quia bona voluntas est quando vult bonum.

2. *An bonitas voluntatis dependeat ex solo obiecto.* R'. Sic, quia circumstantia ut sic non specificat; sed ut obiectum et finis est obiectum voluntatis.

3. *An bonitas voluntatis pendeat a ratione.* R'. Sic, quia ratio proponit obiectum, quam si voluntas non sequitur, est inordinata.

* Bonitas sub ratione veri prius pertinet ad intellectum. Item voluntas movet rationem quoad exercitium, et ratio voluntatem obiective.

4. *An bonitas voluntatis pendeat a lege aeterna.* ℟. Sic, quia peccatum est contra legem aeternam, quae est prima causa.

5. *An voluntas discordans a ratione errante sit mala.* ℟. Sic, quia contra conscientiam etiamsi praecipiat ea, quae ex se sunt mala.

6. *An voluntas concordans rationi erranti sit bona.* ℟. In his, quae tenetur, et poterat scire, non est bona. Item ignorantia volita non causat involuntarium, sed iusta ignorantia excusat, idest cum non tenetur, vel non potest scire, nec datur perplexitas.

7. *An bonitas voluntatis in his, quae sunt ad finem dependeat ex intentione finis.* ℟. Sic, quia finis est obiectum.

8. *An quantitas bonitatis, vel malitiae in voluntate sequatur quantitatem boni, vel mali in intentione.* ℟. Non quanta est bonitas intentionis, tanta est bonitas voluntatis materialiter loquendo, quia potest impediri actus, licet Deus remuneret intentionem, quia bonitas intentionis formaliter redundat in actum, secus de malitia, quia quanta est malitia intentionis, tanta est voluntatis.

9. *An bonitas voluntatis pendeat ex conformitate ad divinam voluntatem.* ℟. Sic, quia conformatur suae primae mensurae, idest Deo.

10. *An ut voluntas humana sit bona debeat conformari voluntati divinae in volito.* ℟. Sic, in volito universali, idest formali bono in communi, non in hoc bono, idest materiali, quia potest

multipliciter concipi; non est repugnantia voluntatum quando volunt diversa, non secundum eandem rationem.

20. *De bonitate et malitia exteriorum actuum humanorum.*

1. *An bonitas, et malitia per prius sit in actu voluntatis, vel in actu exteriori.* R'. Bonitas ex fine per prius est in actu voluntatis, qui immediate refertur ad finem, seu obiectum. Item bonitas, vel malitia ex obiecto, vel circumstantiis actus exterioris, ut est in apprehensione per prius est in actu exteriori, quem ratio proponit voluntati. Item tota bonitas actus exterioris, ut est in executione pendet ab actu interiori voluntatis, ut a causa efficiente.

2. *An tota bonitas vel malitia exterioris actus pendeat ex bonitate voluntatis.* R'. Bonitas ex obiecto, et circumstantiis pendet ex actu exteriore, sed bonitas ex fine pendet ab actu interiore.

3. *An bonitas, et malitia sit eadem exterioris, et interioris actus.* R'. Quando actus exterior est indifferens est una malitia ex fine, quae est prius in actu interiore, quando obiectum non est indifferens, sunt duae malitiae, vel bonitates una ex obiecto altera ex fine, et utraque primo est in suo actu, sed se communicant, ut occidere hominem ad finem furandi.

4. *An actus exterior aliquid addat de malitia, vel bonitate supra actum interiorem.* R'. Non, nisi per accidens, idest innovatur voluntas cum exterius operatur, vel extensive, quia continuatur, vel intenditur propter delectationem. Item perficit interiorem ut terminus, et finis, et si

non sit exterior non minuitur bonitas, vel malitia interioris.

5. *An eventus sequens, aliquid addat bonitatis vel malitiae actui exteriori.* R'. Si est per se subsequens, licet non sit praemeditatus, addit bonitatem, vel malitiam, si est praecognitus, quia sic est voluntarius. Si est per accidens in particularibus, non praevisus, non mutat actum; quia de eo non est iudicium. Item irregularitas non sequitur culpam, sed factum propter aliquem defectum Sacramenti.

6. *An idem actus exterior possit esse bonus, et malus.* R'. Idem actus in genere naturae unus potest esse multiplex in genere moris, ut in una ambulatione potest saepe voluntas mutari, et sic unus actus naturae potest esse multiplex in genere moris, idest potest esse bonus, et malus, sed non potest esse unus in genere moris, quia implicat.

21. *De his quae consequuntur actus humanos ratione bonitatis vel malitiae.*

1. *An actus humanus in quantum est bonus, vel malus, habeat rationem rectitudinis, vel peccati.* R'. Sic, vel malum naturae, vel moris, quia malum latius patet quam peccatum, quia malum est privatio boni, peccatum est deordinatio actionis, circa finem.

2. *An actus humanus in quantum est bonus sit laudabilis, et ut malus vituperabilis.* R'. In voluntariis sic, in quibus idem est malum, peccatum, culpa, licet malum sit latius quam peccatum, et peccatum, quam culpa.

3. *An in quantum est bonus, vel malus habeat*

rationem meriti vel demeriti. Ꝑ. Sic, quia secundum iustitiam.

4. *An habeat rationem meriti vel demeriti apud Deum.* Ꝑ. Sic, ut refertur ad Deum, ut est ultimus finis, et ut regit communitatem universi.

22. *De subiecto passionum animae.*

1. *An aliqua passio sit in anima.* Ꝑ. Sic, secundum receptionem tantum, ut intelligere et sentire, sed passio proprie dicta, quae est cum reiectione alicuius rei non est in anima, nisi per accidens, idest per corpus.

2. *An passio sit magis in parte appetitiva, quam in apprehensiva.* Ꝑ. In appetitiva, quia per appetitum tendimus in res, et per apprehensionem trahimus res.

3. *An passio sit magis in appetitu sensitivo, quam in rationali, idest voluntate.* Ꝑ. In sensitivo, quia corporalis.

* Amor, gaudium, etc. dicta de Deo, Angelis, hominibus dicunt simplicem actum voluntatis cum similitudine affectus sine passione.

23. *De differentia passionum.*

1. *An passiones quae sunt in concupiscibili, sint diversae ab his quae sunt in irascibili.* Ꝑ. Sic specie, quia actus diversarum potentiarum differunt specie, imo actus unius potentiae ad diversa obiecta differunt specie, sed obiectum concupiscibilis est bonum, vel malum simpliciter, irascibilis in arduum.

2. *An contrarietas passionum irascibilis sit secundum contrarietatem boni, vel mali.* Ꝑ. Est solum contrarietas secundum obiecta, idest bonum,

vel malum, et non secundum accessum, vel recessum circa idem; in concupiscibili est utraque contrarietas, idest obiecti, quod est bonum, et malum, ut arduum, et sic est spes et desperatio.

3. *An sit aliqua passio animae non habens contrarium.* R̸. Est ira, quae est de malo imminenti.

4. *An sint aliquae passiones differentes specie in eadem potentia, non contrariae ad invicem.* R̸. Sic, et sunt undecim (vide ibi).

24. *De bono et malo in passionibus animi secundum se.*

1. *An bonum et malum morale inveniatur in passionibus animae.* R̸. Non, sed ut sunt sub ratione sic, idest, moraliter, ut sunt voluntariae, non sic in brutis.

2. *An omnis passio animae sit mala moraliter.* R̸. Non, sed aliquae bonae, idest moderatae, idest virtutes.

3. *An passio addat, vel minuat bonitatem, vel malitiam actus.* R̸. Sic, ut sunt sub ratione, ut denominant appetitum sensitivum, non minuunt bonum rationis, sed augent.

4. *An aliqua passio sit bona, vel mala ex suâ specie.* R̸. Sic, moraliter, ut est passio voluntatis.

25. *De ordine passionum ad invicem.*

1. *An passiones concupiscibilis sint priores passionibus irascibilis, vel e contra.* R̸. Sub uno respectu sic, sub alio non.

2. *An amor sit prima passionum concupiscibilis.* R̸. Sic, quia est de bono, odium de malo. Item ordine executionis primo est amor, secundo desiderium, tertio delectatio, et in intentione e contra prima delectatio, etc.

5. *An spes sit prima inter passiones irascibilis.* R̸. Sic, quia bonum est prius malo, ad quod timor. Ordo passionum est amor, odium, desiderium, fuga, spes, desperatio, timor, audacia, ira, gaudium, tristitia. Item irascibilis denominatur ab ira, quia notior, et ab effectu.

4. *An istae quatuor passiones, gaudium, tristitia, spes, et timor sint principales.* R̸. Sic, inter has principes sunt gaudium, et tristitia, quando sunt completivae, et finales omnium passionum.

* Timor, et metus sunt completivae in genere motus ad aliquid.

26. *De passionibus animae in speciali, et primo de amore.*

1. *An amor sit in concupiscibili.* R̸. Sic, et est triplex, naturalis, sensitivus, rationalis in rem amatam.

2. *An amor sit passio.* R̸. Sic, proprie in appetitu sensitivo, et large in voluntate.

3. *An amor sit idem quod dilectio.* R̸. Non, quia dilectio addit amori electionem praecedentem.

4. *An amor convenienter dividatur in amorem amicitiae, et concupiscentiae.* R̸. Sic. Item, quod amatur amore amicitiae simpliciter amatur, quod concupiscentiae, non secundum se, sed alteri amatur.

27. *De causis amoris.*

1. *An bonum sit sola causa amoris.* R̸. Est propria quia est obiectum movens amorem.

* Pulchrum addit bono ordinem ad appetitum, ut ad eius aspectum quietetur. Malum nunquam amatur, nisi sub ratione boni.

2. *An cognitio sit causa amoris.* Ꝛ. Sic, quia non amatur, nisi bonum cognitum.

3. *An similitudo sit causa amoris.* Ꝛ. Sic, amicitiae, vel concupiscentiae.

* Est causa odii per accidens, si a sibi simili aliquis prohibeatur a consecutione boni.

4. *An aliqua alia passio animi sit causa amoris.* Ꝛ. Causa universalis non, quia omnes passiones supponunt amorem, sed in particulari per accidens sic, quia unum bonum est causa alterius, ergo et passio quae est bonum.

28. *De effectibus amoris.*

1. *An unio sit effectus amoris.* Ꝛ. Sic, quia amor per praesentiam unit effective: per apprehensionem, et per affectum formaliter.

* Delectatio est effectus unionis realis, desiderium in absentia amati, amor in absentia, et praesentia.

2. *An mutua inhaesio sit effectus amoris.* Ꝛ. Amatus est in amante secundum apprehensionem, et contra, sed aliter amore concupiscentiae, aliter amicitiae.

3. *An extasis sit effectus amoris.* Ꝛ. Sic, vel secundum appetitum, vel secundum rationem exit a se, ut phreneticus.

4. *An zelus sit effectus amoris.* Ꝛ. Sic, quia cum tendit in amatum, expellit contrarium.

5. *An amor sit passio laesiva amantis.* Ꝛ. Amor formalis boni convenientis non laedit; non convenientis, laedit; amor materialiter ut immutat corpus potest laedere, sunt et alii effectus, ut liquefactio, fruitio, tristitia.

6. *An amor sit causa omnium, quae amans*

agit. Ꝛ. Sic, quia agit propter finem, idest bonum, et loquitur de amore in communi.

29. *De odio.*

1. *An causa, et obiectum odii sit malum.* Ꝛ. Sic, sicut amoris est bonum, est enim dissonantia ad disconveniens, repugnans, et correptivum.

2. *An odium causetur ab amore.* Ꝛ. Sic, quia amor est causa ut obiectum apprehendatur, ut repugnans.

3. *An odium sit fortius quam amor.* Ꝛ. Non, quia effectus, idest odium non est fortior sua causa, idest amore; odium aliquando videtur fortius, quia est magis sensibile, et consistit in mutari, seu repugnantia.

4. *An aliquis possit habere odio se ipsum.* Ꝛ. Non, nisi per accidens, ut cum vult sibi bonum secundum quid; sed malum sub ratione boni.

5. *An aliquis possit habere odio veritatem.* Ꝛ. Non, quia bonum, et ens, et verum consonant; in particulari ens, et verum possunt odio haberi.

6. *An aliquid possit haberi odio in universali.* Ꝛ. Odio intellectus sic, sub sensu non, quia est de particulari, nisi a materia abstrahatur.

30. *De concupiscentia.*

1. *An concupiscentia sit tantum in appetitu sensitivo.* Ꝛ. Proprie sic, quia est appetitus delectabilis secundum sensum.

* Appetitus spiritualium dicitur concupiscentia ob similitudinem, vel quia redundat in sensum.

2. *An concupiscentia sit passio specialis.* Ꝛ.

Sic, quia differt specie ab amore, et delectatione, quia ratio boni, idest obiecti, ut praesentis facit quiescere, idest delectationem; ut est absens movens ad se, et aptans sibi appetitum, et sic causat amorem; ut attrahit ad se causat concupiscentiam.

* Cupiditas dicitur amor large, quia causatur ab amore.

3. *An sint aliquae concupiscentiae naturales, et aliquae non naturales.* Ꝛ. Sic, quia delectabile, vel est conveniens naturae animalis, ut cibus, vel non, sed quia sic apprehenditur, et non est naturalis, et solet dici cupiditas, et est hominum.

4. *An concupiscentia sit infinita.* Ꝛ. Naturalis non, nisi in potentia per successionem, sed non naturalis est infinita, quia sequitur rationem, quae procedit in infinitum; illa finis est infinita, quia sine termino appetitur, sed mediorum est finita.

31. *De delectatione secundum se.*

1. *An delectatio sit passio.* Ꝛ. Sic, quia procedit ex apprehensione sensitiva cum potentia connaturalis boni.

2. *An delectatio sit in tempore.* Ꝛ. Non, quia non est cum successione, sed consistit in bono adepto, sed potest esse per accidens in tempore, quatenus est in re tempori subiecta, et sic dicitur morosa, vel diuturna.

* Motus actus imperfecti sunt in tempore, sed perfecti non, ut intelligere, sentire, quia non sunt motus successivi.

3. *An delectatio differat a gaudio.* Ꝛ. Sic, quia latius patet delectatio, quam gaudium, nam gau-

dium est in concupiscentia rationali, sed delectatio est etiam in brutis.

* Laetitia, exultatio, iucunditas pertinent ad gaudium.

4. *An delectatio sit in appetitu intellectivo.* R'. Sic, ut in Deo, quia ex apprehensione intellectus movetur voluntas.

5. *An delectationes corporales et sensibiles sint maiores delectationibus spiritualibus et intellectualibus.* R'. Spirituales simpliciter, quae sunt de operationibus, quae sunt quoddam bonum animae immanens; et spirituale est maius bonum, quia propter hoc illud despicitur, et coniunctio intellectus est intimior, quia intellectus omnia penetrat, et reflectitur supra actum suum.

* Corporales sunt nobis magis vehementes, et magis notae.

6. *An delectationes tactus sint maiores delectationibus aliorum sensuum.* R'. Secundum utilitatem sic, idest conservant. Delectatio visus ut servit intellectui est potior.

7. *An aliqua delectatio sit non naturalis.* R'. In individuo sic ex defectu, ut in febricitante, cui dulcia videntur amara, et in eo qui delectatur comestione carbonum.

8. *An delectatio possit esse contraria delectationi.* R'. Sic, quando se impediunt in eodem genere, et sunt circa obiecta diversa.

32. *De causa delectationis.*

1. *An operatio sit causa propria delectationis.* R'. Sic, quia consecutio boni convenientis, et cognitio consecutionis, quas requirit delectatio, consistunt in quadam operatione.

*Obiecta non delectant, nisi habita.

2. *An motus sit causa delectationis.* R'. Sic, quia delectatio requirit bonum, coniunctionem, et cognitionem coniunctionis, sed motus secundum hoc est delectabilis, et variatio placet.

*Consuetudo et motus delectant ex eadem causa, et opponitur delectatio et tristitia.

3. *An spes et memoria sint causae delectationis.* R'. Sic, quia aliquo modo obiectum fit praesens per spem ratione possibilitatis boni: per memoriam sola apprehensione.

4. *An tristitia sit causa delectationis.* R'. Per accidens sic, ut memorando quod malum evasimus.

5. *An actiones aliorum sint nobis causa delectationis.* R'. Sic, si bonum nobis, vel amicis portant, quia per tales operationes bonum consequimur.

6. *An benefacere aliis sit causa delectationis.* R'. Sic, quia bonum amici est ut nostrum; et quia speramus bonum ex beneficio posse consequi, vel a Deo, vel ab homine.

7. *An similitudo sit causa delectationis.* R'. Sic, quia causat amorem; nisi per accidens impediat nostrum bonum.

8. *An admiratio sit causa delectationis.* R'. Sic, quia ex hac speramus acquirere bonum, ut philosophando.

33. *De effectibus delectationis.*

1. *An delectationis sit dilatare.* R'. Sic, metaphorice, et sic animus et affectus dilatatur delectatione, ex parte virtutis apprehensivae, et ex parte appetitivae.

2. *An delectatio causet sui silim, vel deside-*

rium. R'. Si res praesens non perfecte habetur, causat, ut in corporalibus, secus non.

3. *An delectatio impediat usum rationis*. R'. Corporalis sic; rationis non, imo auget operationes, quia illud attentius operamur, in quo delectamur.

4. *An delectatio perficiat operationem*. R'. Sic, quia facit attentius operari propriam, sed impedit alienam extraneam.

34. *De bonitate et malitia delectationum.*

1. *An omnis delectatio sit mala*. R'. Non, quia quies in bono convenienti est bona, in re non convenienti, est mala.

2. *An omnis delectatio sit bona*. R'. Non, quia si bonum non est conveniens, est mala, vel apparens bona etc.

3. *An aliqua delectatio sit optima*. R'. In humanis sic, idest ultimi finis, idest quae est perfecta quies in optimo.

4. *An delectatio sit regula secundum quam iudicatur bonum, vel malum in moralibus*. R'. Delectatio voluntatis est regula, quae si quieseit in bono, est bona, si in malo, est mala; et quies in bono est delectatio.

35. *De dolore, seu tristitia secundum se.*

1. *An dolor sit passio animae*. R'. Sic, cuius causa est in corpore, sed motus doloris est in anima, quo corpus dolet.

2. *An tristitia sit idem quod dolor*. R'. Non, sed eius species, ut gaudium delectationis.

3. *An tristitia seu dolor sit contraria delectationi*. R'. Sic, quia obiecta sunt contraria, idest bonum et malum.

4. *An omnis tristitia omni delectationi contrarietur.* R'. Sic, generice, ex obiecto.

5. *An delectationi contemplationis sit aliqua tristitia contraria.* R'. Per se non, quia obiecto contemplationis non est contrarium, sed per accidens.

6. *An magis sit fugienda tristitia, quam appetenda delectatio.* R'. Haec appetenda quia de bono, illa vero est de privatione boni.

7. *An dolor exterior sit maior quam interior.* R'. Interior est maior, quia interioris apprehensio est altior, quam exterioris, et quia patimur dolorem exteriorem, ut vitemus interiorem.

8. *An sint tantum quatuor species tristitiae.* R'. Sic, idest misericordia, invidia, anxietas, et accidia.

36. *De causa tristitiae seu doloris.*

1. *An causa doloris sit bonum amissum, vel malum coniunctum.* R'. Magis causatur dolor a malo coniuncto, quia passio quae dicit recessum a malo magis causatur a malo coniuncto; talis autem est tristitia.

2. *An concupiscentia sit causa doloris.* R'. Non est causa universalis doloris, quia magis dolemus de subtractione bonorum praesentium, quibus delectamur, quam futurorum, quae concupiscimus; sed interdum est causa doloris, quia contrarium motui appetitus contristat.

3. *An appetitus unitatis sit causa doloris.* R'. Sic, ut cupiditas boni, quia bonum rei in unitate consistit.

4. *An potestas, cui non potest resisti, sit causa doloris.* R'. Sic, quia aliquis compellitur facere aliquid contra voluntatem propriam.

37. *De effectibus doloris vel tristitiae.*

1. *An dolor auferat facultatem addiscendi.* Ɽ. Magnus dolor sensibilis aufert, quia impedit applicationem animae: imo tantum dolor crescere potest, ut etiam auferatur facultas considerandi ea, quae prius aliquis scivit.

2. *An aggravatio animi sit effectus tristitiae vel doloris.* Ɽ. Sic, tristitiae, ut fervor est effectus amoris.

3. *An tristitia, vel dolor debilitet omnem operationem.* Ɽ. Sic, sicut delectatio perficit operationem, sed si operatio comparetur ad tristitiam ut ad principium, tristitia auget operationem, modo remaneat spes expellendi.

4. *An tristitia magis noceat corpori, quam aliae animae passiones.* Ɽ. Sic, quia excedit moderatam motionem cordis in alia membra, in quo consistit vita humana, et maxime gravat, quia est ex malo praesenti.

* Anima tristis movet corpus. Item tristitia rationem laedit, ut cum quis ex dolore fit melancholicus.

38. *De remediis tristitiae seu doloris.*

1. *An dolor vel tristitia mitigetur per quamlibet delectationem.* Ɽ. Sic, sicut quies corporis ad defatigationem, quae oritur ex transmutatione innaturali.

2. *An dolor, vel tristitia mitigetur per fletum.* Ɽ. Sic, quia conveniens operatio tristitiae, et sic delectabilis.

3. *An dolor et tristitia mitigentur per compassionem amicorum.* Ɽ. Sic, quia tristis ex hoc percipit se amari, et sublevatur.

4. *An per contemplationem veritatis dolor et tri-*

stitia mitigentur. Ꝛ. Sic, quia causat delectationem, ut contemplatio beatitudinis coeli.

5. *An dolor et tristitia mitigentur per somnum, et balneum.* Ꝛ. Sic, quia per haec natura reducitur ad suum statum, et delectatur.

39. *De bonitate et malitia tristitiae seu doloris.*

1. *An omnis tristitia sit mala.* Ꝛ. Secundum se sic, sed est bona ex suppositione, ut tristari de malo, sicuti et verecundia.

2. *An tristitia possit esse bonum honestum.* Ꝛ. Sic, si procedit ex rectitudine voluntatis et rationis.

3. *An tristitia possit esse bonum utile.* Ꝛ. Sic, si repellit contristans, seu si est in fugiendo quod contristat.

4. *An dolor corporis sit summum malum.* Ꝛ. Non, quia est poena, et culpa est maius malum. Item potest esse maius malum, ut est illud quod nocet animae, quae est nobilior. Item in omni tristitia est aliquid boni, cuius carentia potest fieri peius.

40. *De passionibus irascibilis, et primo de spe et desperatione.*

1. *An spes sit idem, quod desiderium, vel cupiditas.* Ꝛ. Non, quia spes est in irascibili, desiderium in concupiscibili. Item habent distincta obiecta; nam obiectum spei est bonum, futurum, arduum, et possibile, sed supponit desiderium quod est de bono absolute.

2. *An spes sit in vi apprehensiva, vel in vi appetitiva.* Ꝛ. In appetitiva, quia est de bono, circa quod versatur appetitus.

* Aliquando motus spei dicitur expectatio.

3. *An spes sit in brutis animalibus.* ℟. Sic, quia in eis est irascibilis, et ex naturali instinctu, non ab intellectu coniuncto, ut appetitus humanus.

4. *An spei contrarietur desperatio.* ℟. Sic, sicut accessus recessui, circa bonum. Item timor spei est contrarius, quia de malo.

5. *An causa spei sit experientia.* ℟. Sic, quia facit aliquid possibile.

* Senes desperant ob experientiam. Stultitia et inexperientia sunt causa spei per accidens.

6. *An in iuvene, et in ebriosis abundet spes.* ℟. Sic, quia obiectum spei est futurorum arduum possibile, sed iuvenis habet plus de futuro, abundat spiritibus, caret experientia, et putat possibile, et ebrius non considerat.

7. *An spes sit causa amoris.* ℟. Spes causatur ab amore, quia speratur bonum amatum, sed per accidens causat amorem in illum a quo speramus.

8. *An spes conferat ad operationem, vel magis impediat.* ℟. Adiuvat intendendo illam et non retardat conatum.

41. *De timore secundum se.*

1. *An timor sit passio animae.* ℟. Sic, quia est motus de malo futuro, et sic post tristitiam.

2. *An timor sit specialis passio.* ℟. Sic, quia habet speciale obiectum, idest malum futurum difficile, cui non potest facile resisti.

3. *An sit aliquis timor naturalis.* ℟. Sic, quia natura inclinat ad fugiendam corruptionem, idest mortem, est alius timor non naturalis.

4. *An convenienter assignentur species timoris.* ℟. Sic, et sunt segnities, erubescentia, verecun-

dia, admiratio, stupor, et agonia, quia obiectum timoris dividitur in sex species.

42. *De obiectio timoris.*

1. *An obiectum timoris sit bonum, vel malum.* Ꝛ. Per se est malum, sed de bono, ne eo privemur, vel noceat.

2. *An malum naturae sit obiectum timoris.* Ꝛ. Sic, sicut mors, sed debet esse malum futurum cum spe salutis, secus non.

3. *An timor sit de malo culpae.* Ꝛ. Proprie non, quia potest vitari a nostra voluntate, nec habet rationem terribilis, quia non habet causam extrinsecam.

4. *An ipse timor possit timeri.* Ꝛ. Sic, ut dolere de dolore; sed ut subiacet voluntati, non, quia non est terribilis; sed quatenus consequitur phantasiam mali necessario imminentis.

5. *An repentina magis timeantur?* Ꝛ. Sic, quia faciunt apprehendere maius malum.

* Magis timentur mites, et astuti, quia occultant iram, et nocumentum quod ab eis timetur, quam illi qui ostendunt iram.

6. *An ea contra quae non est remedium, magis timeantur.* Ꝛ. Sic, quia diuturnitas auget malum, et quae sunt sine remedio putantur diuturniora.

43. *De causa timoris.*

1. *An amor sit causa timoris.* Ꝛ. Dispositive sic, quia timetur privatio boni.

* Timor causat etiam amorem, ut qui timet puniri servat mandata, et incipit sperare, et spes amorem introducit.

2. *An causa timoris sit defectus.* Ꝛ. Sic per

modum dispositionis ex parte timentis, quia contrariorum contrariae sunt formae, sed divitiae excludunt timorem, ergo etc.

44. *De effectibus timoris.*

1. *An timor faciat contractionem.* ℟. Sic quia virtus, quae non potest facile malum superare ad interiora pauca se contrahit, ut in morientе, et sic contrahitur calor, et spiritus, qui sunt materiale timoris.

2. *An timor faciat consiliativos.* ℟. Sic, idest solicitos facit ad consilium, licet impediat vim bene consiliandi: quia quaevis passio ex se impedit facultatem consiliandi.

3. *An timor faciat tremorem.* ℟. Sic, quia exteriora debilitantur cum virtus ad interiora contrahitur. In timore calor deserit cor, et tendit ad inferiora. Hinc sequitur tremor, pallor, et dentium strepitus, cor tremit, et membra circa pectus et labium inferius, et genua.

4. *An timor impediat operationem.* ℟. Sic, ex parte instrumentorum corporis, quia debilitat membra corporis, quae sunt instrumenta operationis; ex parte animae si timor sit moderatus confert ad bene operandum, quia facit attentius operari.

45. *De audacia.*

1. *An audacia sit contraria timori.* ℟. Sic, quia sunt circa idem maxime distantes.

2. *An audacia consequatur spem.* ℟. Sic, nam prosecutio boni pertinet ad spem, fuga mali ad timorem, prosecutio mali terribilis ad audaciam, fuga boni ad desperationem ob difficultatem.

3. *An defectus aliquis sit causa audaciae.* R'. Non per se, sed quae excludunt timorem, et causant spem, faciunt audaciam; nam qui se bene habent ad divina sunt audaciores.

4. *An audaces sint promptiores in ipso principio, quam in fine in periculis.* R'. In principio, quia est motus appetitus sensitivi, qui subitum habet iudicium.

46. *De ira secundum se.*

1. *An ira sit specialis passio.* R'. Sic, sed causatur ex tristitia illata, et spe vincendi, seu puniendi.

2. *An obiectum irae sit bonum vel malum.* R'. Utrumque, quia tendit in vindictam ut bonum, et in inimicum, ut in contrarium nocivum, idest malum.

3. *An ira sit in concupiscibili.* R'. Non, sed in irascibili, a qua denominatur.

* Ira fit ex tristitia et desiderio, ut ex causis.

4. *An ira sit cum ratione.* R'. Sic, quia importat collationem poenae infligendae ob damnum sibi illatum, et hoc est rationis.

5. *An ira sit naturalior quam concupiscentia.* R'. Ex parte obiecti naturalior est concupiscentia, quod appetitus naturaliter appetit: ex parte subiecti est ira, quae est magis cum ratione, idest ut homo est; sed ut animal, est ad concupiscentiam.

6. *An ira sit gravior, quam odium.* R'. Odium, cuius obiectum habet plus mali, quam obiectum irae; quia qui odit vult malum alicui simpliciter; iratus vero sub ratione iusti vindicativi.

7. *An ira sit ad illos solum, ad quos est iustitia.* R'. Etiam ad quos est iniustitia.

3. *An convenienter assignentur species irae.* R̸. Sic, et sunt, fel, mania, et furor, quia augent iram aliquo modo; excandescentia ad primam speciem pertinet.

47. *De causa effectiva irae et de remediis eius.*

1. *An motivum irae sit semper aliquid contra eum, qui irascitur.* R̸. Sic, quia ira, ait Aristoteles, fit semper ex his, quae ad ipsum, sed in Deo est ira, prout est iustitia contra peccatorem, qui facit contra Deum, contemnendo mandata.

2. *An sola parvipensio, aut despectio sit motivum irae.* R̸. Sic, quia omnes causae reducuntur ad parvipensionem. Tres sunt species parvipensionis, despectus, impedimentum voluntatis implendae, et contumelia.

3. *An excellentia irascentis sit causa irae.* R̸. Ex parte motivi, quod est iniusta parvipensio, sic, quia quo quis est excellentior, eo iniustius parvifit, sed in irascente defectus causat iram.

4. *An defectus sit causa alicuius ut contra eum aliquis irascatur.* R̸. Sic, ut si dives a paupere despicitur, quia quo quis est minor, tanto indignius despicit, et e contra.

48. *De effectibus irae.*

1. *An ira causet delectationem.* R̸. Sic, quia minuit tristitiam per vindictam saltem apprehensam.

2. *An ira maxime causet fervorem in corde.* R̸. Sic, quia ira est fervor sanguinis circa cor.

3. *An ira maxime impediat usum rationis.* R̸. Sic, quia facit maximam perturbationem corpo-

ralem in corde, propter commotionem caloris vehementer impellentis, quod est materiale in ira.

4. *An ira causet taciturnitatem.* Ꝑ. Aliquando sic, quia tanta potest esse, ut impediat usum linguae.

49. *De habitibus in generali quoad eorum substantiam.*

1. *An habitus sit qualitas.* Ꝑ. Sic, quia est dispositio secundum quam male, vel bene disponitur quis, aut secundum se, aut ad aliud.

* Non loquimur de habere in communi, quod est unum praedicamentum.

2. *An habitus sit determinata species qualitatis.* Ꝑ. Sic, quia quot modis accidentaliter determinatur substantia, tot sunt species qualitatis, et habitus est dispositio perfecti ad optimum, et est difficile mobilis.

3. *An habitus importet ordinem ad actum.* Ꝑ. Sic, quia est quo aliquid agitur, ut est in ordine ad naturam operantem.

4. *An sit necessarium esse habitum.* Ꝑ. Sic, quia est perfectio, et perfectio est necessaria rei, quia habet rationem finis.

50. *De subiecto habituum.*

1. *An in corpore sit aliquis habitus.* Ꝑ. Non, principaliter in corpore, ut in subiecto, quia corpus non est in potentia ad multa, et ut sic determinandum est per habitum ad operandum, sed in eo sunt dispositiones naturae, ut sanitas.

2. *An anima sit subiectum habitus secundum suam essentiam, vel potentiam.* Ꝑ. Gratia est in essentia animae, sed dispositiones animae ad operandum sunt in potentiis, quia secundum has est indeterminata.

* Potentia est subiectum habitus, sicut superficies coloris.

3. *An in potentiis partis sensitivae possint esse habitus.* R'. In parte sensitiva, ut operatur vi naturae non est, quia hoc modo ordinatur ad unum, sed ut ex imperio rationis, sic.

* In membris exterioribus non est habitus, sed in potentiis imperantibus motum illorum, sic.

4. *An in ipso intellectu sit aliquis habitus.* R'. Sic, ut scientia in intellectu possibili.

5. *An in voluntate sit aliquis habitus.* R'. Sic, ut iustitia, quia bonum in quod inclinatur est varium, et eget determinante.

6. *An in angelis sit aliquis habitus.* R'. Sic, quia in eis est aliqua potentia, ut ad attingendum Deum secundum intellectum et voluntatem.

51. *De causa habituum quantum ad generationem ipsorum.*

1. *An aliquis habitus sit a natura.* R'. Habitus, ut est dispositio subiecti in ordine ad naturam potest esse naturalis, ut sanitas, infirmitas. Item ut est dispositio ad operationem, cuius subiectum est potentia, potest esse naturalis, sed non totaliter a natura. Item in Angelis sunt species naturaliter inditae, sed non in homine.

2. *An aliquis habitus causetur ex actibus.* R'. Sic, quia agens, quod est principium passivum, et activum sui actus, potest agendo frequentatis actibus aliquid in se producere.

3. *An per unum actum possit generari habitus.* R'. In potentiis appetitivis non, quia unica actione non vincitur passivum, in intellectu sic, sed habitus scientiae, non opinionis.

* Habitus corporalis sic, si agens est vehe-

mens, ut quando medicina fortis inducit sanitatem.

4. *An aliqui habitus sint infusi a Deo hominibus.* R'. Sic, ut ad finem ultimum; imo et acquisibiles, ut in Apostolis scientia scripturarum.

52 *De augumento habituum.*

1. *An habitus augeantur.* R'. Sic, secundum se, quia sumunt speciem ab extrinseco, idest obiecto, vel secundum participationem subiecti, ut pro diversa aptitudine, quae est in subiecto. Item in his quae mole carent, idem est maius seu perfectius, quod melius. Item forma, quae secundum se sortitur speciem est praefixa, ut numerus.

2. *An habitus augeatur per additionem.* R'. Respectu subiecti non fit additio, sed quia subiectum magis participat habitum per intensionem. Item in aliquibus accidentibus augmentum potest fieri per additionem, quia per se augetur, ut motus.

3. *An quilibet actus augeat habitum.* R'. Intensior habitu sic, aeque intensus disponit ad augmentum.

53. *De corruptione et diminutione habituum.*

1. *An habitus corrumpi possit.* R'. Sic, vel a contrario, vel ad corruptionem subiecti, si est in subiecto corruptibili.

2. *An habitus possit diminui.* R'. Sic sicut et augeri, quia contraria fiunt circa idem, prout sunt in subiecto.

3. *An habitus minuatur vel corrumpatur per solam cessationem ab opere.* R'. Sic, ut inappellatio amicitias dissolvit, et multis modis.

54. *De distinctione habituum.*

1. *An mulli habitus possint esse in una potentia.* Ꝛ. Sic, ut in intellectu: sunt enim qualitates inclinantes potentias ad actus.

* Potentia est simplex in essentia, sed multiplex virtute, idest ad multos actus. Item habitus est dispositio potentiae ad actum.

2. *An habitus distinguantur secundum obiecta.* Ꝛ. Sic, secundum obiecta specie differentia. Item secundum principia activa, et naturam.

3. *An habitus distinguantur secundum bonum et malum.* Ꝛ. Sic specie, ut virtus, et vitium; ratione naturae opponuntur.

4. *An unus habitus ex mullis habitibus constituatur.* Ꝛ. Non, quia est quaedam simplex qualitas et forma.

* Et licet ad plura se extendat, tamen ut sunt sub una ratione obiecti, ut ad plures demonstrationes, quae ordinantur ad unum.

55. *De virtutibus quantum ad suas essentias.*

1. *An virtus humana sit habitus.* Ꝛ. Sic, quia determinat potentiam ad certum actum, qui est finis potentiae.

2. *An virtus sit habitus operativus.* Ꝛ. Humana, id est hominis, ut homo est, sic, idest ad operandum, non ad esse.

3. *An virtus humana sit habitus bonus.* Ꝛ. sic quia importat perfectionem, et dicitur metaphorice de malo ut virtus peccati. Item sicut potentia est indifferens ad bonum, et malum, sic habitus.

4. *An virtus convenienter definiatur.* Ꝛ. Sic, et est, virtus est bona qualitas mentis, qua re-

ete vivitur, qua nullus male utitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur: nam *qualitas bona* seu habitus est forma: *mentis*, est materia in qua: *recte vivitur*, est finis: *quam Deus operatur*, *causa* efficiens de infusis, dempta ultima particula, de acquisitis.

56. *De subiecto virtutis.*

1. *An virtus sit in potentia animae sicut in subiecto.* R'. Humana sic, et est eius perfectio.

2. *An una virtus possit esse in pluribus potentiis.* R'. Non, quia est accidens, et non potest esse in pluribus subiectis: potest tamen esse in aliis per modum dispositionis, quia una potentia movetur, et accipit ab alia.

3. *An intellectus possit esse subiectum virtutis.* R'. Subiectum habitus, qui est simpliciter virtus non potest esse, nisi voluntas, vel potentia mota a voluntate, et sic intellectus motus a voluntate est subiectum virtutis simpliciter, ideo intellectus speculativus est subiectum fidei.

4. *An irascibilis et concupiscibilis sint subiectum virtutis.* R'. Ex se non, sed ut obediunt rationi, sic.

5. *An vires apprehensivae sensitivae sint subiectum virtutis.* R'. Non, sed potius praeparationes ad cognitionem intellectus qui cognoscit verum.

6. *An voluntas possit esse subiectum virtutis.* R'. Sic, quae movet irascibile et concupiscibile, sed ad bonum rationis sibi proportionatum, quod est eius obiectum non eget habitu.

87. *De distinctione virtutum intellectualium.*

1. *An habitus intellectuales speculativi sint virtutes.* R'. Non, quia non perficiunt bonum usum et appetitum, nec faciunt, ut utamur bene omnibus potentiis et habitibus, sed solum dant facultatem bene agendi.

2. *An sint tantum tres habitus intellectuales speculativi, idest, sapientia, scientia, et intellectus.* R'. Sic; scientia pendet ab intellectu, et intellectus a sapientia quae iudicat de principiis et conclusionibus.

3. *An habitus intellectualis, qui est ars, sit virtus.* R'. Sic, operatione, quia est recta ratio faciendorum, non tamen simpliciter, quia non facit bonum quantum ad usum, nec perficit appetitum, sed ars ex bona voluntate, est virtus.

4. *An prudentia sit virtus distincta ab arte.* R'. Sic, quia habet rationes diversas. Haec enim dat bonum usum circa agibilia, illa circa factibilia.

5. *An prudentia sit virtus necessaria homini.* R'. Sic, ad bene vivendum, quia debet agere ex recta electione.

6. *An Eubulia, Synesis, et Gnome sint virtutes adiunctae prudentiae.* R'. Sic, quia Eubulia, est vis bene consiliativa; et Synesis, et Gnome sunt partes iudicativae.

88. *De distinctione virtutum moralium ab intellectualibus.*

1. *An omnis virtus sit moralis.* R'. Non, sed solum ea, quae est in vi appetitiva, a qua sunt mores.

2. *An virtus moralis distinguatur ab intelle-*

ctuali. R'. Sic, quia in diversis potentiis, nam apprehensiva et appetitiva distinguuntur.

3. *An sufficienter virtus dividatur in moralem et intellectualem.* R'. Sic, quia principia actionum in homine, sunt ratio et appetitus.

4. *An moralis virtus possit esse sine intellectuali.* R'. Non, quia non potest esse sine prudentia quae est intellectualis.

* Inclinatio naturalis ad bonum virtutis quo est maior, eo periculosior, nisi recta ratio, ides prudentia eligat media, ut equus caecus velocius currens, fortius impingit.

5. *An intellectualis virtus possit esse sine morali.* R'. Prudentia non potest, quia recta ratio indiget principiis particularibus agibilium, sed aliae virtutes intellectuales possunt esse sine morali.

59. *De distinctione virtutum moralium per comparationem ad passiones.*

1. *An virtus moralis sit passio.* R'. Non, quia passio est motus appetitus sensitivi, et ex se non habet rationem boni, vel mali.

2. *An virtus moralis possit esse cum passione.* R'. Cum affectione inordinata, et cum consensu non, cum ordinata sic.

3. *An virtus moralis possit esse cum tristitia.* R'. Sic, quia virtuosus tristatur de culpa sua, vel proximi.

* Tristitia immoderata est aegritudo animae, moderata pertinet ad bonam habitudinem animae in hac vita.

4. *An omnis virtus moralis sit circa passiones.* R'. Non, sed aliqua circa operationem, ut iustitia.

3. *An aliqua virtus moralis possit esse sine passione.* R'. Virtus, quae est circa passiones appetitus sensitivi, non potest esse sine passione; secus appetitus esset otiosus, sed quae est circa operationes potest esse sine, ut iustitia.

60. *De distinctione virtutum moralium ad invicem.*

1. *An sit tantum una virtus moralis.* R'. Non, quia sunt plures potentiae appetitivae animae.

2. *An virtutes morales quae sunt circa operationes distinguantur ab his, quae sunt circa passiones.* R'. Sic, si considerentur ut materia circa quam, licet omnis virtus moralis habeat operationem et passionem et effectum.

3. *An circa operationes sit tantum una virtus moralis.* R'. Generice sic, idest iustitia quae est secundum debitum ad alterum, sed sunt specie distinctae, quia variae rationes debiti ad alterum, ut ratio debiti ex pacto, alia ex beneficio.

4. *An circa diversas passiones sint diversae virtutes morales.* R'. Sic, quia potentiae diversae et obiecta contraria.

5. *An virtutes morales distinguantur secundum diversa obiecta passionum.* R'. Sic, et probat per duodecim virtutes.

61. *De virtutibus Cardinalibus.*

1. *An virtutes morales debeant dici Cardinales, vel principales.* R'. Quatuor sic, quia sunt perfectiones, quia dant non solum facultatem boni operis, ut etiam dant intellectuales, sed etiam dant bonum usum, et prudentia ratione materiae est quodam modo moralis; ideo ponitur inter cardinales.

* Virtus est sub genere analogico. Item theologicae sunt supra hominem; ideo non dicuntur humanae. Item intellectualis est principaliter ratione subiecti, non ratione virtutis quae est ad bonum.

2. *An sint quatuor virtutes Cardinales.* R'. Sic, quia bonum rationis est in prudentia, circa operationes est iustitia, circa passiones temperantia, et fortitudo.

3. *An aliae virtutes sint dicendae magis principales quam istae.* R'. Non, quia rationes formales virtutis sunt principaliter in his quatuor.

4. *An quatuor virtutes Cardinales differant ab invicem.* R'. Sic, pro diversitate obiectorum.

5. *An virtutes Cardinales bene dividantur in virtutes politicas, purgatorias, purgati animi, et exemplares.* R'. Sic, respectu Dei (vide).

62. *De virtutibus Theologicis.*

1. *An sint aliquae virtutes Theologicae.* R'. Sic, quia de fide, spe, et charitate dantur praecepta legis, quae sunt de actibus virtutum. Item homo ordinatur ad beatitudinem supernaturalem, ergo indiget virtutibus infusis a solo Deo, et per solam revelationem in scriptura traduntur.

2. *An virtutes Theologicae distinguantur ab intellectualibus, et moralibus.* R'. Sic specie, quia supra naturam hominis, et obiectum est Deus, ut ultimus finis.

3. *An bene ponantur virtutes Theologicae, fides, spes, charitas.* R'. Sic, quia pro intellectu fides, pro motu voluntatis spes, pro unione charitas.

4. *An fides sit prior spe, et charitate.* ℟. Sic, quia primo praerequiritur cognitio: secundo spes, tertio charitas, sed ordine perfectionis, prima est charitas, quia informat; quantum ad habitum hae virtutes simul infunduntur.

* Potest aliquis sperare beatitudinem per merita futura, et sic prior est spes, licet ut formata sit posterior charitate.

63. *De causa virtutum.*

1. *An virtus insit nobis a natura.* ℟. Perfecta non, quia non est communis omnibus, et per peccatum tollitur, licet eius aptitudo sic; et moralis partim est a natura, partim non, sed theologicae sunt totaliter ab extrinseco.

2. *An aliqua virtus causetur in nobis ex assuetudine operum.* ℟. Sic moralis, non autem divina infusa.

3. *An aliquae virtutes morales sint nobis infusae.* ℟. Sic, et correspondent virtutibus Theologicis, quibus sunt proportionatae.

* Virtutes Theologicae inchoant perfectionem animae ad Deum, sed morales infusae perficiunt; quia acquisitae a nobis non sunt supra naturam.

4. *An virtus acquisita cum virtute infusa sit eiusdem speciei.* ℟. Non, sed differunt specie, quia distincta obiecta, ut temperantia humana est ne noceat corpori, divina, ut castiget corpus propter Deum.

64. *De medio virtutum.*

1. *An virtutes morales sint in medio.* ℟. Sic, quia est aequalitas commensurata regula rationis sine excessu, et defectu.

* Virtus comparata ad rationem, habet rationem extremi, sed ad operationes, et passiones habet rationem medii, quod considerantur secundum circumstantias, ut in magnificentia, magnanimitate.

2. *An medium virtutis moralis sit medium rei, vel rationis.* R'. Non rationis, quia virtus moralis non perficit actum rationis, sed appetitus nisi causaliter, idest per conformitatem ad rationem. Item in iustitia est medium rei, et rationis. Item in virtutibus in appetitu sensitivo non est medium rei, sed rationis.

3. *An virtutes intellectuales consistant in medio.* R'. Intellectualis speculativa est in medio ad rem ipsam, idest cognoscit rem, ut est, vel non est, quia obiectum virtutis est bonum quod est in vero. Item practicae sunt ad rem rationabiliter.

4. *An virtutes Theologicae consistant in medio.* R'. In ordine ad suam regulam infinitam, et increatam non habent medium, quia in Deo non est excessus, nec Deus potest diligi quantum debet, sic sperare, et credere, sed in ordine ad nos habent medium qui debemus ferri in Deum secundum mensuram nostrae conditionis.

65. *De connexione Virtutum.*

1. *An virtutes morales sint ad invicem connexae,* R'. Imperfectae, idest inclinationes sive ex natura sive ex consuetudine ad aliquod opus in genere bonorum, non sunt connexae, sed perfectae, idest habitus inclinantes ad bonum opus bene agendum sunt connexae, quia omnes pendent a prudentia, et haec sine aliis esse non potest nisi imperfecte.

* Unus potest esse prudens in una arte non in alia, sed non potest esse prudens in una virtute, et non in alia. Item intellectuales non sunt connexae, quia nec materiae earum.

2. *An virtutes morales possint esse sine charitate.* R'. In ordine ad finem naturalem, sic; ad Deum, non. Virtutes morales acquisitae sunt imperfectae, et secundum quid virtutes, et possunt esse sine charitate; sed infusae non, quia perfectae, et simpliciter.

3. *An charitas possit esse sine aliis virtutibus moralibus.* R'. Non, quia morales sunt infusae cum ea, et amissa charitate omnes perduntur, licet virtuosi patiantur difficultatem in earum actibus, ut sancti, ut in abstinentia.

4. *An fides, et spes possint esse sine charitate.* R'. Imperfecte sic, sed perfecte, vel in statu perfecto, non; imo fides, et spes sine charitate non sunt proprie virtutes, quia non bene operantur; licet in sua specie non pendeant, nec a charitate, nec a prudentia infusa, ideoque possunt esse sine his.

5. *An charitas possit esse sine fide, et spe.* R'. Non, quia illa dirigimur ad obiectum beatitudinis, quod per fidem, et spem tenemus.

* In nobis charitas est radix dans perfectionem fidei, et spei: in Christo non fuit fides, vel spes, sed loco harum visionem, et comprehensionem habuit.

66. *De aequalitate virtutum.*

1. *An virtus possit esse maior, vel minor.* R'. Sic, quia in his potest esse augmentum, et prout aliqua magis accedit ad rationem est perfectior,

et medium virtutis non est in indivisibili, sed prope.

2. *An virtutes simul manentes in eodem sint aequales.* R'. In ratione specifica, non, quantum ad participationem subiecti sunt aequales aequalitate proportionis, prout aequaliter crescunt sicut digiti manus.

3. *An virtutes morales praeemineant intellectualibus.* R'. Secundum speciem, et obiectum intellectuales sunt nobiliores, quia potentia, et obiectum sunt nobiliora, sed in ratione virtutis, est nobilior moralis, quae magis movet ad actum, quod est ratio virtutis.

4. *An iustitia virtus sit praecipua inter morales.* R'. Sic, quia est propinquior rationi, et est in voluntate, et est ad se et ad alios. Item post iustitiam est fortitudo; tertio loco est temperantia.

5. *An sapientia sit maxima inter virtutes intellectuales.* R'. Sic ex obiecto, quia de causa altissima, per quam consideratur de inferioribus, ideoque sapientia ordinat alias virtutes intellectuales, quasi Architectonica.

6. *An charitas sit maxima inter virtutes Theologicas.* R'. Non ratione obiecti, quia est idem in omnibus, sed ex propinquitate obiecti. Nam fides de non viso, spes de non habito, charitas est de eo, quod habetur, quia amatum est in amante, et amans trahitur per affectum ad amatum.

* Non sic in moralibus.

67. *De duratione virtutum post hanc vitam.*

1. *An virtutes morales maneant post hanc vitam.* R'. Sic, non quantum ad materiale, idest

ad moderamen passionum, et operationum, sed quantum ad formale, idest ad modum a ratione definitum.

2. *An virtutes intellectuales maneant post hanc vitam.* R'. Sic, non quantum ad phantasmata, quae corrumpuntur corrupto corpore, sed quantum ad formale, idest species intelligibiles, et habitus.

3. *An fides maneat post hanc vitam.* R'. Non, quia imperfectio, seu non clarum est de essentia fidei, et adveniente clara visione cessat imperfectio; secus quando imperfectio accidit speciei ratione individui, tunc enim remota imperfectione, remanet species.

4. *An spes maneat post mortem in statu gloriae.* R'. Non, quia sancti vident. Item spes dicit imperfectum, ut motus. Item timor filialis est in patria, prout Deum reverctur, sed non ut separari reformidet.

5. *An aliquid fidei, vel spei remaneat in patria.* R'. Non, quia fides est habitus simplex et totus, vel nil tollitur.

* Lumen imperfectum candelae, et lumen Solis non opponuntur, sed fides, et visio sic.

6. *An remaneat charitas post hanc vitam.* R'. Sic, quia imperfectio charitatis viae non erat de ratione specifica, ut est obscuritas fidei, et sic illa perficitur, haec destruitur.

68. *De Donis.*

1. *An dona differant a virtute.* R'. Sic, quia dantur homini, ut prompte moveatur ab inspiratione divina; ideo dicuntur dona spiritus, et secundum alios disponunt ad actus altiores,

quam virtutes. Item secundum rationem nominis non opponuntur, quia virtus dicitur, quia perficit, et donum respicit causam a qua est, et perficit.

* Non omnia dona sunt virtutes, nec contra, nec omnia illa sunt in intellectu, et haec in voluntate. Item resistimus tentationibus, et conformamur Christo tum donis, tum virtutibus.

2. *An dona sint necessaria homini ad salutem.* R'. Sic ad finem supernaturalem requiritur motio divina, quae habetur per dona, et homo per virtutes theologicas, quibus disponitur ad gloriam, non potest sine particulari motione operari, quia non perfecte eas possidet. Item homo, quia perfecte possidet virtutes morales, potest per eas operari ad finem naturalem sine particulari instinctu, non tamen sine concursu Dei.

3. *An dona Spiritus sancti sint habitus permanentes.* R'. Sic, quibus homo disponitur ut bene moveatur a Spiritu sancto, sicut virtutes morales perficiunt appetitum, ut bene moveatur a ratione.

* Prophetia non est ad necessitatem salutis, sed ad manifestationem Spiritus, unde non est par ratio de donis.

4. *An convenienter numerentur septem dona Spiritus Sancti.* R'. Sic, quia dantur ad prompte sequendum instinctum Spiritus sancti, et sic in omnibus potentiis, quae sunt principia actuum humanorum dantur dona ut virtutes ad hoc, ut appetitus obediat rationi, ut in apprehensione speculativa, intellectus; in practica consilium; in iudicio speculativo, sapientia; in practico, scientia; in appetitiva ad alterum, pietas; con-

tra timorem periculorum fortitudo; contra concupiscentias inordinatas, timor.

5. *An dona Spiritus sancti sint connexa.* Ꝛ. Sic, in charitate, sine qua nullum est, et cum qua omnia dona sunt, ut filii Iob, qui invicem pascebant, ex D. Gregorio.

6. *An dona Spiritus sancti remaneant in patria.* Ꝛ. Quoad suam essentiam sic, quia mens ibi perficitur perfecte ad sequendum Spiritum sanctum, cum ibi Deus erit omnia in omnibus, sed quantum ad materiam circa quam, non, quia ibi non erit materia circa quam operamur in hac vita.

7. *An dignitas donorum attendatur secundum enumerationem.* Ꝛ. Sic, quia sic ordinantur virtutes, vel ratione materiae.

8. *An virtutes sint praeferendae donis.* Ꝛ. Theologicae sic, quia per has humana mens unitur Deo, et per dona mens facile movetur a Deo, sicut intellectuales virtutes praeferuntur moralibus, sed dona in perfectione praeferuntur virtutibus humanis, quia perficiunt in ordine ad Spiritum sanctum moventem, illa vero, vel ratione, vel in ordine ad rationem.

69. *De beatitudinibus.*

1. *An beatitudines distinguantur a virtutibus et donis.* Ꝛ. Sic ut actus, non tamquam habitus, quia beatitudo coeli habetur spe, quae spes ex opere bono, et ad finem qui est beatitudo, homo movetur per virtutes, et dona Spiritus sancti et sic hic beatitudo est actus habituum, ut paupertas, luctus, mititas, iustitia, misericordia.

2. *An praemia, quae attribuuntur beatitudini-*

bus pertineant ad hanc vitam. R'. Praemia perfecta sunt in alia vita, inchoative sunt hic, saltem spiritualiter in viris perfectis; regnum coeli hic sunt boni, filii Dei, qui suos motus pacificant.

3. *An convenienter enumerentur beatitudines.* R'. Sic, ad tollendas humanas beatitudines.

4. *An praemia beatitudinum convenienter enumerentur.* R'. Sic, secundum vitam activam et contemplativam (Vide).

70. *De fructibus Spiritus sancti.*

1. *An fructus Spiritus sancti, quos Apostolus nominat ad Gal. 5. sint actus.* R'. Sic, quia fructus Spiritus sancti sunt operationes hominis moti a Spiritu sancto, sicut arbor cognoscitur a fructibus, licet ut flores ordinentur ad vitam aeternam.

2. *An fructus differant a beatitudinibus.* R'. Sic, quia beatitudines possunt dici fructus, sed non contra in hac vita.

3. *An fructus convenienter numerentur ab Apostolo.* R'. Sic, quia illis mens disponitur in se, et ad ea, quae sunt supra se, caetera vide (ibi).

4. *An fructus Spiritus sancti contrarientur operibus carnis.* R'. Si sumantur in communi sic, quia illi sursum, haec deorsum movent.

71. *De vitiis et peccatis.*

1. *An vitium contrarietur virtuti.* R'. Sic, primo in essentia, quia non est dispositio conveniens suae naturae; secundo consequenter, ut malitia bonitati; tertio, ut peccatum actui virtuoso.

2. *An vitium sit contra naturam.* R'. Sic in qualibet re, quia contrariatur virtuti, quae est secundum naturam.

3. *An vitium sit peius, quam actus vitiosus.* R'. Actus malus est peior habitu malo, quia pro illo quis punitur, pro hoc nemo. Item habitus non est malus, nisi quia inclinat ad actum malum, ergo, etc. idem de bono.

4. *An peccatum possit esse simul cum virtute.* R'. Sic cum habitu virtutis, quia non corrumpitur per unum actum. Item infusae tolluntur per peccatum mortale, et quando fides, et spes manent informes non sunt virtutes, acquisitae manent. Item cum peccato veniali omnes virtutes esse possunt, quia non contrariatur charitati, quae est radix virtutum.

* Peccatum non potest esse cum actu virtutis, quia ei contrariatur, sicut vitium tollit habitum virtutis.

5. *An in quolibet peccato sit aliquis actus.* R'. Peccatum omissionis potest esse sine actu, ut si nil cogitat de sacro, quando tenetur audire, vel cum solo interiori, quando dicit nolo ire, ideoque occasionaliter, vel causaliter includitur aliquis actus.

* Plura requiruntur ad bonum, quam ad malum.

* Voluntarium etiam est quod est in nostra potestate, ut fiat, vel non fiat, et sic non velle est voluntarium. Item peccatum omissionis est contra praeceptum affirmativum, quod non obligat pro semper. Unde solum peccatur pro tempore quo homo obligatur.

6. *An convenienter definiatur peccatum esse dictum, vel factum, etc.* R'. Sic, quia constat materia et forma; materia est dictum, factum, concupitum; forma ut sit contra legem divinam.

* Affirmatio, vel negatio reducuntur ad idem genus, et sic dictum, vel non dictum, factum, vel non factum. Nam peccata a Theologo considerantur, ut offensa Dei, a Philosopho ut sunt contra rationem. Item malum, quia prohibitum intelligitur de lege positiva.

72. *De distinctione peccatorum*

1. *An peccata differant specie secundum obiecta.* R'. Sic, quia sunt dicta, vel facta, sed actus per obiecta distinguuntur, ergo, etc. et actus voluntarii, ut sunt peccata specificantur per obiecta.

* Finis est obiectum. Item malum non est pura privatio, sed actus privatus, et sic ab obiecto. Item in diversis rebus potest esse una ratio obiecti, ut superbia in multis.

2. *An convenienter distinguantur peccata spiritualia a carnalibus.* R'. Sic, quia obiecta delectabilia, vel sunt in spiritu vel in corpore.

3. *An peccata distinguantur specie secundum causas activas vel motivas.* R'. Non, quia omnia essent eiusdem specici, idest a voluntate, sed a fine, qui est obiectum voluntatis, a quo specificantur actus.

* Obiecta in ordine ad actus exteriores habent rationem materiae circa quam, sed ad voluntatem, est finis.

4. *An peccatum convenienter distinguatur in peccatum, in Deum, in seipsum, in proximum.* R'. Sic, quia contra triplicem regulam, et est distinctio secundum diversa obiecta, ad quae homo ordinatur.

* Peccatum in Deum, ut includit alium or-

dinem est commune peccatum, ut vero excedit est speciale.

5. *An divisio peccatorum secundum reatum diversificet speciem.* R'. Non, quia reatus est post peccatum, cum sit effectus, et accidat peccato.

* Differentia peccati mortalis, et venialis, sequitur diversitatem deordinationis, quia mortale est ut mors, veniale ut febris, et ratione conversionis ad obiectum sunt in eadem specie, licet ex parte aversionis differant infinite.

6. *An peccatum commissionis, et omissionis differant specie.* R'. Ratione finis, vel obiecti, non, quia habent idem obiectum, sed large, et materialiter loquendo sic, sicut negatio, et privatio actus; et privatio reducitur ad affirmationem, quam sequitur.

7. *An peccatum convenienter dividatur in peccatum cordis, oris et operis.* R'. Sic, quando quodlibet habet perfectam speciem peccati, secus sunt gradus tantum, ut inchoatio et perfectio.

8. *An superabundantia, et defectus diversificent speciem peccati.* R'. Sic, et sunt sibi contraria in forma, ut avaritia et prodigalitas et cum sit diversum motivum inclinans ad diversum obiectum.

9. *An peccata differant specie secundum diversas circumstantias.* R'. Si sint ex diverso motivo, differunt specie, ut in gula; quando ex eodem motivo, non, quia motivum est obiectum.

73. *De comparatione peccatorum ad invicem.*

1. *An omnia peccata sint connexa.* R'. Non, quia semper sunt contraria, et non intendunt unum, idest regulam rationis, ut virtutes, nec

intendunt recessum a ratione, sed delectabile, quod est diversum, et contrarium.

*Qui offendit in uno, fit omnium reus, ex parte aversionis, vel quantum ad reatum.

2. *An omnia peccata sint paria.* R'. Non, quia unum magis privat rectitudine rationis alio, nec sunt aequalia in malitia, quia haec sumitur a privatione rationis. Item privatio, quae est in peccato non est pura et simplex, quae consistit in corrupto esse, ut est mors, quae non recipit magis et minus, sed est non simplex, et retinet aliquid de habitu opposito, quae consistit in corrumpi, ut aegritudo, et suscipit magis et minus. Item peccata, quae habent maiorem inordinationem a ratione, sunt magis gravia.

3. *An gravitas peccatorum varietur secundum obiecta diversa.* R'. Sic, quia peccata sumunt speciem ab obiectis, et unum peccatum est gravius specie altero, ergo, etc., et peccatum est gravius, quo maior est deordinatio rationis, sicut quo maior est inaequalitas humorum, maior est infirmitas. Item quo peccatur contra altiorem finem, maius est peccatum, sed obiecta sunt fines humanorum actuum, et sic minus peccatum est furtum, quam homicidium; et hoc, quam blasphemia.

4. *An gravitas peccatorum differat secundum dignitatem virtutum, quibus peccata opponuntur.* R'. Sic, quia sic opponuntur obiecta, et ex Aristot. pessimo optimum contrarium est.

*Charitati opponitur non quodcunque odium, sed Dei, ideoque, quia illa est summa virtus, hoc est summum vitium.

5. *An peccata carnalia sint minoris culpae, quam*

spiritualia. R'. Caeteris paribus sic, quia haec sunt in Deum et proximum, illa in corpus, quod est minus amandum. Item illa habent vehementius motivum, sed peccatum carnale est maius ratione inhaesionis, et conversionis ob delectationem, spirituale plus de aversione.

* Adulterium est maius furto, quia continet luxuriam, et iniustitiam. Item Daemon maxime gaudet de luxuria, quia difficile homo ab ea removetur.

6. *An gravitas peccatorum attendatur secundum causam peccati.* R'. Voluntas maior, quae est causa peccati, facit maius peccatum. Item voluntas de peiori fine, qui est obiectum, facit maius peccatum. Item aliae causae, quae inclinant voluntatem praeter suam naturam, vel quae minuunt iudicium rationis, vel liberum arbitrium, ut ignorantia, etc. minuunt, vel tollunt peccatum, sicut et voluntarium.

7. *An circumstantia aggravet peccatum.* R'. Sic, vel mutando speciem, vel in eadem specie: sicut etiam minuit, quia inde res augentur unde causantur, sed peccatum causatur a circumstantia.

8. *An gravitas peccati augeatur secundum maius nocumentum.* R'. Si est praevisum, vel intentum in se, vel in causa, sic: si pure casuale est, et non fuit negligentia, non; quando est praevisum, et non intentum aggravat indirecte.

9. *An peccatum sit gravius ratione personae, in quam peccatur.* R'. Sic, quia talis persona est quodammodo obiectum; et quaecunque conditio personae, vel est ex parte Dei, ut si sit sacratior; vel est ratione sui, ut si sibi sit conium-

cta in natura, vel beneficio, vel ex parte proximi, cum peccatum plures attingit, et sic peccatum in Regem est gravius.

10. *An magnitudo personae peccantis aggravet peccatum.* R'. Sic, ob ingratitudinem, quia acceperunt maiora beneficia, et propter exemplum et scandalum.

* Peccatum ex subreptione, et infirmitate naturae minus imputatur bonis, quia cum vitari omnino non possit, tum statim reprimunt, et minus negligunt.

74. De subiecto peccatorum.

1. *An voluntas sit subiectum peccati.* R'. Sic, quia peccata sunt actus immanentes in suo principio, idest voluntate.

2. *An sola voluntas sit subiectum peccati.* R'. Non, sed omnes potentiae, quae moventur a voluntate, sicut sunt subiecta virtutum, quia contraria remanent circa idem.

* Potentiae respectu rationis sunt quasi liberae, quia aguntur, et agunt; sed organa sunt veluti servi, et habent transeuntes actiones, et non est par ratio.

3. *An in sensualitate possit esse peccatum.* R'. Sic, ut eius actus movetur a voluntate.

4. *An in sensualitate possit esse peccatum mortale.* R'. Non, quia in ea non potest esse deordinatio, quae tollat vitam spiritualem, quia ad talem finem non ordinatur, sed in sola voluntate et ratione.

* Actus sensualitatis, quod concurrat ad peccatum mortale, habet a ratione, sicut et actus virtutis. Item peccatum veniale disponit ad mortale, ut bona imaginatio ad scientiam.

5. *An peccatum possit esse in ratione.* R'. Sic, quia potest habere actum voluntarium inordinatum, et dicitur motus rationis voluntarius.

6. *An peccatum morosae delectationis sit in ratione.* R'. Sic, quia tunc deficit in dirigendis passionibus. Item ratio non solum habet proprium actum illicitum circa proprium obiectum, sed etiam circa directionem obiectorum aliarum potentiarum. Item delectatio dicitur morosa non ex tempore, sed ex eo, quod ratio deliberans circa eam moratur, nec repellit, cum debeat.

7. *An peccatum consensus in actum sit in ratione superiore.* R'. Sic, quia ratio, ut supremus iudex, fert ultimam sententiam. Ad rationem inferiorem pertinet iudicium praeambulum, quod est de delectatione.

8. *An consensus in delectationem sit peccatum mortale.* R'. Sponte delectari de operatione ipsa, ex qua sequitur delectatio, non est mortale, sed vel veniale, vel nullum, sed consensus in delectationem, quae habet pro obiecto non operationem, sed rem ipsam, quae est obiectum, tunc si res est mortalis, delectatio voluntaria est mortalis, si venialis, venialis.

* Sicut actus organorum sunt peccatum mortale, quando avertunt se a regula aeterna. Item nisi excuset imperfectio actus.

9. *An in superiori ratione possit esse peccatum veniale, ut est directiva inferiorum virium.* R'. Sic, quia potest consentire in actum, qui sit peccatum veniale.

10. *An in ratione superiori possit esse peccatum veniale secundum se ipsum.* R'. Sic, quia per in-

tuitum potest habere inordinatum motum subitum, ut infidelitatis, quia non est plena deliberatio. Item ex imperfectione actus, vel per subitum motum.

75. *De causis peccatorum in generali.*

1. *An peccatum habeat causam.* R'. Ex parte actus sic, sicut quilibet alius actus; ex parte inordinationis habet causam, ut privatio, vel negatio, quae vel est negatio causae, ut absentia Solis est causa tenebrarum, vel per accidens ut ad calefactionem sequitur frigus, idest malum habet causam deficientem, vel agentem per accidens.

*Peccatum est actus sub privatione, et non sola privatio, et causa peccati est bonum cum defectu.

2. *An peccatum habeat causam interiorem.* R'. Sic, idest voluntatem, et rationem, causa remota peccati est appetitus sensitivus qui movet sensus, et isti interdum trahunt rationem et voluntatem.

3. *An peccatum habeat causam exteriorem.* R'. Sic, ut Daemon, et homo persuadendo, et bona externa, quae movent rationem, voluntatem, vel appetitum. Item nihil exterius potest movere voluntatem immediate, sed appetitum, vel rationem, ut apparens bonum et voluntas semper est libera.

4. *An peccatum sit causa peccati.* R'. Potest esse primo, ut removens prohibens, idest gratiam, per accidens. Secundo per se, quia per unum ad aliud disponitur, et fit habitus. Tertio ut materiam praebens, ut avaritia litigio. Quarto ut finis, ut cum fit furtum propter fornica-

tionem: et sic est forma. Item non omnis causa peccati est peccatum.

76. *De causis peccati in specialt.*

1. *An ignorantia possit esse causa peccati.* R'. Non per se, quia est non ens, sed per accidens, ut removens prohibens, idest scientiam. Ignorantia, qua ablata adhuc esset peccatum, non est causa peccati, sed comes. Item voluntas fertur in id quod est secundum quid ignotum et notum.

2. *An ignorantia sit peccatum.* R'. Sic eorum quae homo tenetur et potest scire. Item quilibet ten tur scire ea, sine quibus officium exerceri non potest, et si ex negligentia, est peccatum omissionis. Item omnes universaliter scire tenentur principia fidei, et universalia praecepta legis ad bene vivendum, et ea quae sunt sui officii in artibus. Item ignorantia eorum, quae quis potest scire, sed non tenetur, non est peccatum. Item invincibilis non est peccatum, quia non voluntaria, nec in potestate.

3. *An ignorantia excuset ex toto a peccato.* R'. Antecedens, quae est causa actus excusat, quia facit involuntarium, idest si sciret, non faceret. Concomitans quae non est causa actus non excusat, quia non facit involuntarium, sed non volentem, idest si sciret, faceret. Ignorantia consequens, idest noluit, vel neglexit scire, non excusat quia est volita. Item antecedens aliquando excusat in parte et non in toto, idest quando potuit scire aliquas circumstantias, et sic remanet de voluntario, et peccatum non erit per accidens.

4. *An ignorantia minuat peccatum.* R'. Tantum minuit de peccato, quantum minuit de voluntario; quod si omnino minuit, omnino tollit.

77. *De causa peccati ex parte appetitus sensitivi.*

1. *An voluntas moveatur a passione appetitus sensitivi.* R'. Non directe, quia materiale non agit directe in immateriale, sed indirecte secundum abstractionem, quia passio sensus intensa minuit vim voluntatis, et attentio animae applicata uni operationi, idest sensus, impedit aliam. Item etiam ex parte obiecti, idest boni, idest quando cognoscitur obiectum sensus, ut bonum.

2. *An ratio possit superari a passione contra suam scientiam.* R'. Voluntas non potest velle malum, nisi ex errore, vel ignorantia intellectus. Item potest scire universale, idest non esse fornicandum, sed ignorare particulare, hanc esse fornicationem. Item potest scire in habitu, sed non in actu, et sic potest facere contra scientiam, quae in actu non consideratur. Item si voluntarie est peccatum, etc.

3. *An peccatum ex passione debeat dici ex infirmitate.* R'. Sic, quia deordinat partes rationis, ut partes corporis inordinatae faciunt corpus infirmum.

4. *An amor sui sit principium omnis peccati.* R'. Inordinatus sic, quia vult sibi bonum commutabile, in cuius appetitu est peccatum.

5. *An bene ponantur causae peccatorum, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitae.* R'. Sic, quia dicunt inordinatum appetitum bonorum, et ad haec tria possunt reduci omnes animae passiones (Vide).

6. *An peccatum allevietur propter passionem.* R. Quando minuit voluntarium sic, ut passio antecedens, quae impellit voluntatem; sed consequens, non, sed magis auget peccatum, seu est signum magnitudinis.

* Passio est causa peccati ex parte conversionis, non aversionis.

7. *An passio totaliter excuset a peccato.* R. Si facit actum omnino involuntarium, sic, secus, non (vide ibi.)

8. *An peccatum quod est ex passione possit esse mortale.* R. Sic, si non occurrat, cum possit et tenetur; non sic primus motus, vel dementia.

78. *De causa peccati, quae est malitia.*

1. *An aliquis peccet ex certa malitia.* R. Sic, quando ex industria sine passione anteponit bonum temporale spirituali.

* Peccans, si fieri possit, Deum nollet offendere, sed duobus propositis, magis vult fornicari, quam Deum non offendere.

2. *An qui peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.* R. Habens habitum malum, potest peccare non ex habitu; imo potest facere actum virtutis, potest operari ex passione, vel ignorantia, idest non uti habitu; sed si ex habitu et electione peccat, dicitur ex malitia peccare. Item habitus convertitur in naturam; quod convenit ex habitu, et fit diligibile contra bonum, et sic ex malitia.

3. *An qui peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.* R. Non semper, quia sine habitu malo potest eligere malum ex certa malitia.

4. *An qui peccat ex certa malitia, gravius pec-*

cet. R'. Sic, quia magis voluntarie et diuturnius si ex habitu.

79. *De causis exterioribus peccati.*

1. *An Deus sit causa peccati.* R'. Non, nullo modo, quia Deus inclinat ad se ultimum finem omnia, nec indirecte, quia non debet impedire.

* Et quatenus non prohibet, dicitur tradere in reprobum sensum, vel permissive.

2. *An actus peccati sit a Deo.* R'. Sic, quia est motus liberi arbitrii, et Deus est causa omnium motuum, ut sunt ens; sed defectus peccati, idest privatio, non est a Deo, sed a libero arbitrio, ut a causa deficiente, ut claudicatio est a tibia curva, non a virtute motiva.

* Peccatum, seu actus peccati dicitur non res, idest non res simpliciter, uti est substantia. Item peccatum reducitur ad liberum arbitrium, ut est actus, et ut est defectus, licet ipsum non intendat, sed Deus ita est causa actus, ut non sit causa peccati. Item species sumitur a positivo, circa quod est defectus, per accidens a defectu.

3. *An Deus sit causa obcaecationis et obdurationis.* R'. Obcaecatio, ut dicit motum animae inhaerentis in peccato non est a Deo, quia est peccatum; ut dicit subtractionem gratiae, qua cor emollitur, et mens illuminatur, est a Deo, non solum quia est obstaculum, idest peccatum, sicut sol per radios non illuminat ubi est corpus, sed etiam quia Deus est causa subtractionis gratiae, non dans illam ex sua sapientia vel voluntate cum sit liber.

* Obduratio est poena vel culpa. Diabolus obcaecat ut inducit ad culpam.

4. *An obduratio et obcaecatio semper ordinentur ad salutem eius, qui excaecatur, vel obduratur.* R. Ex se ad damnationem, quia sunt praeambula ad peccatum, et sunt effectus reprobationis; sed ex divina misericordia ad salutem, idest ut homo se cognoscat, vel in bonum aliorum, et sic mala poenae, quae Deus facit, semper ordinantur in bonum, saltem aliorum; nam mala culpae non sunt facienda ob bonum.

80. *De causa peccati ex parte Diaboli.*

1. *An Diabolus sit causa peccati directe hominis.* R. Non, quia non movet voluntatem directe ad agendum; sicut ipsamet se et Deus illam. Idem obiectum movens, vel illud proponens, vel suadens indirecte movet, non directe.

2. *An Diabolus possit inducere ad peccandum, interius instigando.* R. Non movet intellectum, neque voluntatem, ut dixi, sed phantasmata, et sensum, et per haec indirecte inducit interius. Item impressas species ordinat et deordinat per motum localem.

3. *An Diabolus possit necessitare ad peccandum.* R. Non, sed semper possumus resistere, licet possit ligare potentiam ad actum.

4. *An omnia peccata hominum sint ex suggestione Diaboli.* R. Occasionaliter, et indirecte sic in Adam, sed non in nobis.

81. *De causa peccati ex parte hominis.*

1. *An primum peccatum primi parentis traduatur per originem in posteros.* R. Sic, est de fide non ex traduce, idest ex semine infecto, ex quo oriatur anima, neque ex eo quod defe-

ctus seminis traducantur in prolem, sed est inordinatio voluntaria voluntate Adam moventis per generationem omnes, qui sunt veluti membra eius, sicut voluntas movet omnia membra.

2. *An alia peccata Adam, vel proximorum parentum traducantur in posteros.* R'. Non, quia pertinent ad individuum et non ad speciem, seu naturam, ut peccatum originale, in qua origine communicarunt filii; ideo puniuntur.

3. *An peccatum primi parentis transeat per originem in omnes homines.* R'. Sic, est de fide, non tamen in Christo.

* Probabilius est, quod in iudicio omnes morientur, et si non morientur, Deus auferet ab eis poenam debitam pro reatu mortis.

4. *An si aliquis ex humana carne miraculose formaretur, contraheret peccatum originale.* R'. Non, quia non in Adam per semen.

5. *An si Adam non peccasset, sed Eva, filii contraherent peccatum originale.* R'. Non, quia Eva est principium passivum generationis.

82. *De originali peccato quantum ad suam essentiam.*

1. *An peccatum originale sit habitus.* R'. Non est habitus inclinans potentiam ad agendum quasi acquisitus ex actibus, sed est habitus, idest dispositio naturae secundum quam male, vel bene se habet, ut infirmitas, et languor in corpore, quia non est pura privatio, sed inordinatio partium animae, et sic dicitur languor naturae, unde non est habitus acquisitus, vel infusus.

2. *An in uno homine sint multa originalia peccata.* R'. Non, sed unum numero, sicut in omnibus hominibus est unum specie, ecce qui tol-

lit peccatum mundi, idest peccatum originale.

3. *An peccatum originale sit concupiscentia.* R'. Formaliter non, quia concupiscentia, seu inordinatio virium animae ad commutabile bonum, est veluti materiale peccati originalis; reatus eius, et formale est defectus originalis iustitiae.

4. *An peccatum originale sit aequaliter in omnibus.* R'. Sic, quia privatio iustitiae originalis non suscipit magis vel minus, sicut nec relatio ad Adam.

83. *De subiecto peccati originalis.*

1. *An peccatum originale sit magis in carne, quam in anima.* R'. Ut in prima causa est in Adam, ut in causa instrumentali est in semine corporali, non in carne; ut in subiecto, quia caro non est capax culpae, nisi ratione poenae, est in anima.

* Animae infusio, ut dicit ordinem ad Deum, non est causa peccati, sicut nec Deus, sed in ordine ad carnem cui infunditur sic. Item melius est ut sit in corpore corrupto, quam non esse, maxime cum possit per gratiam mundari.

2. *An peccatum originale sit per prius in essentia animae, quam in potentiis.* R'. In essentia animae, quia est peccatum naturale, sicut iustitia erat in anima.

3. *An peccatum originale per prius inficiat voluntatem, quam alias potentias.* R'. Sic, quia ipsa primo est inclinata ad peccandum.

4. *An potentiae dictae, idest intellectus et voluntas sint magis infectae, quam aliae.* R'. Non, sed generativa, concupiscibilis et tactus, quia originale transfertur per generationem, cui inserviunt illae tres potentiae.

81. De causa peccati, prout unum peccatum est causa alterius.

1. *An cupiditas sit radix omnium peccatorum.* Ꝛ. Sic, licet sit speciale peccatum, idest ut est inordinatus appetitus divitiarum, quia per divitias habetur facultas perpetrandi quodcumque peccatum, quia pecuniae obediunt omnia, idest, omnia bona commutabilia.

2. *An superbia sit initium omnis peccati.* Ꝛ. Superbia, idest appetitus inordinatus propriae excellentiae, est peccatum speciale, sed ut actualis contemptus Dei, idest non subdi eius praeceptis, est generale. Item ut peccatum speciale est finis hominis, et sic initium omnis peccati, qui quaerit propriam excellentiam, sicut avaritia in executione, quae praestat omnem commoditatem.

3. *An praeter superbiam et avaritiam sint alia peccata specialia quae dicantur capitalia.* Ꝛ. Sic metaphorice, quia sunt directiva aliorum, quae habent originem proximam ab illis.

4. *An peccata capitalia sint septem.* Ꝛ. Sic, ex quibus alia aliquo modo pendent (vide ibi); quia tot sunt rationes primariae causae finalis movendi appetitum.

85. De effectibus peccati.

1. *An peccatum minuat bonum naturae.* Ꝛ. Sic, quod est inclinatio ad virtutem, sed non bona naturalia naturae.

2. *An totum bonum naturae possit auferri per peccatum.* Ꝛ. Non, quia malum culpae est in bono naturae, nec peccator esset homo rationalis.

* Diminutio per peccatum fit non ex parte naturae, sed termini, idest quia ponit impedi-

mentum ad finem; et non fit per partes proportionales, quoniam sequens peccatum potest esse maius praecedente.

3. *An convenienter ponantur vulnera naturae facta a peccato, ut infirmitas, ignorantia, malitia, et concupiscentia.* R'. Sic, quia sublata es iustitia originalis, quae fortificabat vires animae, idest intellectum, voluntatem, irascibilem concupiscibilem.

4. *An privatio modi, speciei, et ordinis sit effectus peccati.* R'. Sic, secundum diversos gradus bonorum.

5. *An mors, et alii corporales defectus sint effectus peccati.* R'. Peccatum Adae in natura humana fuit causa horum, et tanquam removens prohibens, idest iustitiam. Item peccatum actuale ex se non causat hos effectus, quia privat gratia, quae non datur ad cohibendum defectus corporales, ut iustitia originalis.

6. *An mors et alii defectus sint naturales hominis.* R'. Secundum causas universales, idest Deum, et coelum, quae intendunt conservationem, sic; sed secundum esse particulare, non. Item anima est incorruptibilis, homo non: et sic mors, et corruptio sunt naturales corpori, non animae.

86. *De macula peccati.*

1. *An peccatum causet aliquam maculam in anima.* R'. Sic, quia tollit nitorem, idest gratiam et metaphorice maculat.

*Macula non est quid positivum, sed privatio nitoris animae in ordine ad causam, idest, peccatum; et ideo diversa peccata diversas maculas inducunt, sicut umbra quae est varia pro

diversitate corporum. Item anima se inficit inhaerendo in rebus, non contra.

2. *An macula maneat in anima post actum peccati.* ℟. Sic, quia remanet ablatio nitoris animae.

87. *De reatu poenae.*

1. *An reatus poenae sit effectus peccati.* ℟. Sic, et peccans triplicem poenam incurrit. Primam a seipso per remorsum conscientiae; secundam a lege humana; tertiam a Deo, quia facit contra triplicem ordinem in se, principem, et Deum.

* Reatus est directe effectus peccati, quod facit hominem reum poenae; sed poena non est effectus peccati directe, sed dispositive, quia effective est a Deo, vel ab homine.

2. *An peccatum possit esse poena peccati.* ℟. Per se non, quia peccatum est voluntarium, et poena est contra voluntatem; sed per accidens sic, quia removet gratiam, quae prohibet passiones inclinantes ad peccatum, et subtractio gratiae fit a Deo tanquam poena. Item est poena ut ira, invidia, vel in effectu, ut in pudore, ignominia, et sic etiam peccatum est poena sui.

3. *An aliquod peccatum inducat reatum aeternae poenae.* ℟. Sic, idest mortale, quia aufert charitatem, et ultimum finem.

* Poena non est adaequanda culpae secundum durationem, sed secundum acerbitatem, sed peccator ponens finem in peccato habet voluntatem peccandi in aeternum, ideo patitur in aeternum. Item poena non est semper medicinalis illi, cui infligitur, sed aliis; et sic poena aeterna potest dici medicinalis.

4. *An peccato debeatur poena infinita secundum*

quantitatem. R'. Ratione aversionis quae est poena damni, seu amissio infiniti boni sic; ex parte conversionis peccato mortali respondet poena sensus, quae est finita, sicut conversio erat finita.

* Peccator non debet redigi in nihilum, quia poena, quae est secundum iustitiam Dei, non esset perpetua, et macula est perpetua.

5. *An omne peccatum inducat reatum poenae aeternae*. R'. Non, sed mortale, quod contrariatur ultimo fini, sed veniale circa media.

* Peccato originali non debetur poena aeterna ratione gravitatis, sed ex conditione hominis, qui invenitur sine gratia. Idem dic de peccato veniali in infinitum punito.

6. *An reatus remaneat post peccatum*. R'. Cessante actu peccati, sic, donec compensetur. Item poena manens remissa culpa non est proprie poena, sed dicitur poena satisfactoria, quia est voluntaria simpliciter, licet secundum quid sit involuntaria, sed poena est involuntaria.

7. *An omnis poena sit propter aliquam culpam*. R'. Poena propria sic, sed poena, quam homo patitur propter bonum, non est proprie poena, sed medicina, ut potio amara propter sanitatem. Item poena satisfactoria non est proprie poena, quia quodam modo est voluntaria, nec semper est pro culpa sua, ut Christus qui pro aliis passus est.

8. *An aliquis puniatur pro peccato alterius*. R'. Satisfactorie sic, ut sunt quasi unum, sed poena propria, non, quia peccatum est personale, sed poena medicinali sic, ut pater in filio, rex in Regno. Item in bonis spiritualibus, non.

88. *De peccato veniali et mortali.*

1. *An peccatum veniale convenienter dividatur contra mortale.* R'. Proprie non, sed tantum metaphorice, quia mortale pro morte animae sumptum tollit principium intrinsecum spiritualis vitae, sed veniale, non, quia deordinat circa media, et potest reparari ex fine.

* Peccatum de mortali, et veniali dicitur analogice, ut ens de substantia, et accidente secundum rationem imperfectam, quia non est contra legem, sed praeter. Item peccans venialiter convertitur ad bonum utendo, non fruendo, quia non constituit finem in eo.

2. *An peccatum mortale, et veniale differant genere.* R'. Non loquimur de veniali ex eventu, vel quod ex causa habet unde veniam consequatur, sed de veniali totaliter, vel ex genere suo quod non tollit ordinem ad ultimum finem; et sic distinguitur genere a mortali, idest ex obiecto, quod non repugnat charitati, ut verbum otiosum, sed mortale ex genere suo, seu ex obiecto repugnat. Item veniale ex genere suo fit mortale ex parte operantis, vel quia in eo ponit finem ultimum, vel quia ordinat id ad mortale, ut verbum otiosum ad fornicationem. Item mortale ex genere, ex parte agentis fit veniale, quando actus est imperfectus, et non plene deliberatus.

3. *An peccatum veniale sit dispositio ad mortale.* R'. Non directe, quia non sunt in eodem genere, vel specie, sed indirecte ex quadam consequentia, ut ex parte agentis, v. g. quando per veniale ita crescit libido peccandi, ut peccans ponat ultimum finem, in veniali, vel di-

sponendo, ut eligat mortale ex genere indirecte, removendo prohibens.

4. *An peccatum veniale possit fieri mortale.* R'. Ita ut sit idem actus, non, quia differunt in infinitum, et manente actu in voluntate non mutatur actus, sed potest fieri mortale dupliciter. Primo in veniali si constituatur ultimus finis. Secundo si veniale referatur ad mortale. Item multa peccata venialia non possunt integraliter facere unum mortale, nisi dispositive, ut supra dixi.

* Morbus corporis non est actus, sed dispositio manens, et fit mortalis; non sic peccatum veniale.

5. *An circumstantia possit facere de veniali, mortale.* R'. Dum circumstantia est accidens actus, veniale non facit mortale; sed si cessat esse circumstantia, et fiat differentia specifica, seu induat rationem obiecti, tunc facit mortale.

* Diuturnitas, et frequentia non sunt circumstantiae trahentes in aliam speciem nisi per accidens, ut ratione contemptus vel scandali. Item ebrietas ex suo genere est mortale, quia sine necessitate privat usu rationis, sed est veniale ex ignorantia et infirmitate, sed si adsit frequentia, ignorantia non excusat. Item delectatio morosa est mortale ex se in his, quae sunt mortalia, sed fit veniale ex imperfectione actus. Item dicitur ira diuturna, vel delectatio morosa propter approbationem rationis deliberantis. Item circumstantia non facit de bono malum, nisi constituat speciem peccati.

6. *An peccatum mortale possit fieri veniale.* R'.

Non ex eo, quod additur deformitas venialis, ut fornicatio non fit imperfecta, si fiat propter verbum otiosum; nam perfectum per additionem imperfecti, non fit imperfectum, sed magis augetur, sic mortale per veniale. Item mortale ex genere fit veniale ex imperfectione actus, idest deliberationis a qua sumitur species actus mortalis. Item ex se mala nullo bono fine fiunt bona, ut homicidium innocentis, nam qui iuste occidit latronem non est homicida.

89. *De peccato veniali secundum se.*

1. *An peccatum veniale causet maculam in anima.* R'. Proprie non, quia cum non tollat charitatem, non aufert nitorem habitualem animae: macula enim est detrimentum nitoris habitualis permanentis, sed aufert actualem et exteriorem nitorem, et sic causat maculam: ut in corpore est duplex nitor, alter naturalis ex dispositione membrorum, alter ex superveniente claritate.

* Item veniale tollit nitorem, et maculat dispositive.

2. *An convenienter peccatum veniale designetur per lignum, foenum et stipulam.* R'. Sic, quia haec possunt comburi aedificio remanente, ita pro venialibus homo patitur ignem tribulationis, et salvatur.

3. *An homo in statu innocentiae potuerit peccare venialiter.* R'. Non poterat venialiter antequam peccaret mortaliter, quia nil ibi poenale erat.

4. *An Angelus sive bonus, sive malus possit peccare venialiter.* R'. Non, quia maior perfectio est Angeli, quam hominis; sed homo in primo statu

non poterat peccare venialiter; ergo nec Angelus poterat deordinare in mediis, quia mens Angeli non est discursiva, et simul videt finem, et ea quae sunt ad finem, et sic deordinat a fine, et non a mediis tantum. Item omnes actus Daemonum sunt peccata, sicut bonorum sunt actus charitatis, non loquor de appetitu naturali boni. Item Daemon incitat ad veniale, ut trahat ad mortale, et sic semper peccat mortaliter propter intentionem finis.

5. *An primi motus sensualitatis in infidelibus sint peccata mortalia.* R'. Non, sicut nec fidelium, immo in homine fideli est maius peccatum propter gratiae sacramenta.

6. *An peccatum veniale possit esse in aliquo cum solo peccato originali.* R'. Non, quia non esset locus ubi puniretur poena sensus, quia non in Limbo, non in Inferno. Item homo in principio usus rationis si se primum non ordinat ad Deum ultimum finem, peccat mortaliter; id si faciet, liberabitur ab originali peccato.

90. *De legibus.*

1. *An lex sit aliquid rationis.* R'. Sic, quia imperat et prohibet. Item lex est regula, sed ratio est mensura actuum hominis, ergo, etc. Item lex dicitur a ligando, quia obligat, et sic est aliquid rationis. Lex est in ratione, ut in regulante; in omnibus quae inclinantur ad aliquid ex aliqua lege.

2. *An lex semper ordinetur ad bonum commune.* R'. Maxime et principaliter sic, omnis pars regulata ordinatur ad totum. Item praeceptum de particulari opere non est lex, nisi ordinetur

in bonum commune. Item praeceptum dicit applicationem legis ad ea, quae lege ordinantur.

3. *An ratio cuiuslibet sit factiva legis.* ℟. Non, quia lex est constitutio populi, et hanc ferre pertinet ad totam multitudinem, vel ad Principem.

* Quisque est sibi lex, prout participat ordinem alicuius regulantis, et sic lex est in nobis, ut in regulato, qui gubernat domum potest facere statuta, sed non legem, quia haec est civitatis.

4. *An promulgatio sit de ratione legis.* ℟. Sic, ut habeat vim legis, quia mensura imponitur cum applicatur mensurato, lex autem est mensura.

* Lex naturae promulgatur cum Deus eam inserit mentibus hominum naturaliter cognoscendam. Item qui habere potuerunt notitiam legis publicatae obligantur, licet coram eis non sit facta publicatio: lex a legendo dicitur.

91. *De legum diversitate.*

1. *An sit aliqua lex aeterna.* ℟. Sic, et est ratio gubernationis rerum in Deo tanquam in Principe, et est aeterna gubernans omnia, quae licet non sint in se ipsis, tamen sunt in Deo cognita, et praeordinata, et promulgatio huius legis est aeterna ex parte divini verbi et libri vitae, non ex parte creaturae audientis, cuius finis est ipse Deus.

2. *An in nobis sit aliqua lex naturalis.* ℟. Sic, et est participatio legis aeternae, a qua omnia regulantur ad proprium finem, sed creatura rationalis excellentiori modo, quatenus est providens sibi et aliis, in qua lex naturalis est participatio legis divinae.

3. *An sit aliqua lex humana.* ℟. Sic, et est quoddam dictamen rationis practicae, idest ex praeceptis legis naturae, quasi ex principiis ratio procedit ad alia particulariter disponenda sicut ex principiis speculativis naturaliter cognitis producuntur conclusiones necessariorum, quia ratio humana participat rationem aeternam secundum quaedam communia tantum, et mox ex his deducit. Item leges humanae non sunt infallibiles, quia sunt circa contingentia, circa quae versatur ratio practica, nec omnis mensura debet esse infallibilis.

4. *An fuerit necessarium esse aliquam legem divinam.* ℟. Sic, primo ob finem supranaturalem; secundo ob incertitudinem humani iudicii maxime in contingentibus; tertio, ut perficiatur homo in actibus interioribus; quarto lex humana non potest punire, vel auferre omne malum; ideo fuit lex divina, ne aliquod malum impunitum remaneret.

5. *An lex divina sit una tantum.* ℟. Est duplex, vetus, et nova; sicut duplex Sacerdotium, leviticum, et Christi: quae duae leges non differunt specie, sed ut imperfectum et perfectum, ut puer et adultus. Illa vetus ordinatur ad bonum sensibile, haec ad intelligibile coeleste. Illa exteriores, haec interiores etiam actus regit, illa timoris, haec amoris.

6. *An sit aliqua lex fomitis.* ℟. Sic, quia homo recessit a lege Dei, incidit in legem brutorum, idest fomitis, quare lex fomitis in homine potius est deviatio a vera lege, sicut in brutis fit lex simpliciter.

92. *De effectibus legis.*

1. *An effectus legis sit facere homines bonos.* R̸. Sic, vel simpliciter, vel secundum quid, quia inducit ad virtutem.

2. *An legis actus convenienter assignentur.* R̸. Sic, et sunt imperare, vetare, permittere, punire.

93. *De lege aeterna.*

1. *An lex aeterna sit summa ratio in Deo existens.* R̸. Sic, est enim ratio divinae sapientiae, ut est directiva omnium actuum, et motionum, sicut ratio divinae sapientiae creando res habet rationem artis, vel exemplaris, vel ideae, sic, etc.

* Rationes ideales in Deo, quia respiciunt naturas particulares, sunt plures, sed ratio, quae est lex aeterna est una, quia ordinatur ad unum bonum commune. Item lex aeterna, licet exprimatur verbo divino, non tamen est attributum personale, quia est ipsa ratio divina.

2. *An lex aeterna sit omnibus nota.* R̸. Secundum quod in se est, non, nisi Deo, et beatis, qui vident Dei essentiam; sed omnis creatura rationalis cognoscit eam secundum quandam irradiationem in cognitione alicuius veritatis in effectu.

3. *An omnis lex derivetur a lege aeterna.* R̸. In quantum participat de ratione recta sic. Sap. 8.: Per me Reges regnant, et legum conditores iusta decernunt.

* Fomes ut est poena, derivatur a lege divina, ut contrariatur legi Dei non est lex, sicut lex humana iniusta. Item lex permissiva non approbat illa quae permittit, sed dirigere non

potest, et sic non perfecte assequitur legem aeternam.

4. *An necessaria et aeterna subiiciantur legi aeternae.* ℟. Omnia creata sic, sed essentia divina, non, quia est ipsa lex.

5. *An naturalia contingentia subsint legi aeternae.* ℟. Sic, quia omnia subsunt legi aeternae, quia Deus omnibus rebus imprimit principium suorum actuum, sicut homo homini dat legem eam denuntiando; sed naturae irrationales subduntur legi aeternae, quia moventur a divina providentia, sed non per intellectum, sed homo sic, idest per intellectum et voluntatem. Item homo non imponit legem irrationabilibus, quia non aguntur a se per actum, sed aguntur a Deo, sed aliis hominibus sic: Deus enim omni creaturae imponit legem, quia a Deo aguntur.

6. *An omnes res humanae subiiciantur legi aeternae.* ℟. Sic, non solum per modum actionis et passionis, per modum interioris principii motivi, sicut moventur irrationabilia, sed etiam per modum cognitionis, quia homo habet rationem aeternae legis, et est inclinatus ad id, quod est consonum huic legi. Item uterque modus est imperfectus, sed in malis est depravatus per vitia, in bonis est perfectior propter fidem et virtutes.

* Iusti non sunt sub lege, quia non timore, sed amore eam servant, et quia illorum opera sunt magis Spiritus sancti.

94. *De lege naturali.*

1. *An lex naturalis sit habitus.* ℟. Proprie non, quia in parvulis et damnatis nihil agitur

per legem naturalem, sed improprie, ut quando habitu, et non actu tenetur, vel considerantur praecepta legis naturae, ut dicitur fides id quod fide tenetur.

2. *An lex naturalis contineat plura, vel unum praeceptum tantum.* Ꝛ. Sunt plura, ut prima principia in speculativis respectu rationis practicae. Primum principium rationis practicae quae ordinat ad opus, est bonum, quod omnia appetunt. Item primum super quo fundantur omnia praecepta legis naturae est hoc: bonum est faciendum, malum fugiendum. Item inest homini primo inclinatio ad bonum secundum naturam, qua convenit cum omnibus substantiis, ut conservare substantiam, et contraria fugere. Secundo inest inclinatio specialis homini, ut convenit cum animalibus, ut generatio, educatio filiorum. Tertio inest homini inclinatio secundum naturam rationis ad cognoscendum veritatem de Deo, et ad societatem, sic quod ignorantiam fugiat, neminem laedat.

* Sed omnia praecepta habent rationem unius legis naturae, vel referuntur ad unum primum praeceptum.

3. *An omnes actus virtutum sint de lege naturae.* Ꝛ. Sic, quia homo naturaliter inclinatur ad hos actus, quia inclinatur secundum formam quae est ratio, quod est agere secundum virtutem

4. *An lex naturae sit una apud omnes.* Ꝛ. In principio universali sic, sed quo magis descenditur ad particulares conclusiones, magis erratur.

* Ius naturale dicitur quod est in lege, et Evangelio, quia plenarie ibi traditur, non quod

omnia, quae ibi habentur sint de iure naturae. Item apud omnes hoc est rectum, ut secundum rationem hominis inclinationes dirigantur.

5. *An lex naturae possit mutari.* Ꝛ. Non per modum subtractionis, ut id, quod erat de lege naturae, non sit, sed potest addi aliquid utile per legem humanam et divinam.

* Ex mandato Dei licet occidere innocentem, furari, fornicari, quia est Dominus vitae et mortis, et omnium, et sic facere eius mandatum est debitum.

6. *An lex naturae possit aboleri a corde hominis.* Ꝛ. Quoad principia universalia communia non, sed in aliquo particulari operabili potest quando ratio impeditur a passione ne applicet commune principium ad particulare operabile. Item quantum ad praecepta secundaria potest deleri a corde, vel propter malas persuasiones, vel malas consuetudines.

95. *De lege humana.*

1. *An fuerit utile aliquas leges poni ab hominibus.* Ꝛ. Sic, imo necessarium, secus non possent consequi perfectionem suam, quae est in virtute, quae per disciplinam acquiritur, et haec per leges humanas retrahentes ab illicitis, ad quae homines sunt propensi.

* Melius est omnia legibus ordinare, quam relinquere arbitrio iudicis, quia pauci sapientes inveniuntur; et qui leges statuunt, cum iudicent de futuris, multum considerant quid agendum sit, et sine passione.

2. *An omnis lex humanitus posita derivetur a lege naturali.* Ꝛ. Sic, ut sit iusta et recta, idest

a ratione, et si discordet a lege naturae non est lex, sed legis corruptio, licet haec, vel illa poena imposita sit tantum a lege humana.

3. *An Isidorus convenienter describat qualitates legis positivae.* Ɽ. Sic, quia lex humana sumit formam a fine, qui est communis utilitas, et debet congruere legi divinae et naturali, et sic debet esse honesta, iusta, possibilis, loco et tempore conveniens, necessaria, et pro communi utilitate civium scripta.

4. *An Isidorus convenienter ponat divisionem humanarum legum.* Ɽ. Sic, nam lex humana si derivatur a lege naturae per modum conclusionis, sic oritur ius gentium, si per modum determinationis, sic oritur ius civile. Item, quia est propter bonum commune, dividitur secundum eos, qui dant operam bono communi, ut sunt sacerdotes, principes, milites, quibus dantur specialia iura. Item, quia statuuntur a gubernante communitatem, et sic sunt Regnum, Aristocratia, Oligarchia, Democratia et Tyrannis: hinc sunt constitutiones principum, Senatus consulta, Ius praetorium, et plebiscita, sed ex Tyrannide nulla lex. Item, quia dirigit humanos actus, hinc leges sunt de adulteriis, sicariis, etc.

96. *De potestate legis humanae.*

1. *An lex humana debeat poni in communi magis, quam in particulari.* Ɽ. In communi, idest debet respicere multas personas, negotia, et tempora, quia finis legis est bonum commune, ut successive duret.

2. *An pertineat ad legem humanam omnia vitia cohibere.* Ɽ. Non, sed graviora, a quibus

possibile est plures abstinere, et praesertim quae sunt contra societatem communem; et quia lex inducit ad virtutem, sed gradatim.

3. *An lex humana praecipiat actus omnium virtutum.* Rſ. Non, sed tantum eos, qui ordinantur ad bonum commune, quia ipsa ordinatur ad bonum commune.

4. *An lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientiae.* Rſ. Si sit iusta, sic, quia participat de lege aeterna. Item iusta lex est ex fine, idest bono communi, ex potestate ferentis, et ex forma, idest secundum aequalitatem proportionis subditis secundum bonum commune.

* Cum potestas sit a Deo, princeps obligat in conscientia, et sic lex Tyranni, vel contra Deum non valet.

5. *An omnes subiiciantur legi.* Rſ. Omnes qui subduntur potestati, sunt sub lege quantum ad vim directivam. Item homines iusti non sunt sub lege quoad vim coactivam, sed soli mali, quorum voluntas coërcetur. Item princeps non est sub lege, quoad coactivam, sed quoad directivam sic, propria tamen voluntate, cap. cum omnes de constitut.

6. *An homini qui est sub lege liceat praeter verba legis agere.* Rſ. In casu, in quo observatio legis esset damnosa communi saluti, tunc licet, quia magis est attendenda causa, quam verba, quia legislator non potest omnes casus intueri: et sic quando est nociva communitati non est servanda. Item si non est subitum periculum, non potest quilibet interpretari legem, sed recurrendum ad superiorem, qui di-

spenset; si non adest tempus, necessitas di spensat.

* Qui sequitur intentionem legislatoris, no interpretatur legem simpliciter. Item in dubi servet verba legis, vel eat ad superiorem. I tem legislator non potest omnes casus videre et si posset, non debet exprimere omnes, ol confusionem.

97. *De mutatione legum.*

1. *An lex humana debeat mutari aliquo modo.* R'. Potest mutari propter conditiones varia hominum.

2. *An lex humana sit semper mutanda, quando occurrit aliquid melius.* R'. Non quia noce communi saluti, cum pro observantia legun plurimum valeat consuetudo, nisi ex magna utilitate, vel necessitate.

3. *An consuetudo possit obtinere vim legis.* R' Sic, exponit, vel mutat leges, quia habet vim manifestandi rationem et voluntatem legislatoris, quia non solum verbo, sed facto monstratur voluntas hominis, praesertim si actus multiplicentur, praesertim, quia leges humanae deficiunt in aliquo casu: similiter si lex non est possibilis secundum consuetudinem patriae, praevalet consuetudo, secus, non. Item si populus sit liber, plus valet consuetudo populi, quam auctoritas principis, qui non habet potestatem, nisi a multitudine; si vero multitudo, seu populus non habet potestatem condendi leges, vel removendi positas, tunc consuetudo habet vim legis ex tolerantia principis, qui videtur probare consuetudinem.

4. *An rectores multitudinis possint in legibus*

umanis dispensare. R'. Sic, quia accidit ut lex ommunis non conveniat huic personae, vel in oc casu; vel quia impedit melius, vel indu- t malum; sed quando non est evidens, et su- itum malum, pertinet ad superiorem dispen- are: nam dispensatio importat commensura- onem alicuius communis ad singula: et sic qui miliam gubernat, tribuens unicuique neces- aria secundum mensuram, dicitur dispensator, t qui absque ratione dicta dispensat, non est delis gubernator.

* Dispensare prout requirit particularis con- itio alicuius, non est acceptatio personarum, ecus si eadem conditio sit in aliis. Item lex aturalis in praeceptis quae numquam fallun- ur non est dispensabilis; sed in aliis quae sunt eluti conclusiones, dispensatur.

98. *De lege veteri.*

1. *An lex vetus fuerit bona.* R'. Sic, quia erat onsona rationi prohibens peccata, sed erat im- perfecta, quia non perducebat ad finem, idest gloriam aeternam, quia non dabat gratiam ex e, quod est proprium Christi: et ideo ceremo- nialia legis, praecepta dicuntur non bona, quia non conferebant gratiam mundantem a pecca- is, imo pollui eos, idest pollutos ostendebat. Similiter dicitur occidisse occasionaliter, quia non dabat gratiam, qua implerentur, quae mandabat, hinc iugum grave.

2. *An lex vetus fuerit a Deo.* R'. Sic, quia or- dinabat ad Christum, testificans de eo, et di- sponens ad Christum retrahendo homines a fal- so idolorum cultu.

* Lex illa fuit reprobata, non quia mala, sed quia infirma et inutilis nunc, ut lex puerorum. Item licet illa lex non sufficeret ad salutem, tamen salvabantur per fidem in Christo, et sic Deus cum auxilio non deerat illis.

3. *An lex vetus fuerit data per Angelos.* R'. Sic, ut imperfecta, quae disponebat ad perfectam dandam per Christum.

* Qui loquebatur Moysi vocatur Deus, quia Deum referebat, et vocatur Angelus propter officium. Item dicitur Moyses facie ad faciem locutus secundum opinionem populi, qui ita putabat, vel quia erat eminens contemplatio.

4. *An lex vetus debuerit dari solis Iudaeis.* R'. Sic, quia Deus promisit Abrahae Christum ex mera gratia, non ex debito; decuit autem, ut populus, ex quo Christus erat nasciturus speciali sanctificatione polleret.

5. *An omnes homines obligaret.* R'. Non, exceptis praeceptis legis naturae, et non ex eo, quia erant in lege Moysi, sed quia erant in lege naturae.

6. *An lex vetus convenienter data fuerit tempore Moysis.* R'. Sic, quando populus idolatrabat, et post legem naturae, ut esset cognitio peccati.

99. *De praeceptis veteris legis.*

1. *An in lege veteri contineatur solum unum praeceptum.* R'. Non, sed multa, quia multa sunt necessaria ad unum finem.

2. *An lex vetus contineat praecepta moralia.* R'. Sic, quia debet facere hominem bonum in moralibus, ut sit similis et amicus Deo.

* Et dicitur litera occidere etiam quantum

ad moralia occasionaliter, quia non dat gratiam ad faciendum bonum praeceptum.

3. *An lex vetus contineat praecepta ceremonialia praeter moralia.* R'. Sic, idest quae pertinebant ad cultum Dei per actus exteriores.

4. *An praeter praecepta moralia et ceremonialia sint etiam praecepta iudicialia.* R'. Sic, ut determinetur iustitia servanda inter homines.

5. *An sint alia praecepta praeter illa, idest moralia, ceremonialia, et iudicialia.* R'. Non, et si quae sunt, erant pro illis.

6. *An lex vetus debuit inducere ad observantiam praeceptorum per comminationes et promissiones temporales.* R'. Sic, quia imperfecti erant.

100. *De praeceptis moralibus veteris legis.*

1. *An omnia praecepta moralia pertineant ad legem naturae.* R'. Sic, sed diversimode prout mores magis pendent a natura.

2. *An praecepta moralia legis sint de omnibus actibus virtutum.* R'. Sic, quia omnes actus virtutum pertinent ad mores erga homines et Deum.

3. *An omnia praecepta moralia legis antiquae reducantur ad decem praecepta Decalogi.* R'. Non formaliter sed reducuntur ad decem, velut principia naturaliter nota, ut nemini malefacere, vel ut conclusiones deductae per sapientes, et datae a Deo.

4. *An praecepta Decalogi convenienter distinguantur.* R'. Sic, idest tria ad Deum, et septem ad proximum.

* Concupiscentia est genus, et habet plures species, ideo dantur diversa praecepta de non concupiscendo.

5. *An praecepta Decalogi convenienter numerentur.* Ꝛ. Sic ad Deum et proximum (vide ibi).

6. *An convenienter ordinentur decem praecepta Decalogi.* Ꝛ. Sic (vide ibi).

7. *An convenienter tradantur.* Ꝛ. Sic (v. ib.)

8. *An praecepta Decalogi sint dispensabilia.* Ꝛ. Non, quia semper continent bonum commune, et ordinem iustitiae semper, nam dispensatio fit in casu, quando observatio legis esset contra mentem legislatoris, quod non accidit in praeceptis Decalogi.

9. *An modus virtutis cadat sub praecepto legis.* Ꝛ. Sic, idest ut sciens, volens, et firmiter; modus scientiae cadit sub lege tum divina, tum humana, unde ignorantia excusat, vel punitur in lege humana et divina, sed modus virtutis, idest ut volens, et eligens operetur, cadit solum sub praecepto divino, quia Deus solus praecipit in voluntate et electione, homo, de exteriori, sed ut firmiter, idest ex habitu operetur, non est sub aliquo praecepto.

10. *An modus charitatis cadat sub praecepto divinae legis.* Ꝛ. Sic, quando praecipitur a Deo, nec est praeceptum impossibile, quia homo potest se disponere ad habendam charitatem, cum qua potest operari, sed modus charitatis, ut est modus aliarum virtutum, non est sub praecepto, ut nemo tenetur ex charitate non iurare falsum, sed potest sine charitate servare alia praecepta, et non semper peccat.

11. *An convenienter distinguantur alia moralia praecepta legis praeter Decalogum.* Ꝛ. Sic, et sunt, ut conclusiones, non idololatra, blasphemus, etc.

12. *An praecepta moralia legis antiquae iustificarent.* R'. Non conferebant gratiam, sicut nec sacramenta, sed significabant, et disponebant.

101. *De praeceptis ceremonialibus secundum se.*

1. *An ratio horum erat pertinere ad cultum Dei.* R'. Sic, quia homo ordinatur ad Deum per debitum cultum, et ceremonialia determinant moralia in ordine ad Deum; quorum ratio est occulta, non dicuntur ceremonialia praecepta ex hoc.

2. *An praecepta ceremonialia sint figuralia.* R'. Sic, quia sunt umbrae; cultus exterior ordinatur ad interiorem. Item divina sunt repraesentanda secundum capacitatem hominum, id est figuris, secus contemnuntur, sicut poëtica figuris.

3. *An debuerint esse multa ceremonialia praecepta.* R'. Sic, ut mali arceantur, boni promoveantur. Item figurabant Christum, explicando multas perfectiones.

4. *An ceremoniae antiquae legis recte dividantur in sacrificium, sacramenta sacra et observantias.* R'. Sic, quia erant cultus, instrumenta, seu sacra, sanctificationes per sacramenta, et distinguebantur ab aliis per observantiam in cibis, vestibus.

* Sacrificia illa non erant sacramenta, quia continebant Christum in figura, sed sacramenta erant figurae futurae consecrationis.

102. *De ceremonialium praeceptorum causis.*

1. *An ceremonialia praecepta habeant causas.* R'. Sic, et rationabiles, ob quas Deus ordinavit illa in finem salutis.

2. *An praecepta ceremonialia habeant causam literalem, vel figuralem tantum.* R'. Utrumque, sicut et Historiae scripturae antiquae.

3. *An possit assignari conveniens ratio ceremoniarum, quae ad sacrificium pertinent.* R'. Sic, quia a Deo sunt bene ordinata.

4. *An possit assignari certa ratio ceremoniarum quae ad sacra pertinent.* R'. Sic, quia repraesentabant imaginem coelestium.

5. *An sacramentorum veteris legis possit esse conveniens causa.* R'. Sic, tum literalis, tum figuralis, quia a Deo ordinata. Item sacramenta erant ad quandam consecrationem vel populi, vel ministrorum ad Dei cultum, ut circumcisio in omnibus, et pro sacerdotibus consecratio. Item erat usus eorum quae pertinebant ad cultum Dei, et quoad omnes erat esus agni paschalis; quoad sacerdotes oblatio victimarum, et esus panis propositionis. Item remotio impedimentorum, pro populo erant purificationes et expiationes a peccatis, quoad sacerdotes erat ablutio manuum, pedum, rasio capillorum: sed de singulis, vide in D. Thom.

6. *An possit dari causa rationabilis observantiarum ceremonialium.* R'. Sic, quia erat pro cultu et figura Christianorum.

103. *De duratione praeceptorum ceremonialium.*

1. *An ceremoniae legis fuerint ante legem.* R'. Non, quia non fuissent legis, vel a legislatore

datae, sed si quae erant piis, privatis personis adhibitae, vel alicui privato, ut prophetis, forsan inspiratae a Deo.

* Circumcisio fuit instituta ante legem divino praecepto, sed in lege servata. Similiter sacerdotium erat ex humana determinatione, quod primogenitis tribueretur.

2. *An ceremoniae veteris legis haberent virtutem iustificandi tempore legis.* ℟. Non a culpa, sed ab immunditia corporali, seu carnis, solus Christus a peccato mundavit. Item in lege iustificabantur homines per fidem in Christo, in quem credebant, non quod illa sacramenta expiarent, nisi immunditias corporales. Item ceremoniae non mundabant lepram, sed tollebant immunditiam irregularitatis.

3. *An ceremoniae veteris legis cessaverint in adventu Christi.* ℟. Sic, quia erant figurae et novae factae sunt.

4. *An post passionem Christi legalia possint servari sine peccato mortali.* ℟. Non, quia esset protestari Christum non venisse, sed venturum, quod est peccatum mortale, licet eadem sit fides antiquorum, et nostra, sed illa de futuro.

* Ante promulgationem sufficientem fuerunt mortua, sed non mortifera secundum Augustinum, sed secundum Hieronymum statim post passionem.

104. *De praeceptis iudicialibus.*

1. *In quo consistat ratio horum praeceptorum.* ℟. Ut ordinent homines inter se, et habeant vim institutione divina. Nam praecepta, quae habent vim obligandi ex vi rationis, dicuntur

moralia, quae ex institutione in his, quae sunt ad cultum Dei, ceremonialia.

2. *An praecepta iudicialia aliquid figurent.* R'. Primo, et per se non, sed ad iustitiam, et aequitatem, ex consequenti sic, quatenus status illius populi, quem disponebant, figuralis erat.

3. *An praecepta iudicialia antiquae legis habeant perpetuam obligationem.* R'. Non, sed fuerunt evacuata per adventum Christi. Item qui statueret praecepta iudicialia in nova lege servanda non ex vi legis antiquae, non peccaret, quia non sunt contra fidem.

4. *An iudicialia veteris legis possint habere aliquam certam divisionem.* R'. Sic, quia in his est ordo iudicandi.

105. *De ratione iudicialium praeceptorum.*

1. *An convenienter lex vetus de principibus ordinaverit.* R'. Sic, quia omnes habebant partem in principatu.

2. *An convenienter fuerint tradita praecepta iudicialia quantum ad convictum popularium.* R'. Sic, quia de hoc speciali beneficio dicitur: Non fecit taliter omni nationi, et iudicia, etc.

3. *An iudicialia praecepta convenienter fuerint tradita quantum ad extraneos.* R'. Sic, Prover. 8: Recti sunt omnes sermones mei, non est in eis pravum quid, etc.

4. *An convenienter lex vetus dederit praecepta circa domesticas personas.* R'. Sic, Psal. 18.: Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.

106. *De lege Evangelica, quae dicitur lex nova secundum se.*

1. *An lex nova sit lex scripta.* R'. Principaliter est indita a Spiritu sancto in cordibus no-

stris; secundario est scripta, quia habet quaedam dispositiva ad gratiam Spiritus sancti, et ad usum eius, de quibus fideles verbo, et scripto instrui debuerunt circa credenda et agenda.

* Omnes, quibus lex gratiae fuit indita pertinent ad novum testamentum, et nullus habuit gratiam, nisi per fidem Christi explicttam, vel implicitam.

2. *An lex nova iustificet.* ℟. Ut est gratia Spiritus sancti iustificat, quae est lex indita, sed, ut est scripta, idest secundario, ut dat praecepta ad ordinandos actus, non iustificat, et sic ex Augustino, litera etiam Evangelica occideret, nisi adesset gratia. Item utraque lex est a Deo, vetus in tabulis, haec in corde, illa in ministerium mortis, haec vitae.

3. *An lex nova debuerit dari a principio mundi.* ℟. Non, quia prius quod animale, et ab imperfecto ad perfectum; lex autem nova est maxime spiritualis.

* Per peccatum Adae erant indigni homines gratia, et non dando erat iustitia et non acceptio personarum.

4. *An lex nova sit duratura usque ad finem mundi.* ℟. Sic, quia introducit ad finem ultimum perfecte, non potest dari alius status perfectior.

* Lex nova non solum est Christi, sed et Spiritus sancti, et Patris: ergo non alia expectanda.

107. *De comparatione legis novae ad veterem*

1. *An lex nova sit alia a lege veteri.* ℟. Respectu finis non, nisi quia haec est distantior et imperfectior.

* In veteri erant praecepta charitatis, sed

non dabant Spiritum sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus.

2. *An lex nova impleat legem veterem.* Ɽ. Sic, tanquam perfectum imperfectum, scilicet supplendo quod deerat, v. g. respectu finis, quia illa non iustificabat, sed figurabat factis et promittebat verbis iustificationem.

* Nova a veteri tollit ceremonialia, quia sunt iam impleta, et praecepta novae non sunt contraria veteri.

3. *An lex nova in lege veteri contineatur.* Ɽ. Sic, sicut fructus in spica et in semine arbor, idest virtualiter.

* Praecepta novae dicuntur maiora quantum ad explicationem, sed quantum ad substantiam virtute erant in veteri.

4. *An lex nova sit gravior, quam vetus.* Ɽ. Non, quia vetus est difficilior ob difficultatem operum exteriorum, ut in ceremoniis, sed nova non, quia praeter praecepta legis naturae paucissima continet a Christo, vel Apostolis, sed superaddita sunt alia a patribus, et Ecclesia, et essent moderanda, ne sint onerosa ex Augustino; quantum ad actus interiores virtutum, ut hos homo prompte et delectabiliter exerceat, lex nova est difficilior. Nam in nova lege prohibentur interiores animi motus, qui in veteri non expresse prohibebantur; et si qui prohibebantur non apponebatur poena. Item mandata Dei non sunt gravia, idest amanti, quia non amanti sunt gravia.

108. *De his quae continentur in lege nova.*

1. *An lex nova aliquos exteriores actus debeat praecipere, vel prohibere.* Ɽ. Sic, quia, ut fili;

lucis debemus manifestare opera lucis, et gratiam Spiritus sancti in fide per dilectionem operante, et prohibendo interiores motus animi prohibet etiam actus exteriores.

* Lex nova dicitur lex libertatis, quia quae non habent contrarietatem ad fidem, vel charitatem, vel connexionem necessariam non fuerunt a Christo prohibita, vel praecepta, sed fuerunt relicta praelatis prout expedire iudicaverint, et sic lex nova non obligat, nisi in his, quae sunt de necessitate salutis. Item quia facit libere implere ex interiore instinctu gratiae, etc.

2. *An lex nova sufficienter ordinaverit actus exteriores.* R'. Sic, quia non debuit praecipere, nisi sacramenta, et moralia praecepta, quae ex se pertinent ad rationem virtutis, idest quae introducunt ad gratiam, et ad rectum usum gratiae ex necessitate, reliqua relinquuntur humano iudicio praelatorum.

3. *An lex nova sufficienter ordinaverit hominem circa actus interiores.* R'. Sic, et quantum ad se, et quantum ad proximos; quoad se ut voluntas abstineat ab actibus interioribus malis, et ab occasionibus malorum. Item ut intentio non agat propter humanam gloriam, et mundanas divitias. Quoad proximum, ne temerarie iudicemus, ne committamus sacra indignis, et alia multa docet.

4. *An in lege nova convenienter quaedam consilia determinata sint proposita.* R'. Sic, quia est lex libertatis, et consilia non obligant sub praecepto, et dantur ab amico fideli, et sapienti Christo: lex vero vetus erat servitutis. Item praecepta sunt de necessariis ad salutem; con-

silia sunt per quae melius homo consequitur finem, ut non est necesse ad finem, ut totaliter res mundanas abiiciat, potest enim eis uti, sed ut expeditius eo perveniat, expedit totaliter eas abiicere. Ita bona huius mundi sunt in divitiis, delitiis carnis, et superbia, quae abdicantur paupertate, castitate et obedientia. Consilia ex se omnibus sunt expedientia, licet alicui ob indispositionem non expediant.

109. *De exteriori principio humanorum actuum, idest de gratia Dei.*

1. *An homo sine gratia possit cognoscere aliquod verum.* R. Homo ad cognitionem cuiuscumque veri indiget auxilio divino Dei tamquam primi motoris, quia ad omnem motum pendentem a primo motore non sufficit forma movens, ut principium actionis, nisi sit motus primi motoris, sicut motus corporum reducuntur ad motum corporis coelestis, sic nulla creatura potest facere actum sine Deo. Item homo ad cognoscendam veritatem non indiget de novo in omnibus nova illustratione praeter naturalem illustrationem. Item peccatores sine gratia multa sciunt vera. Item intellectus praeter naturalia, quae lumine naturali cognoscit, non potest altiora cognoscere, nisi fortiori lumine, ut fidei, vel prophetiae, seu gratiae, licet aliquando Deus instruat aliquos sua gratia in his, quae naturaliter cognosci possunt.

* Omne verum est a Spiritu sancto dante lumen naturale, non tanquam ab inhabitante per gratiam; semper indigemus auxilio Dei ad cogitandum quodcumque, prout Deus movet ad agendum.

2. *An homo possit velle, vel facere bonum sine gratia.* R. Auxilio divino semper indiguit, ut dixi in primo articulo, sive in statu naturae integrae, sive corruptae. Item in statu naturae integrae per sua naturalia poterat sufficienter velle, et operari bonum proportionatum suae naturae, ut bonum virtutis acquisitae, sed non infusae. Item in statu naturae corruptae non potest per sua naturalia totum bonum sibi connaturale implere, ita ut in nullo deficiat, quia ut infirmus non potest quae sanus, cum indigeat medicina, sed potest aliquod particulare bonum per vires naturae, ut aedificare domum, plantare vineam, quia natura non est totaliter corrupta, et sic potest aliquid. Item in neutro statu potest facere bonum supranaturale meritorium sine gratia, quia non est volentis, neque currentis, etc. pendet a Deo movente.

* Potest deficere a suo bono esse, idest peccare, nisi iuvetur, sicut potest creatura deficere ab esse, nisi conservetur. Item natura magis est corrupta per peccatum quantum ad appetitum boni, quam quantum ad cognitionem veri, quod etiam non potest cognosci sine auxilio Dei, ut dictum est.

3. *An homo possit amare Deum super omnia solis naturalibus, sine gratia.* R. In statu naturae integrae sic, quia erat connaturale, secus peccasset. Sed in natura corrupta indiget auxilio gratiae sanantis, ut naturaliter amet Deum super omnia.

* Natura diligit Deum super omnia, ut est principium et finis naturalis; at charitas diligit Deum ut est finis supranaturalis, et ut sic in

utroque statu fuit necessaria gratia infusa, id-est ad supranaturalem finem amandum. Item amor dicitur summus non solum quoad gradum dilectionis, sed etiam quantum ad modum diligendi; et sic diligere Deum, ut beatificantem est summus gradus charitatis.

4. *An homo sine gratia per sua naturalia possit implere praecepta legis.* R'. In natura integra poterat quoad substantiam operum, sed in corrupta non potest omnia etiam quoad substantiam actus sine gratia sanante, sed, ut fiant ex charitate, neutra natura poterat sine gratia; et dicere hominem sine gratia posse facere omnia mandata, est haeresis.

5. *An homo possit mereri vitam aeternam sine gratia.* R'. Non, quia vita aeterna est finis excedens vires naturae: connaturalia potest sine gratia, ut laborare in agro, bibere, amicum habere, etc.

6. *An homo possit seipsum ad gratiam praeparare per seipsum sine exteriori auxilio gratiae.* R'. Non, sed requiritur auxilium gratuitum Dei moventis animum interius, sive inspirantis bonum.

* Nota ad recipiendum hoc donum gratiae habitualis, quae sit principium operis meritorii, non supponitur praecedere alius habitus, quia esset procedere in infinitum. Item praeparare se ad gratiam, est se ad Deum convertere, sed homo non potest ad Deum ut ultimum finem se convertere, nisi Deo movente. Et quod homo moveatur a Deo, non est opus alia praecedente motione, sicut est opus dispositione ad gratiam. Item conversio fit per liberum arbi-

trium, sed Deo convertente; facere quod in se est, dicitur esse in potestate hominis, sed ut moti a Deo.

7. *An homo possit resurgere a peccato sine auxilio gratiae.* ℟. Non, secus Christus gratis mortuus esset, idest sine causa.

8. *An homo sine gratia possit non peccare.* ℟. In statu naturae integrae sine habituali gratia, poterat, sed non sine auxilio Dei conservantis; sed in statu naturae corruptae indiget gratia habituali sanante naturam. Item in statu gratiae potest abstinere ab omni peccato mortali, quod in ratione consistit; sed non ab omni veniali propter corruptionem motus sensualitatis. Item ratio in qua est peccatum mortale, potest sine gratia per aliquod tempus vitare singula mortalia, sed diu sine mortali esse non potest.

* Peccatum imputatur homini, licet ex se non possit homo abstinere a peccato, quia ex suo defectu non se praeparat ad gratiam. Illud Ante hominem vita, et mors, intelligitur de homine in statu naturae integrae.

9. *An qui est in gratia possit per seipsum operari bonum, et vitare malum, idest peccatum absque auxilio gratiae.* ℟. Non indiget alio habitu gratiae, ne detur processus, sed indiget ut a Deo moveatur ad recte agendum, quia licet per gratiam mens sanetur, tamen remanet corruptio in carne, per quam servit legi peccati, et obscuritas ignorantiae in intellectu, et propter varios eventus non cognoscimus nos ipsos, et cogitationes nostrae sunt timidae. Unde qui est in gratia debet dicere: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo, et fiat voluntas

tua. Item in patria, ubi erit gratia consummata, homo indigebit divino auxilio. Item Spiritus sanctus cum Patre et Filio movet.

10. *An homo in gratia positus indigeat auxilio gratiae ad perseverandum* R'. Si perseverantia sumatur pro habitu mentis standi firmiter, ne a tristitia irruente removeatur, vel pro habitu, quo proponat perseverare usque in finem, est virtus infusa cum gratia, sicut continentia, et aliae virtutes: si vero sumatur pro continuatione in bono usque in finem vitae; tunc homo in gratia non potest perseverare sine auxilio Dei dirigente illum, et protegente contra impulsus tentationum; unde iustus debet petere perseverantiae donum; nam multis datur gratia, sed non perseverare in illa.

110. *De gratia Dei quantum ad eius effectum.*

1. *An gratia ponat aliquid in anima.* R'. Si gratia sumatur pro dono gratis dato, vel pro recompensatione beneficii gratis dati ponit aliquid in homine, idest donum, et doni recognitionem: si vero gratia sumatur pro dilectione, qua quis dicitur habere gratiam alicuius, quia eum habet gratum; tunc Deus amando ponit aliquid in creatura, quia omne bonum profluit a voluntate divina, non sic amor hominis. Item dilectio Dei, vel est communis, qua omnia amat, dans esse naturale, vel specialis, qua trahit rationale ad bonum aeternum. Item Deus est vita animae per modum causae efficientis, non formae.

2. *An gratia sit qualitas animae.* R'. Gratia pro auxilio Dei sumpta non est qualitas, sed motus Dei, quo anima movetur ad aliquid co-

gnoscendum, vel volendum, sed si pro dono habituali, quo anima iuvatur a Deo, est qualitas in anima, et gratia ut qualitas dicitur agere in animam per modum causae formalis, ut albedo quae facit album, et non per modum causae efficientis.

* Gratia dicitur creari, quia homines per ipsam creantur, idest in novo esse constituuntur ex nihilo, idest, non ex meritis.

3. *An gratia sit idem quod virtus.* R. Non, quia fides et spes possunt esse sine gratia, et gratia praevenit charitatem. Item lumen gratiae est aliquid praeter infusas virtutes, quae ab illo lumine derivantur, et disponunt hominem ad ambulandum secundum lumen gratiae.

4. *An gratia sit in essentia animae, ut in subiecto, vel in aliqua potentia.* R. In essentia animae, sicut fides in intellectu, amor in voluntate, quia per gratiam regeneramur, sed generatio terminatur per prius in essentia. Item virtus est in potentiis, sed gratia non est virtus.

* Ut ab essentia animae fluunt potentiae, quae sunt operationum principia, sic a gratia fluunt virtutes in potentias, et sic gratia comparatur ad voluntatem, ut movens ad motum, et non ut accidens ad subiectum. Item gratia est principium merendi mediantibus virtutibus, ut essentia animae est principium agendi per potentias.

111. *De divisione gratiae.*

1. *An convenienter dividatur gratia in gratiam gratum facientem, et gratis datam.* R. Sic, nam prima datur ut ipse homo Deo coniungatur, secunda ut unus cooperetur alteri, ut ad Deum

revocetur, et hoc donum dicitur gratia gratis data, quia datur supra facultatem naturae, et supra meritum personae.

2. *An gratia convenienter dividatur in operantem et cooperantem.* R'. Si sumatur pro divino auxilio sic, quia motio Dei respectu huius effectus, quo mens a solo Deo movetur, dicitur operans, sed in eo quod mens se movet, et movetur, dicitur cooperans. Item cum voluntas actu interiori incipit velle bonum, ad quod movetur a Deo, dicitur operans, sed respectu actus exterioris, et imperati, ut a Deo iuvatur et confirmatur, dicitur cooperans. Item si sumatur pro habitu, tunc ut sanat, vel iustificat, dicitur operans, ut est principium operis meritorii, est cooperans.

* Gratia ut est forma accidentalis non est operans, quia non agit effective, sed formaliter. Item motus, quo consentimus iustificationi, non est causa gratiae, sed eius effectus, et ideo gratia dicitur simpliciter operans. Item gratia operans et cooperans est eadem, sed distinguitur secundum diversos effectus.

3. *An gratia convenienter dividatur in praevenientem, et subsequentem.* R'. Sic, quia effectus gratiae sunt quinque in nobis. Primus, ut anima sanetur. Secundus, ut homo bonum velit. Tertius, ut bonum efficaciter operetur. Quartus, ut in bono perseveret. Quintus, ut ad gloriam perveniat.

4. *An gratia gratis data convenienter dividatur ab Apostolo.* R'. Sic (vide ibi).

5. *An gratia gratis data sit dignior, quam gratia gratum faciens.* R'. Non, quia haec immedia-

te dirigit ad ultimum finem; illa ad quaedam praeparatoria ultimi finis.

112. *De causa gratiae.*

1. *An solus Deus sit causa gratiae.* R'. Sic, quia excedit omnem facultatem naturae, et solus Deus deificat dans consortium suae naturae.

* Christi humanitas est instrumentum divinitatis. Item sacramenta ut instrumenta causant virtute Spiritus sancti. Item Angelus purgat instruendo, non iustificando per gratiam.

2. *An requiratur aliqua praeparatio, et dispositio ad gratiam ex parte hominis.* R'. Pro gratia habituali sic, pro auxilio non. Item bonus motus ad gratiam est actus liberi arbitrii moti a Deo, et sic dicitur homo se praeparare, sed quia principaliter est a Deo, dicitur a Deo praeparari.

* Aliqua praeparatio gratiae est simul cum infusione gratiae, et haec operatio est meritoria, non tamen gratiae, quae iam habetur, sed gloriae: alia est imperfecta, quae aliquando praecedit donum gratiae, et non sufficit ad meritum, quia homo nondum est iustificatus. Item Deus simul potest praeparare et dare gratiam.

3. *An necessario detur gratia homini se praeparanti, vel facienti quod in se est.* R'. Ut praeparatio est a libero arbitrio non, sed ut a Deo movente sic, idest infallibiliter, et non per coactionem.

4. *An gratia sit maior in uno quam in alio.* R'. Ex parte subiecti sic, quia suscipit magis, et minus prout maior est praeparatio a Deo facta, et haec diversitas est pro pulchritudine Eccle-

siae in varietate, sed ex parte finis, seu obiecti, non, quia omnes ordinantur ad idem, idest Deum infinitum.

* Cura divina quantum ad actum Dei, qui est simplex, est aequalis erga omnes, quia est una, sed ex parte eorum ad quos cura pervenit, est inaequalis, prout maiora vel minora dona providet. Item vita naturalis est de substantia hominis: non recipit magis, et minus, ut vita gratiae quae est accidentalis.

5. *An homo possit scire se esse in gratia.* R'. Per divinam revelationem ex privilegio potest, secus non, quia principium gratiae, et eius obiectum est Deus, qui est nobis ignotus, sed non certificamur, nisi per principia. Item coniecturaliter potest cognoscere se habere gratiam per aliqua signa, ut delectari in Deo, contemnere res mundi, et non esse sibi conscium peccati.

113. *De effectibus gratiae.*

1. *An iustificatio impii sit remissio peccatorum.* R'. Sic, quia peccatum deordinans non subditur Deo, dicitur iniustitia, et sic iustificatio importat transmutationem a statu iniustitiae ad iustitiam.

2. *An ad remissionem culpae, quae est iustificatio impii requiratur gratiae infusio.* R'. Sic, quia gratia facit gratum Deo.

3. *An ad iustificationem impii requiratur motus liberi arbitrii.* R'. In habente usum liberi arbitrii sic, quia Deus eum movet secundum naturam suam, idest, libere.

* Infans per solam informationem animae ipsius iustificatur in sacramento, sicut peccatum

derivat ad eos per generationem. Item in infusione gratia iustificantis est quaedam transmutatio animae, ideo motus eius proprius requiritur: ut conservatio gratiae est sine transmutatione, et ita sola continuatio satis est.

4. *An ad iustificationem impii requiratur motus fidei.* ℟. Sic, quia prima conversio ad Deum fit per fidem, quae non sufficit sine charitate, et quia per hunc motum homo Deo subditur, ideo ibi est etiam actus amoris filialis, et humilitatis, et similium, unde iustificatio tribuitur pluribus virtutibus, ut misericordiae, etc.

5. *An ad iustificationem impii requiratur motus liberi arbitrii in peccatum.* ℟. Sic per detestationem, sicut ad Deum per desiderium et sic in iustificatione, sicut in motu est recessus et accessus.

6. *An remissio peccatorum debeat numerari inter ea quae requiruntur ad iustificationem impii.* ℟. Sic, quia est finis, nam in iustificatione numerantur quatuor: infusio gratiae; motus liberi arbitrii in Deum per fidem; motus in peccatum; remissio culpae.

7. *An iustificatio impii fiat in instanti, vel successive.* ℟. Quantum ad infusionem gratiae a Deo fit in instanti per Spiritum sanctum, quia Deus infinitus disponit subiectum, ut vult, in instanti, vel successive, non potest impediri a materia indisposita.

* Item si aliquando praecedit deliberatio non est de substantia iustificationis, sed via. Item liberum arbitrium potest simul moveri in duo quando unum ordinatur ad alterum, et sic si-

mul detestatur peccatum, et se convertit ad Deum. Item in iustificatione non dantur duo instantia, quia ibi non est tempus et motus, sed datur ultimum tempus, quo fuit culpa, et primum instans, in quo est gratia.

8. *An gratiae infusio sit prima ordine naturae inter ea quae requiruntur ad iustificationem impii.* R'. Illa quatuor in libero arbitrio sunt simul tempore, quia iustificatio non est successiva, sed naturae ordine est prius infusio gratiae, deinde motus liberi arbitrii in Deum, tertio motus in peccatum, quarto remissio culpae.

* Recessus a termino ex parte mobilis naturaliter est prior accessu, et sic ex parte hominis prior est remissio culpae, sed ex parte agentis, contra, quia agit ad removendum contrarium, ut illuminat ad tollendas tenebras, sic ex parte agentis, idest Dei prius est infusio gratiae, quam remissio culpae.

9. *An iustificatio impii sit maximum opus Dei.* R'. Ex parte modi agendi maximum est opus creationis, quia ex nihilo, sed ex parte eius quod fit, maius opus est iustificatio impii, quam creatio coeli, quia terminatur ad bonum aeternum divinae participationis, etc. Item absolute loquendo, donum gloriae est maius, quam iustificatio impii, sed si attendatur quantitas praeparationis, maius est donum gratiae iustificantis, quam glorificantis.

10. *An iustificatio impii sit opus miraculosum.* R'. Si miraculum consideretur ex parte potentiae Dei, tunc omne opus, quod a solo Deo fieri potest, ut iustificatio, miraculum vocatur, idest habens causam miram et occultam; si sumatur

id quod est supra naturalem potentiam talis materiae, ut mortui suscitatio, tunc iustificatio non est miraculum, quia anima naturaliter est capax gratiae; si vero sumatur, ut includit aliquid praeter consuetudinem, tunc aliqua iustificatio est miraculosa, ut illa Divi Pauli.

114. *De merito, quod est effectus gratiae cooperantis*

1. *An homo possit aliquid mereri a Deo.* R'. Simpliciter non, quia dare mercedem pro opere est actus iustitiae, sed inter Deum, et hominem non potest esse iustitia simpliciter, quia maxima est inaequalitas, cum distet in infinitum, et totum bonum hominis est a Deo, sed secundum aliquem modum, quo filius dicitur aliquid mereri a patre, et servus a domino, et modus humanae virtutis est a Deo, hinc eius meritum non est apud Deum, nisi prout disposuit, ut id consequatur a Deo sua operatione, quasi mercedem. Item solus homo, quia liber meretur etiam in his quae tenetur facere, libere facit. Item meremur non quod ex nostro opere aliquid Deo accrescat, sed quia propter eius gloriam operamur, quam vult manifestare nostro opere. Item Deus non est nobis simpliciter debitor, sed sibi ipsi, quia sic ordinavit.

2. *An aliquis sine gratia possit mereri vitam aeternam.* R'. Non, quia excedit vires naturae.

3. *An homo in gratia possit mereri vitam aeternam ex condigno.* R'. Ut in gratia operatur sic, quia valor meriti attenditur secundum virtutem Spiritus sancti moventis in vitam aeternam, et qua homo adoptatur in Filium Dei, cui debetur corona iustitiae ex s. Paulo. ergo ex condigno.

4. *An gratia sit principium meriti principalius per charitatem, quam per alias virtutes.* ℟. Primo per charitatem, secundo per alias virtutes formatas.

5. *An homo possit sibi mereri primam gratiam.* ℟. Non, quia excedit naturam, et homo in peccato habet impedimentum merendi.

* Deus non dat gratiam, nisi dignis, sed ipse facit nos dignos.

6. *An homo possit alteri mereri primam gratiam.* ℟. De condigno non, sed de congruo sic, quia congruum est secundum proportionem amicitiae, ut Deus impleat amici voluntatem in salutem alterius, sed potest esse impedimentum ex parte iustificandi, etc. Item solus Christus meruit gratiam primam aliis de condigno, quia anima Christi non est mota a Deo solum, ut ipsa veniat ad gloriam, sed ut alii per eam, quia est caput Ecclesiae, et auctor salutis humanae.

7. *An homo possit sibi mereri reparationem post lapsum.* ℟. Non merito condigni, quia hoc pendet a motione gratiae, quae interrumpitur per peccatum, nec merito congrui, quia est peccati impedimentum.

8. *An homo possit mereri augmentum gratiae, et charitatis.* ℟. Sic de condigno, quia motio divina se extendit ad augmentum charitatis, vel gratiae, quod est tanquam progressus ad vitam aeternam.

* Quilibet actus meritorius meretur augmentum, sicut consummationem gratiae; sed non statim redditur, sed suo tempore cum quis sufficienter erit dispositus ad gratiae augmentum.

9. *An homo possit perseverantiam mereri.* ℟.

Illam in gloria sic de condigno, sed non perseverantiam in via, quia non cadit sub merito, sed Deus gratis eam dat cuicunque vult.

* Non cadit sub merito quicquid obtinemus a Deo orando; nam peccatores obtinent veniam quam non merentur, sic potest quis sibi perseverantiam impetrare, vel aliis, sed non mereri.

10. *An temporalia bona cadant sub merito.* Ꝟ. Considerata ut utilia ad opem virtutum, quibus ducimur ad vitam aeternam, directe, et simpliciter, cadunt sub merito, ut augmentum gratiae, et omnia quibus iuvamur ad gloriam post primam gratiam: si considerentur secundum se, non sunt simpliciter bona hominis, et sic cadunt sub merito secundum quid.

* In temporalibus promissis veteris legis continebantur bona futura spiritualia.

EX SECUNDA SECUNDAE D. THOMAE

1. *De fide.*

1. *An obiectum fidei sit prima veritas.* R'. Obiectum formale sic, quia nihil credimus, nisi quia Deus revelavit, sed ratio formalis habitus cognoscitivi est medium, quo sciuntur conclusiones, et sic obiectum formale. Item obiectum materiale fidei, idest quod credimus, non solum est Deus, sed multa alia, quae sunt sub fide prout ad Deum referuntur, et sic adhuc est prima veritas obiectum.

* Sic humanitas Christi, sacramenta quae sunt in scriptura, sunt de fide, quia veritas prima dicit. Item, ut charitas diligit proximum propter Deum, quia est eius obiectum, sic fides credit omnia propter Deum.

2. *An obiectum fidei sit aliquid complexum per modum enuntiabilis.* R'. Ex parte credentis sic, quia proprium est intellectus humani cognoscere dividendo, et componendo, sed ex parte rei creditae non, quia simplex Deus.

* Visio patriae est per modum simplicis intelligentiae, et sic de incomplexo. Item in Symbolo non dicitur Deus est omnipotens; sed credo Deum omnipotentem.

3. *An fidei possit subesse falsum.* R'. Non, quia esset sub prima veritate, cui non potest subesse falsum.

*In spe, quia nititur auxilio gratiae, non potest esse falsum, secus sic, quia perficit voluntatem, non intellectum. Item Deum non incarnari ex se, est possibile etiam nunc post fidem, sed ut est sub praescientia Dei est necessarium infallibile, et sic est sub fide. Item Iudaei credentes post nativitatem Christum nasciturum errabant ex coniectura humana circa determinationem temporis, et non ex fide, quia ex fide sufficiebat eis credere aliquando nasciturum. Quare credens obiectum fidei potest falli circa aliquam circumstantiam; sic qui adorat hostiam non consecratam, quam putat consecratam, non errat in fide, quae docet esse Christum sub speciebus panis post recte factam consecrationem.

4. *An obiectum fidei possit esse aliquid visum.* ℟. Non, neque secundum sensum, neque secundum intellectum; sed intellectus firmiter credit per electionem voluntariam, inclinando firmiter sine formidine magis in unam partem; et non quia prima principia evidenter concludunt.

*Divus Thomas vidit hominem, credidit esse Deum. Item credibilia videntur in generali et per signa, non in specie. Item lumen fidei facit videre, idest, inclinare mentem.

5. *An ea quae sunt fidei, possint esse scita.* ℟. Non ab eodem, quod idem sit scitum per principia per se nota, et visa, et creditum; sed ab alio potest esse scitum: tamen quae communiter proponuntur credenda, sunt communiter non scita.

*Res fidei non demonstrantur, sed probantur non esse impossibiles, et quae procedunt ex

principiis fidei valent apud fideles. Item aliqua demonstrabilia ponuntur inter credenda, quia praeexiguntur ad ea quae sunt fidei, et propter eos, qui demonstrationes non habent, non quod de illis sit simpliciter fides apud omnes.

6. *An credibilia sint per certos articulos distinguenda.* R'. Sic, propter distinctionem, et coaptationem partium.

* Non autem omnia, sed quae per se pertinent ad fidem, et nos ordinant directe ad vitam aeternam, alia sunt pro his. Item ratio formalis credibilium ex parte rei creditae, est una omnium, idest prima veritas, sed ex parte nostri est, ut sit non visum; et sic articuli distinguuntur, sed fides cogit credere necessitate finis, non coactionis.

7. *An articuli fidei secundum successionem temporum creverint.* R'. Quantum ad substantiam articulorum non, sed quantum ad explicationes sic; et sic multa explicite creduntur, quae prius implicite credebantur.

* Profectus fidei fuit ex parte addiscentis, cuius capacitati Deus se accommodavit; et sic viciniores Christo magis explicite, quam antiqui. Item operatio gratiae incipit a perfectis, idest, a Deo eam agente: sed in causa materiali, quae est homo, ab imperfectis ad perfecta proceditur.

8. *An articuli fidei convenienter numerentur.* R'. Sic, divinitatis, humanitatis, gratiae, gloriae. Vide, etc.

9. *An convenienter articuli fidei in symbolo ponantur.* R'. Sic, quia Ecclesia universalis non potest errare. Vide, etc.

10. *An ad summum Pontificem pertineat or-*

dinare symbolum fidei. Ꝛ. Sic, quia caput, pro quo Christus rogavit, ne eius fides deficeret; et quia debet esse una fides totius Ecclesiae.

2. *De actu fidei.*

1. *An credere sit cum assensione cogitare.* Ꝛ. Sic, per intellectum, idest, cum firma adhaesione, idest, intellectus: nam dubitatio nulli parti assentitur; nec est suspicio, quae est ex levi signo; nec adhaeret uni cum formidine, quae est opinio: sed firmiter, non videns; sed quia Deus dixit, et miraculis confirmavit.

* Credere est actus intellectus, sed ut determinatur a voluntate ideo dicitur cum assensu.

2. *An credere Deo, in Deum, Deum sint actus fidei distincti.* Ꝛ. Sic, ob diversum ordinem ad obiectum; quia intellectus fide formatus tripliciter potest ferri in obiectum, si sine voluntate fertur in Deum, ut in obiectum materiale, credimus Deo; si in obiectum formale, credimus Deum; si ut actus est motus a voluntate, credimus in Deum, in quem per voluntatem ut in finem tendimus.

* Haec tria non sunt diversi actus, sed unus habens tres relationes ad obiectum. Credere Deum non competit infideli sub ea ratione, qua ponitur actus fidei.

3. *An credere aliquid supra rationem naturalem sit necessarium ad salutem.* Ꝛ. Sic, secus non salvatur homo, quia sine fide impossibile est placere Deo, ad Hebr. 11.

4. *An credere quae naturaliter probari possunt, sit necessarium ad salutem.* Ꝛ. Sic, ut Deum esse,

* De eodem non potest esse scientia, et fides apud eundem, sed apud diversos sic.

5. *An homo teneatur credere aliquid explicite.* R'. Sic; ut prima credibilia, quae sunt articuli fidei, ut quia est, et remunerator, et alia non nisi implicite, et in praeparatione animi, idest, cum ei constiterit esse de fide.

* Requiritur gratia praeparans, quae aliis datur misericorditer, aliis non, ex iustitia pro peccato saltem originali. Item ad charitatem non sufficit praeparatio animi; sed quisque debet aliqua diligere ut Deum, et proximum.

6. *An omnes aequaliter teneantur habere fidem explicitam.* R'. Non, quia superiores plura debent scire explicite.

* Simplices non sunt examinandi de subtilitatibus, nisi esset suspicio, et si in his non est pertinacia, non sunt puniendi. Item minores non credunt implicite in fide maiorum, nisi quatenus isti credunt Deo; et sic non humana fide.

7. *An explicite credere incarnationem Christi sit de necessitate salutis apud omnes.* R'. Post Christum sic, sed subtilitates huius, non omnes, nisi pro ratione status. Item Gentiles ante Christum aliqui salvati sunt, quia habuerunt hanc fidem, saltem implicitam credendi Deum liberatorem secundum modos sibi placitos.

8. *An explicite credere Trinitatem sit de necessitate salutis.* R'. Post Christum sic omnes, quia manifestata omnibus, sed ante Christum maiores tenebantur, minores non, nisi implicite.

9. *An credere sit meritorium.* R'. Sic, quia est actus liberi arbitrii moti a Deo cum imperio voluntatis

10. *An ratio inductiva ad ea, quae sunt fidei minuat meritum fidei.* R'. Si sit causa antecedens, idest ideo credit, quia ratio dictat, minuit, quia ob divinam, et non humanam rationem credendum; si est subsequens, idest credit veritati, et mox cogitat rationes, si quas invenit, non minuit, imo auget meritum.

* Licet demonstrationes tollant rationem fidei, quia faciunt rem apparentem, tamen non minuunt charitatem, qua voluntas est prompta ad credendum, et sic nec meritum fidei.

3. *De exteriore actu fidei.*

1. *An confessio exterior oris sit actus fidei.* R'. Sic, quia ordinatur ad finem fidei, ut ieiunium ad abstinentiam.

* Sicut confessio laudis ad latriam, peccatorum ad poenitentiam.

2. *An confessio fidei sit necessaria ad salutem.* R'. Cum sit praeceptum affirmativum, non semper, sed pro tempore, et loco, idest, quando secus subtrahitur honor Deo, et utilitas proximo, quia charitas id postulat.

4. *De ipsa fidei virtute.*

1. *An sit competens definitio: fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium.* R'. Sic, quia distinguit definitum ab aliis.

* Substantia, idest prima inchoatio rerum sperandarum, et non primum genus.

2. *An fides sit in intellectu sicut in subiecto.* R'. Sic, quia obiectum credendi est verum, et est in intellectu speculativo, quae per extensio-

nem fit practica (dum per dilectionem operatur) cum imperio voluntatis, cui succedit visio in coelo.

3. *An charitas sit forma fidei.* R'. Sic, quia ea perficitur ut finc, et forma extrinseca fidei.

4. *An fides informis fieri possit formata et e contra.* R'. Sic, quia forma est voluntatis, quatenus per se non pertinet ad fidem.

5. *An sit virtus.* R'. Formata sic, informis non, quia non est debite perfecta ex parte voluntatis.

6. *An fides sit una virtus.* R'. Sic, quia unus habitus ratione obiecti, idest primae veritatis, licet in multis hominibus.

7. *An fides sit prima virtus inter omnes virtutes.* R'. Sic, quia est substantia, et principium, et finis, licet per accidens non, ut humilitas quae removet superbiam, per quam intellectus recusat se submittere fidei.

8. *An fides sit certior scientiis, et aliis virtutibus intellectualibus.* R'. Sic, quia causa, idest Verbum Dei certius, sed ex parte subiecti, idest intellectus, non, quia plenius percipit obiecta scientiarum, hinc dubitat in fide.

3. *De habentibus fidem.*

1. *An Angelus vel homo in prima sui conditione habuerit fidem.* R'. Sic, quia erant creati in gratia, et sic fides ex auditu Dei. Item, qui tenent fuisse creatos in puris naturalibus possunt defendere non habuisse fidem.

2. *An in daemonibus sit fides.* R'. Non, nisi acquisita, et coacta, licet eis displiceat, quod compellantur signis.

3. *An qui discredit in uno articulo fidei, pos-*

sit habere fidem informem de aliis. R'. Non, sicut per unum peccatum charitas tollitur, sed de aliis articulis remanet opinio secundum propriam voluntatem, ut in haeretico. Item fides habet unum medium credendi.

4. *An fides possit esse maior in uno, quam in alio.* R'. Sic, quia potest unus plura explicite credere, vel maiori certitudine, et firmitate, vel promptitudine voluntatis. Item non ex parte obiecti formalis, quia semper est unum, et idem.

6. *De causis fidei.*

1. *An fides sit homini infusa a Deo.* R'. Sic necessario quoad propositiones credibilium, quae sunt supra naturam, quae Deus revelat, vel immediate, vel mediate per praedicatores. Item assensus, qui est actus principalis fidei est a Deo movente interius. Item signa, et persuasiones non sufficiunt, unde multi audientes non credunt. Item initium fidei in assentiendo est a Deo movente principio supernaturali, et non a nobis, idest a libero arbitrio, est enim haeresis Pelagiana. Item credere est in voluntate hominis, quae praeparatur per gratiam; sed extrinseca, ut miracula, persuasiones disponunt, non tamen sufficiunt ad fidem.

2. *An fides informis sit donum Dei.* R'. Sic, quia informitas non pertinet ad rationem specificam fidei, sed ad extrinsecam privationem, idest charitatis, sed Deus causat eandem speciem fidei, ergo donum Dei.

* Fides informis non est perfecta virtus, sed perfecta ea perfectione quae sufficit ad fidei rationem.

7. *De effectibus fidei.*

1. *An timor sit effectus fidei.* R'. Sic, tum servilis, timens ne puniatur a Deo, et est fides informis; tum filialis, cum timeat separari a Deo, et est fides formata. Item malum est obiectum materiale fidei.

2. *An purificatio cordis sit effectus fidei.* R'. Sic, ut a primo principio auferente impuritatem cordis, quia accedentem ad Deum oportet credere, sed perficitur charitate.

8. *De dono intellectus scientiae.*

1. *An intellectus sit donum Spiritus sancti.* R'. Sic, tanquam supernaturale lumen additum naturali, quo homo penetrat ad cogitanda ea, quae naturaliter non valet cogitare, et sic est donum Spiritus sancti.

* Dicitur donum intellectus et non rationis, quia se habet ad supranaturalia, sicut lumen naturale ad ea, quae primo innotescunt.

2. *An donum intellectus possit esse simul cum fide.* R'. Sic, sed de his, quae excedunt naturalem rationem, ut Trinitas, de qua non habetur perfectus intellectus in hac vita, ut in coelo. Item ea, quae per se non cadunt sub fide, sed ad illam ordinantur, ut quae in scriptura continentur possunt penetrari perfecte per donum intellectus.

3. *An donum intellectus sit speculativum tantum, vel etiam practicum.* R'. Utrunque, quia operabilia, ut ordinantur ad beatitudinem habent excellentiam, et circa ea potest esse donum intellectus.

4. *An donum intellectus insit omnibus habenti-*

bus gratiam. ℟. Sic, quia voluntas non potest recte ordinari ad bonum supranaturale sine cogitatione illius boni, et haec est donum intellectus.

5. *An donum intellectus inveniatur in non habentibus gratiam gratum facientem.* ℟. Non nisi improprie. Donum intellectus dicit perceptionem veritatis, quae non potest esse sine gratia, ut fides solum dicit assensum ad ea, quae proponuntur.

6. *An donum intellectus distinguatur ab aliis donis.* ℟. Sic (vide).

7. *An dono intellectus respondeat sexta beatitudo: beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* ℟. Sic, quia tam munditia cordis, quam visio Dei pertinent ad donum intellectus.

8. *An in fructibus fides respondeat dono intellectus.* ℟. Sic, fidei certitudo, et gaudium, quod pertinet ad voluntatem.

9. *De dono scientiae.*

1. *An scientia sit donum.* ℟. Sic, quia ut intellectus assentiat veritati fidei, duo requiruntur. Primo, ut sane capiat, quae proponuntur, et ideo datur donum intellectus. Secundo, ut habeat certum, et verum iudicium de his; et ideo est necessarium donum scientiae, sicut haec duo requiruntur ad assensum naturalem veritatis: ergo magis ad supranaturalem, et haec scientia non est ratiocinativa, sed est participata similitudo scientiae divinae, et est in omnibus fidelibus, sed non illa scientia, quae est gratia gratis data.

2. *An scientia donum sit circa res divinas tan-*

tum. R'. Sic, et dicitur sapientia, sed in humanis dicitur scientia, et sic cognitio Dei per res creatas magis pertinet ad scientiam, quam ad sapientiam.

3. *An donum scientiae sit scientia practica.* R'. Principaliter est donum speculativum, quia homo per ipsum scit quid fide tenere debeat; secundario practicum, quia per scientiam credibilium dirigimur in agendis.

* Solum iusti habent donum scientiae, qui ex infusione gratiae habent rectum iudicium circa credenda, et agenda.

4. *An dono scientiae respondeat tertia beatitudo: beati qui lugent.* R'. Sic, quia cognoscit.

* Bona creata non causant gaudium spirituale, nisi ut ad Deum referuntur. Item pax respondet sapientiae.

10. *De infidelitate in communi.*

1. *An infidelitas sit peccatum.* R'. Ut est contraria fidei sic, sed ut est pura negatio in eo, qui nihil audivit de fide, non est peccatum, sed poena, et damnabitur ob alia peccata.

* Licet fides non sit in natura, tamen infidelitas est contra naturam hominis, ut repugnat interiori instinctui, et exteriori praedicationi.

2. *An infidelitas sit in intellectu, ut in subiecto.* R'. Sic, et est in voluntate, ut in motivo.

* Qui credit Daemonem transfiguratum esse in Angelum bonum non dissentit a fide, quia fallitur sensus, non mens.

3. *An infidelitas sit maximum peccatorum, quae opponuntur virtutibus Theologicis.* R'. Non, neque ex circumstantia, sed ut maxime separat a Deo, sic.

4. *An omnis actio infidelis sit peccatum.* R. Non, ut eleemosyna infidelis. Item peccatum non corrumpit totaliter bonum naturae, et sic infidelis potest aliqua bona operari, ad quae sufficit bonum naturae, sed non potest facere opera meritoria sine gratia, sed si facit ex infidelitate, tunc peccat.

* Ubi non est fides, non est bonum, idest, quoad meritum.

* Cornelius habebat fidem implicitam, nondum manifestata veritate Evangelii, ideo opera ipsius accepta fuerant.

5. *An species infidelitatis sint plures.* R. Infidelitas respectu obiecti, a quo recedit, idest a prima veritate, est una; sed respectu formalis obiecti, ad quod convertitur est multiplex, quia multis modis deviatur a regula, et sic alia est infidelitas Paganorum, alia Hebraeorum, alia Haereticorum, et hae species possunt in infinitum multiplicari.

6. *An infidelitas Gentilium sit gravior caeteris.* R. Respectu renitentiae ad fidem est gravior culpa Haereticorum quam Iudaeorum, et horum quam Paganorum; et respectu corruptionis rerum fidei e contra, quia plus errant pagani quam Iudaei, et isti, quam Haeretici, sed simpliciter loquendo, illa haereticorum est pessima.

7. *An cum infidelibus sit publice disputandum.* R. Si ad confutandum errores vel ad exercitium, est laudabile, si coram sapientibus, et firmis in fide sine periculo: sic necesse est disputare coram simplicibus solicitatis ab infidelibus qui sciunt errores, ut confirmentur, secus est

periculosum coram aliis disputare. Item qui dubitat de fide, vel pro certo non supponit veritatem fidei, sed vult experiri argumentis, peccat, ut infidelis, et haec prohibetur.

8. *An infideles sint compellendi ad fidem.* Ꝛ. Baptizati sic, gentiles non, nisi impediant, vel blasphement, vel persequantur.

9. *An possit communicari cum infidelibus.* Ꝛ. Cum non baptizatis sic, nisi adsit periculum; cum haereticis publice excommunicatis non.

10. *An infideles possint habere praelationem, vel dominium supra fideles.* Ꝛ. De novo non subiiciendi fideles propter scandalum, et periculum, item iustum dominium non tollitur ex se: potest tamen Ecclesia privare illos dominio, ut in servo fideli.

11. *An infidelium ritus sint tolerandi.* Ꝛ. Sic permissive ne sequantur maiora mala, vel tollantur maiora bona, vel propter aliquod bonum, ut ritus Iudaeorum ad testificandam fidem.

12. *An pueri infidelium sint invitis parentibus baptizandi.* Ꝛ. Ante usum rationis non, quia esset contra ius naturale: sed post usum rationis sunt inducendi, non cogendi.

11. *De haeresi.*

1. *An haeresis sit species infidelitatis.* Ꝛ. Sic, quia avertit a fine fidei, qui est Christus, et haereticus est, qui falsas opiniones gignit, vel sequitur. Item haeresis, et secta sunt idem, et causa est superbia, vel cupiditas.

2. *An haeresis sit proprie circa ea, quae sunt fidei.* Ꝛ. Vel directe, vel secundario. Item ex inordinata locutione circa res fidei, potest esse

haeresis. Item doctores varie opinantes in rebus fidei nondum ab Ecclesia determinatis non sunt haeretici, quia quaerunt veritatem.

3. *An haeretici sint tolerandi.* ℟. Non, imo morte puniendi: gravius est fidem corrumpere, quam falsificare pecunias, pro quo datur poena mortis, sed Ecclesia ex misericordia non statim condemnat.

* Sic eruitur zizania sine extirpatione tritici.

4. *An revertentes ab haeresi sint ab Ecclesia recipiendi.* ℟. Ad poenitentiam semper recipit Ecclesia eos quoad bonum spirituale, quod principaliter respicit charitas, sed quoad bonum temporale, et vitam, post secundam correptionem non recipit, quod secundario respicit charitas, sicut nec relapsos inconstantes.

12. *De apostasia.*

1. *An Apostasia pertineat ad infidelitatem.* ℟. Sic, et dicit quandam retrocessionem a Deo, et est triplex, vel recedit a Deo ratione fidei, et est proprie apostasia, et infidelitas; vel ratione debitae obedientiae praeceptorum; vel ratione specialis obedientiae voti, ut in ordine, vel religione, sed cum his duobus stat fides Dei, vel Christi. Item apostasia non est species, sed circumstantia infidelitatis.

2. *An princeps propter apostasiam amittat dominium in subditos, ita ut ei obedire non teneantur.* ℟. Non, quia infidelitas, et dominium non pugnant, et possunt esse simul, sed potest Ecclesia eum privare dominio per sententiam. Quare statim ac aliquis denuntiatur excommunicatus propter apostasiam a fide, eius subditi sunt

absoluti a iuramento fidelitatis: non est idem de principe non baptizato. Item alia peccata non ita separant totaliter a Deo.

13. *De peccato blasphemiae in generali.*

1. *An blasphemia opponatur confessioni fidei.* ℟. Qui negat de Deo, quod ei convenit, vel asserit de eo, quod ei non convenit, blasphemat, quia blasphemia importat quandam derogationem alicuius excellentis bonitatis, ut Dei, in quo est essentia bonitatis, quod fit vel sola opinione mentis, vel affectus detestatione.

* Blasphemia in sanctos consequenter redundat in Deum, sicut eorum laudes, sic in creaturam, quod Deo appropriatur.

2. *An blasphemia semper sit peccatum mortale.* ℟. Sic ex suo genere, quia repugnat charitati divinae, et derogat bonitati Dei.

* Blasphemia prohibetur eodem praecepto, quo et infidelitas, vel periurium. Item ex inconsideratione actus est veniale, ut quando ex passione prorumpit in verba imaginata, et non considerat significationem eorum, quia non habet rationem blasphemiae.

3. *An peccatum blasphemiae sit maximum peccatum.* ℟. Sic, et pertinet ad genus infidelitatis, et est gravius homicidio, similiter et periurio, quia periurans non dicit Deum falsum, ut blasphemus, sed sperat, quod non testificetur per signa.

4. *An damnati blasphement.* ℟. Sic in corde, et forsitan post resurrectionem etiam ore, ut sancti laudabunt, nec deterrentur ad fugiendam poenam, quia non sperant ut homo in hac vita,

non tamen demerentur, licet habeant voluntatem detestandi iustitiam Dei.

14. *De Blasphemia in Spiritum sanctum.*

1. *An peccare in Spiritum sanctum sit peccare ex certa malitia.* R'. Peccare ex malitia, idest ex habitu non, sed peccare ex certa malitia, idest ex electione mali, prout contemnit ea, quae a peccato retrahere possunt, est peccare in Spiritum sanctum: alii ut August. est finalis impoenitentia, idest mori in peccato mortali, alii quando contra bonitatem, quae datur Spiritu sancto, ex contemptu abiiciendo remedia.

2. *An convenienter assignentur sex species peccatorum in Spiritum sanctum.* R'. Sic, Desperatio, Praesumptio, Impoenitentia, Obstinatio, Impugnatio veritatis agnitae, Invidentia fraternae gratiae, et sumuntur secundum remotionem mediorum.

* Desperatio, vel Praesumptio non est ex eo, quod non credatur Deo, et sic non est infidelis, sed quia contemnit.

3. *An peccatum in Spiritum sanctum sit irremediabile.* R'. Si sumatur pro finali impoenitentia sic; secus non, nisi quia quantum ex se non habet meritum, vel excusationem, ut remittatur, licet nunquam sit desperandum de misericordia Dei.

4. *An homo possit primo peccare in Spiritum sanctum.* R'. Potest esse ex malitia Daemonis inducentis, et libero arbitrio, sed ex certa malitia, vel ex habitu non, quia praecedunt actus, nec si pro finali impoenitentia sumatur.

15. *De vitiis oppositis scientiae et intellectui.*

1. *An caecitas mentis sit peccatum.* ℟. Caecitas mentis si proveniat ex defectu naturali, non est peccatum, licet lumine naturali nemo privetur, sed impeditur ab eius usu. Item privatio luminis habitualis superaddita naturae est caecitas, et est poena; sed si homo spontanee se avertit a consideratione principii intelligibilis, idest luminis, vel occupat se in terrenis, quae magis diligit, haec caecitas est peccatum.

2. *An hebetudo sensus sit aliud peccatum a caecitate mentis.* ℟. Sic, quia habet diversas causas, quia important quandam debilitatem mentis circa considerationem spiritualium bonorum, sed caecitas omnimodam privationem, sed hebetudo non est peccatum, nisi sit voluntaria.

3. *An caecitas mentis, et hebetudo sensus oriatur ex peccatis carnalibus.* ℟. Hebetudo sensus ex gula, sed caecitas mentis ex luxuria, sicut castitas et abstinentia maxime disponunt hominem ad perfectionem operationis intellectualis, quia licet caro non agat in intellectum, tamen impedit operationem ipsius.

16. *De praeceptis fidei, scientiae et intellectus.*

1. *An in veteri lege debuerint dari praecepta credendi.* ℟. Ante praecepta supponitur fides necessaria, qua homines subiecti Deo suscipiant praecepta, quia accedentem ad Deum oportet credere, et posita fide unius Dei dantur praecepta alia, quia in fide multa continentur ordinata ad fidem. Item in veteri lege non sunt data alia praecepta, quia secreta fidei non erant tunc

exponenda, in Evangelio sic. Tunc erant praecepta prohibitiva, ne fides corrumperetur.

2. *An in veteri lege convenienter dentur praecepta ad scientiam et intellectum.* R'. Sic pro acceptione, et usu, et conservatione, sed dantur abundantius in nova lege.

17. *De spe.*

1. *An spes sit virtus.* R'. Sic, quia facit actum bonum attingens debitam regulam, idest Deum, quia est de bono futuro, possibili, arduo per Dei auxilium, qua spe nemo potest male uti, et causatur ex gratia.

2. *An beatitudo aeterna sit obiectum spei.* R'. Sic, quia attingit Deum innixa auxilio eius.

* Beatitudo licet a viatore non cognoscatur quae, et qualis sit, tamen sub conceptu boni perfecti sic speratur.

3. *An alius possit sperare alteri beatitudinem aeternam.* R'. Proprie sperat suam, quia spes est motus, et tendentia in Deum, et est ad terminum proportionatum mobili, sed ex unione charitatis, quia proximus est quasi unus cum sperante potest quis alteri sperare, cum sit eadem charitas.

4. *An alius possit licite sperare in homine.* R'. Tanquam in prima causa movente ab beatitudinem non, nisi in Deo: hinc maledictus homo, etc. sed ut in agente secundario, et instrumentali sic; et sic in sanctis, qui valent apud Deum.

5. *An spes sit virtus Theologica.* R'. Sic, quia habet pro obiecto Deum, cui innititur principaliter.

6. *An spes sit virtus distincta ab aliis virtuti-*

bus Theologicis. ℟. Sic, quia distincto modo inhaeret obiecto, idest ut est principium perfectae bonitatis in nobis : fides, ut est principium cognoscendi veritatem: charitas, ut unit mentem hominis Deo per amorem.

7. *An spes praecedat fidem.* ℟. Non, sed fides praecedit spem, nam per fidem innotescit nobis beatitudo aeterna, et auxilium Dei, quo acquiritur, quod est obiectum spei, licet per spem homo stabiliatur, et perficiatur in fide.

* Obiectum fidei est sperandum, quia non est apparens secundum seipsum, non quia praecedat spes. Item meritum habet spem concomitantem.

8. *An charitas sit prior spe.* ℟. In via generationis, idest ab imperfecto ad perfectum prior est spes, sed in via perfectionis, prior est charitas, qua adveniente perficitur spes, idest formatur.

18. *De subiecto spei.*

1. *An spes sit in voluntate, ut in subiecto.* ℟. Sic, cuius obiectum est bonum divinum, et sic est motus voluntatis.

2. *An spes sit in beatis.* ℟. Non, quia eis beatitudo non est futura.

* Christus in via habebat spem de gloria corporis.

3. *An spes sit in damnatis.* ℟. Non, quia non apprehenderunt beatitudinem, ut possibilem, et sciunt perpetuitatem poenae, sicut beati perpetuitatem beatitudinis. Item spes est cum gaudio. Item animae in Purgatorio habent spem de re futura.

4. *An spes viatorum habeat certitudinem.* ℟.

Sic, sed a fide formata, a qua moventur, et innituntur divinae misericordiae et omnipotentiae, et si quis non assequitur beatitudinem est defectus liberi arbitrii ponentis obicem, et non misericordiae Dei, cui spes innititur.

19. *De dono timoris.*

1. *An Deus possit timeri.* R. Non, prout obiectum timoris est quod homo refugit, quia est ipsa bonitas, sed prout a Deo potest nobis malum poenae venire, sic.

* Spes, et timor sunt circa idem, idest Deum diversa ratione.

2. *An timor convenienter dividatur in filialem, initialem, servilem, mundanum.* R. Sic (vide).

3. *An timor mundanus sit semper malus.* R. Sic, quia prohibetur a Deo, et causatur ab amore mundi.

4. *An timor servilis sit bonus.* R. Ex parte servilitatis est malus, sed secundum suam substantiam est bonus, quia servilitas non est de ratione timoris.

* Amor mercenarius semper est malus, quia diligit Deum propter alia, servilis timor ex se est bonus.

5. *An timor servilis sit idem in substantia cum timore filiali.* R. Non, sed differunt specie, sicut obiecta; nam obiectum servilis est malum poenae, filialis est malum culpae, et differunt specie.

* Fides formata, et informis non differunt in substantia, quia de eodem obiecto: non sic timor filialis.

6. *An timor servilis remaneat cum charitate.*

℟. Secundum suam substantiam sic, ut amo Dei. Item timor poenae separationis a Deo sic sed in quantum servilis non, sicut amor sui qui vel contrariatur charitati et non manet, ve non, ut quando non ponit ultimum finem i eo et remanet.

7. *An timor sit initium sapientiae.* ℟. Sic, u sapientia est vitae directiva secundum ration divinas; servilis ut disponens, idest ut per eum quis discedit a peccato, filialis est principium ut primus sapientiae effectus, sed non quantum ad essentiam, sed est veluti radix eius.

8. *An timor initialis differat secundum substantiam a timore filiali.* ℟. Non, sed secundum perfectum et imperfectum, et loquitur de timore incipientium per inchoationem charitatis, nec respicit poenam, ut proprium obiectum.

9. *An timor sit donum Spiritus sancti.* ℟. Filialis sic, quia habilitat animum ne repugnet motui Spiritus sancti.

10. *An crescente charitate minuatur timor.* ℟. Servilis sic, filialis augetur ne offendat.

11. *An timor remaneat in patria.* ℟. Servilis, vel poena non, filialis sic, et perficietur, sed non habebit eumdem actum, ut hic, quia non timet malum quod potest esse, sed tenet bonum quod non deest, et erit securus timor, idest nolle peccare per tranquillitatem charitatis.

* In Deo non est timor, in Sanctis non est spes.

12. *An paupertas spiritus sit beatitudo respondens bono timoris.* ℟. Sic, quia omnibus, et se relicto subiicitur Deo filialiter.

* Luctus non directe, sed ex consequenti.

20. *De vitiis oppositis.*

1. *An desperatio sit peccatum.* Ꝛ. Sic, imo principium peccatorum, et dicit conversionem ad aliquod commutabile bonum; consequenter, et indirecte, idest occasionaliter est a timore.

2. *An desperatio possit esse sine infidelitate.* Ꝛ. Sic, quia fides est prior spe. Item fides est in intellectu universalium, Desperatio in appetitu particularium, sed potest quis recte extimare in universale, sed male in particulari, ut quod sit sperandum in Deo, sed quod sibi in tali casu non sit spes veniae corrupta extimatione circa particulare.

* Qui putat divinam misericordiam non esse infinitam est infidelis, sed desperans, non est sic, sed propter aliquam particularem dispositionem putat non esse sperandum ex divina misericordia.

3. *An desperatio sit maximum peccatorum.* Ꝛ. Excepta infidelitate, et odio Dei sic, quia peccata contra virtutes Theologicas sunt graviora aliis, imo ex parte nostra desperatio est periculosior infidelitate et odio, quia sine fraeno labitur in vitia sublata spe.

4. *An desperatio oriatur ex accidia.* Ꝛ. Specialiter sic, quia ex tristitia delectiva spiritus homo putat non posse sibi adipisci bonum arduum. Item nascitur etiam ex luxuria, quia homo ex delectatione venerea fastidit divina, nec putat consequi.

21. *De praesumptione.*

1. *An praesumptio innitatur Deo, vel propriae virtuti.* Ꝛ. Quae dicit immoderantiam spei, et opponitur spei Theologicae, innititur Deo in-

ordinate, ut consequi veniam sine poenitentia, gloriam sine meritis; quod est per inordinatam conversionem ad Deum, et spernit divinam iustitiam, sicut desperatio fit per aversionem a Deo, et contemnit divinam misericordiam, et est peccatum in Spiritum sanctum, quia contemnit, et tollit eius adiutorium. Item praesumens, confidens ex propria virtute tendens in bonum ut sibi possibile, cum excedat suam vim; innititur in sua vi, et opponitur virtuti magnanimitatis.

* Primum est gravius peccatum, quia minuit divinam virtutem per inconveniens, et sic avertit a Deo.

2. *An praesumptio sit peccatum.* R'. Sic, quia est motus appetitus conformis intellectui falso, sed minus peccatum est, quam desperatio, quia magis proprium est Dei parcere quam punire.

* Praesumere aliquando sumitur pro sperare. Item praesumptio non est excessus spei in Deo, idest nimis sperare, sed est sperare de Deo, quod Deo non convenit. Item perseverare in peccato sub spe veniae, auget peccatum, et est praesumptio, sed peccare sub spe veniae aliquando percipiendae cum proposito obtinendi, et poenitendi non est praesumptio, et minuit, quia videtur habere voluntatem minus firmam ad peccandum.

3. *An praesumptio magis opponatur timori, quam spei.* R'. Directius spei, sicut et desperatio.

4. *An praesumptio causetur ex inani gloria.* R'. Illa, quae innititur propriae virtuti tentans aliquid, quod superat suam virtutem sic. Item quae innititur misericordiae Dei inordinate non,

ed potius ex superbia, quia se tantum extimat, ut Deus eum peccatorem non puniat, vel gloria privet.

22. *De praeceptis, quae pertinent ad spem, et timorem.*

1. *An de spe debeat dari aliquod praeceptum.* R. Sic per modum promissionis, sicut de fide per modum denuntiationis, quia fides et spes sunt praeambula ad legem, ut detur, et ut observetur. Item natura sufficienter non inclinat ad sperandum bonum supernaturale, sed naturale, hinc lex.

2. *An de timore fuerit dandum aliquod praeceptum.* R. Sic de timore filiali dantur in lege praecepta, ut de dilectione, quia est principium pro reverentia Dei servandi eius praecepta. Item de timore servili in initio non fuit datum praeceptum per modum praecepti, sed inducebantur homines per modum comminationis poenarum, sicut ad actum spei per modum promissionis.

23. *De charitate secundum se.*

1. *An charitas sit amicitia.* R. Sic, hominis ad Deum, quia est amor cum mutua benevolentia fundatus super communicatione, quam Deus facit nobis de sua beatitudine, sed quando solum quaerimus bonum nostrum in re amata, et non illius est amor concupiscentiae, sic amamus equum, vinum.

* Pro amicitia cum Deo et Angelis sufficit conversatio et communicatio in vita spirituali; licet non sit in exteriori. Item amicitia respectu Dei se extendit etiam ad omnes ad illum pertinentes, licet nos offendant, ut ad inimi-

cos, etiam si non sint virtuosi, ut ad peccatores propter Deum.

2. *An charitas sit aliquid creatum in anima.* R'. Sic, quia est motus animi ad fruendum Deum propter ipsum, et potentia ad faciendum actum, praesertim supernaturalem, ut est actus charitatis: indiget forma habituali inclinante eam prompte, et delectabiliter ad amandum, et ipsa facit, et non est motus immediatus a Spiritu sancto, ut ait magister.

* Charitas, qua formaliter diligimus proximum est participatio divinae charitatis, idest Deus est vita animae, effective charitas.

3. *An charitas sit virtus.* R'. Sic, quia sicut attingere rectam rationem facit virtutem moralem, sic attingere Deum, qui est supra regulam humanorum actuum; sic charitas, quae nos Deo coniungit, super quo fundatur.

4. *An sit virtus specialis.* R'. Sic, quia bonum divinum, ut est obiectum beatitudinis habet specialem rationem boni, ergo et charitas cuius boni est amor.

* Et quia ab ea aliqualiter procedunt omnes virtutes; ideo est in omni virtute, non quod sit omnis virtus, sicut omnia praecepta reducuntur ad diligendum.

5. *An charitas sit una virtus.* R'. Sic, specie propter unitatem divinae bonitatis quae est unus finis; item amicitia est multiplex, ut triplex finis, utilis, delectabilis, honestus et multiplex communicatio.

* Deus, et proximus amantur unico amore, quia proximus propter Deum, et unica ratio primaria divina bonitas: aliae sunt secundariae,

t sequuntur primam. Item amicitiae humanae unt multae propter diversos fines.

6. *An charitas sit excellentissima virtutum.* R. Sic, quia attingit Deum, ut in eo sistat; fides et pes, ut ex eo aliquid nobis proveniat; idest cognitio, vel adeptio boni.

* Voluntas nobiliori modo recipit Deum, quia anquam recipientem, quam intellectus per fidem, quia tanquam receptum. Item fides non peratur per charitatem, ut per instrumentum, ed ut per formam. Item spes dicit distinctionem a bono.

7. *An sine charitate possit esse aliqua virtus.* R. Vera, non, quia virtus dicit esse ad ultimum finem: sed si sumatur virtus, ut est ad aliquem finem particularem, potest esse, sed imperfecta. Vide hic Trid. sess. 6. can. 28.

* Actus hominis sine charitate, si ordinatur ad id, per quod caret charitate semper malus, si ad aliquod bonum etiam naturale, erit bonus in suo genere, sed non perfectus, quia non ordinatur ad ultimum finem: hinc in infideli non est vera iustitia, vel vera castitas, licet recte circa illa se habeat, sed deest charitas.

8. *An charitas sit forma virtutum.* R. Sic, quia per charitatem ordinantur actus omnium virtutum ad ultimum finem, sed in moralibus forma actus, et virtutis sumitur a fine voluntatis.

* Charitas dicitur forma non exemplariter, aut essentialiter, sed effective, idest imponens formam eis

24. *De charitatis subiecto.*

1. *An voluntas sit subiectum charitatis.* R'. Sic, cuius obiectum est bonum divinum, sicut et voluntatis; est etiam in ratione, non ut in subiecto, sed per quandam affinitatem voluntatis ad rationem. Item charitas est ipsius finis, et non est electio ad finem. Item loquimur de amore voluntatis ad bonum divinum, non de sensibili.

2. *An charitas causetur in nobis ex infusione.* R'. Sic, quia fundatur super communicatione aeternae beatitudinis, et est bonum gratuitum supranaturale, nec potest acquiri per causas naturales, sed per Spiritum sanctum cum dispositione nostra.

3. *An charitas infundatur secundum capacitatem naturalem.* R'. Non, sed Spiritus sanctus singulis, prout vult spirat, ad quam etiam praevenit disponendo magis et minus prout vult.

* Angelis fuit data gratia secundum capacitatem naturalem, quia totaliter feruntur in id, in quod feruntur, non sic homo, quia quandoque est potentia, quandoque actu.

4. *An charitas possit augeri.* R'. In via sic, in qua affectibus mentis appropinquamus Deo per charitatem.

* Charitas augetur essentialiter, idest, quod magis esse incipiat, vel radicatur in subiecto, licet ex parte obiecti sit summa semper.

5. *An charitas augeatur per additionem.* R'. Non quia illa, quae additur esset distincta, vel specie, et hoc non, quia de eodem obiecto formali; vel numero, et hoc non, quia in eadem voluntate, sed augetur, quia subiectum magis participat charitatem, idest intensive.

* Quantitas corporis augetur per additionem, quia distinguitur situ, et numero; non sic charitas. Item lumen per additionem augetur alterius luminarii, charitas non, quia in ea est unum luminare tantum.

6. *An charitas augeatur quolibet actu charitatis.* R'. Non, quia aliquando actus est remissior causa, sed homo disponitur quolibet actu ad augmentum, quia fit promptior ad operandum secundum charitatem; sed actu ferventiori crescit charitas, ut natura disponit ad augmentum, sine augmento mox auget.

7. *An charitas augeatur in infinitum.* R'. In augmento charitatis non est terminus, quia est participatio infinitae charitatis, et Deus agens est infinitae virtutis, et in subiecto crescente charitate, crescit habilitas ad maiorem charitatem.

* Charitas viae, et Patriae sunt diversae rationis in quantitate, quia haec sequitur cognitionem fidei, illa visionem, ut linea si augeatur nunquam attingit quantitatem superficiei.

8. *An charitas in hac vita possit esse perfecta.* R'. Charitas perfecta ex parte obiecti in quantum diligibile est, non potest esse, nisi in Deo infinito. Item ex parte diligentis potest esse perfecta, cum diligit quantum potest, et hoc est, vel cum totum cor semper actuatur in Deum: et hoc solum est in patria. Vel cum omnibus missis, totum suum studium ponit ad vacandum Deo, nisi quantum necessitas vitae requirit; et haec perfectio non est in omnibus iustis. Vel cum quis habitualiter suum cor ponit in Deo, et nil velit contrarium, et haec est communis omnibus iustis.

9. *An convenienter distinguantur gradus charitatis, idest, incipiens, proficiens, perfecta.* R'. Sic.

10. *An charitas possit diminui.* R'. Non ex parte obiecti, quia semper idem; non subiecti, quia peccatum mortale tollit eam, veniale non attingit, quia non deordinat ab ultimo fine, sed indirecte minuitur, quando est dispositio ad corruptionem, vel per peccatum veniale, vel per cessationem ab operibus charitatis.

* Charitas augetur, sed non minuitur.

11. *An charitas semel habita possit amitti.* R'. Via sic, quia homo liber potest peccare mortaliter.

12. *An charitas amittatur per unum actum peccati mortalis.* R'. Sic, quia facit hominem dignum morte aeterna.

23. *De obiecto charitatis.*

1. *An dilectio charitatis sistat in Deo, vel se extendat ad proximum.* R'. Ad utrumque, quia propter Deum.

2. *An charitas sit ex charitate diligenda.* R'. Ut est quoddam bonum sub subiecto charitatis sic.

3. *An creaturae irrationales sint amandae ex charitate.* R'. Non, quia non sunt capaces beatitudinis nisi ut bona hominis.

4. *An homo debeat seipsum ex charitate amare.* R'. Sic, quia est capax Dei, sed non est amicitia ad seipsum.

5. *An homo debeat suum corpus ex charitate amare.* R'. Sic, quia est a Deo, et eo utimur pro Deo.

6. *An peccatores sint amandi ex charitate.* R'. Sic secundum naturam, quia proximi, et capa-

ces beatitudinis, non secundum peccatum, imo odiendi.

7. *An peccatores diligant seipsos.* Ꝛ. Sic, et amant sui conservationem, sed non secundum hominem interiorem rationalem, ut boni.

8. *An sit de necessitate charitatis, ut inimici diligantur.* Ꝛ. Quantum ad naturam sic in generali dilectione non excludendo eos: nemo tamen tenetur specialiter diligere inimicum, nisi necessitas occurreret, sed extra hunc specialiter diligere est gloriosius.

* Inimici, ut inimici sunt, non sunt diligendi, esset enim vituperabile.

9. *An sit de necessitate salutis ostendere signa, et effectus dilectionis inimico.* Ꝛ. Signa, et beneficia communia aliis sic, quia secus esset livor. At non communia, sed quae aliquibus exhibentur, non nisi in articulo necessitatis, sed extra hunc casum pertinet ad perfectionem.

10. *An teneamur Angelos diligere ex charitate.* Ꝛ. Sic, quia communicamus in beatitudine, et sunt proximi.

11. *An debeamus daemones diligere ex charitate.* Ꝛ. Non, quia significatur natura peccato deformata. Item quoad naturam non possumus illis velle bonum, quod respicit charitas, quia hoc esset contra iustitiam Dei, sed ut conservetur eorum naturalitas ad gloriam Dei.

12. *An convenienter enumerentur quatuor ex charitate diligenda, idest Deus, proximus, corpus nostrum, et nos ipsi.* Ꝛ. Sic, quia Deus est principium beatitudinis; nos, et Angeli directe participamus; corpus per redundantiam: proximum, ut socium.

* Item alia habitudo est diligentis ad Deum, alia ad se, alia ad corpus suum; ideo non est una dilectio. Item homo diligit proximum, scilicet totum, idest etiam corpus; ideo non ponitur distincte corpus.

26. *De ordine charitatis.*

1. *An in charitate sit ordo.* Ꝛ. Sic, secundum relationem ad Deum principium, in cuius participatione fundatur charitas.

* In fide est ordo, quia principaliter de Deo, secundario de his, quae referuntur ad Deum. Item voluntas est ordinata vi intellectus.

2. *An Deus sit magis diligendus quam proximus.* Ꝛ. Sic, quia beatitudo essentialiter est in Deo, a quo derivat in omnes; imo proximus est odio habendus, si a Deo nos abducit.

* Qui non amat proximum non amat Deum, non quia proximus sit magis amandus, sed quia prius occurrit diligendus. Item similitudo nostra ad Deum est causa similitudinis ad proximum.

3. *An homo ex charitate debeat plus Deum diligere, quam seipsum.* Ꝛ. Deum, quia est bonum commune omnium. Item homo amatur propter Deum, ergo magis Deus.

* Velle frui Deo est amor concupiscentiae, loquimur de charitate, qua amamus Deum, ut bonum quoddam in se, non ut participatur.

4. *An homo ex charitate magis debeat diligere seipsum, quam proximum.* Ꝛ. Magis se secundum naturam spiritualem. Item proximus diligitur secundum societatem in beatitudine secundum quandam unionem ad Deum, sed potior ratio diligendi, quod ipse homo sit unitus Deo, quam

quod habeat socios. Item dilige proximum sicut teipsum, ergo licet proximus esset propinquior Deo, tamen non ut ipse diligens sibi. Item pro proximo potest pati in corpore, quia tunc magis se diligit, non in anima. Item charitas non quaerit quae sua sunt, idest anteponit communia propriis.

5. *An homo magis debeat diligere proximum, quam corpus proprium.* ℟. Proximum quantum ad animam.

* In casu quo tenetur providere saluti proximi est praeceptum, sed si sponte hoc faciat, est perfectionis.

6. *An unus proximus sit magis diligendus quam amicus.* ℟. Aliquos debemus magis diligere quam alios, etiam quoad effectum. Item principium dilectionis est Deus, et ipse diligens, et secundum maiorem propinquitatem ad haec principia magis aliqui diligendi quantum ad effectum, et intensionem actus, licet ex parte boni, quod amico optamus, omnes aequaliter amemus.

7. *An magis debeamus diligere meliores, quam nobis propinquiores.* ℟. Ex parte obiecti, idest Dei propter quem diligimus proximum, tunc debemus magis diligere propinquiores Deo, et desiderare maiorem beatitudinem secundum iustitiam Dei, sed ex parte diligentis, unde est intensio charitatis, tunc propinquiores sibi maiori affectu, quam meliores, et optare eis maiorem gradum beatitudinis.

8. *An sit magis diligendus is, qui est magis coniunctus secundum originem carnalem.* ℟. In his, quae pertinent ad naturam sic, ut honorare parentes; sed in pertinentibus ad singulas coniun-

ctiones aliorum, ut concives, commilitones, plus hos, quam consanguineos.

9. *An homo ex charitate plus debeat diligere filium, quam patrem.* ℟. Ex parte obiecti, magis patrem, quia est principium, et similior Deo; ex parte diligentis, magis filium, quia coniunctior, cum sit aliquid patris.

* Ratione coniunctionis pater magis diligit filium: sed ratione altioris boni, filius magis patrem. Item pater debet magis curare utilitatem filii, sed filius honorem parentis, et in necessitate providere patri.

10. *An homo debeat diligere magis matrem, quam patrem.* ℟. Patrem, quia pater est principium per modum agentis, et mater patientis; ratione generationis, alio amore plus matrem, quia plus amat, et laborat.

11. *An homo plus debeat diligere uxorem, quam parentes.* ℟. Secundum rationem obiecti, idest boni, parentes magis, quia sunt principium, et proximi; sed uxor diligitur ut suum corpus: sed ratione coniunctionis, magis uxor, quia fit una caro; et ly sicut carnem suam, non dicit aequalitatem, sed causam dilectionis.

12. *An homo magis debeat diligere benefactorem, quam beneficiatum.* ℟. Ratione maioris coniunctionis beneficiatum, quia est opus suum, et bonum, sed ratione excellentioris boni, benefactorem, quia est principium boni in beneficiato. Item benefactor diligit beneficiatum ex seipso motus, sed iste illum amat provocatus ab illo, quod autem est ex se est potius eo, quod est per aliud.

* Amor beneficiati ad dantem est magis debi-

tus, ideo eius peccatum est gravius. Item benefactores, a quibus maxima beneficia recipimus, ut Deus, et parentes praeferuntur his, quibus aliqua minora bona contulimus.

13. *An ordo charitatis remaneat in patria.* R'. Sic, quoad Deum, qui super omnia amabitur, ut ultimus finis, sed ordo sui ipsius ad alios non erit ibi, ut in via, quia ibi quisque plus diliget meliorem quam seipsum, quia meliori optat maius bonum secundum divinam iustitiam; sed in via potest quisque sibi maius bonum optare, quia semper proficit. Item secundum intensionem actus quisque plus se diligit, quam meliorem sicut in via, quia est magis sibi coniunctus, et natura ibi non tollitur, sed perficitur. Item respectu proximorum ad invicem ibi semper melior magis, et intensius diligitur, quia propinquior Deo. Item ibi magis propinquus pluribus modis amabitur quam melior, quia erunt causae amoris honestae, sed his praefertur amor sumptus ex propinquitate ad Deum.

27. *De principali actu charitatis, qui est dilectio.*

1. *An charitatis sit magis proprium amari, quam amare.* R'. Amare, quia convenit per se.

* Melior ex eo, quia melior, est magis amabilis, sed ex eo, quia in eo est maior, et perfectior charitas, est magis amans. Item quisque vult amari, ut honoretur, et sic propter aliud; sed amat per se.

2. *An amare, ut est actus charitatis sit idem, quod benevolentia.* R'. Non, quia charitas est amicitia, et benevolentia est amicitiae principium.

3. *An Deus sit propter seipsum charitate aman-*

dus. ℟. Sic, quia est ultimus finis, et substantia bonitatis.

4. *An Deus in hac vita possit immediate amari.* ℟. Sic, quia amor fertur in Deum secundum se, immediate, quia Deus est maxime amabilis, et remanet post viam; non sic cognitio, quia dilectio incipit ubi desinit cognitio, idest in ipsa re, licet incognita non amentur.

5. *An Deus possit totaliter amari.* ℟. Quantum est diligibilis in se, non, quia infinitus, sed totus totaliter, idest totis viribus nostris, sic.

6. *An sit habendus aliquis modus divinae dilectionis.* ℟. Respectu rei mensuratae, non est modus, quia causa diligendi est Deus, et modus sine modo; et quanto plus diligitur, tanto dilectio est melior, et non potest esse excessus, sicut est modus in mensura, ut ex toto corde, idest, quantum potest diligi: qui modus est sine modo.

7. *An sit magis meritorium diligere inimicum, quam amicum.* ℟. Ex parte proximi, amicum, quia est melior, magis coniunctus: sed ex parte rationis *ob quam*, idest Deum, inimicum, quia propter solum Deum: sed amare amicum potest esse propter aliam rationem, quam propter Deum. Item est fortior amor inimici, licet dilectio amicorum secundum se sit ferventior, et melior, quam inimicorum.

8. *An sit magis meritorium diligere proximum, quam diligere Deum.* ℟. Per se Deum, sed si diligat proximum propter Deum, tunc magis diligere proximum includit dilectionem Dei.

* Non omne, quod est difficilius est magis meritorium, sed quod sic est difficilius, ut sit melius.

28. *De gaudio.*

1. *An gaudium sit in nobis effectus charitatis.* Ꝑ. Spirituale de Deo, sic, quia Deus est in amante, etiam in via per inhabitationem gratiae. Item luctus est etiam ex charitate, quia tristatur de eo, quod repugnat bono.

* Gaudium de bono divino, ut a nobis participatur oritur ex spe, sed non gaudium, quod est de bono divino in se considerato.

2. *An gaudium spirituale causatum a charitate admittat admixtionem tristitiae.* Ꝑ. De bono divino secundum se, non, sed ut participatur a nobis sic, quia potest impediri, ut per peccata, vel quia differtur gloria.

3. *An gaudium spirituale causatum a charitate possit impleri in nobis.* Ꝑ. Non in via, sed in Patria.

4. *An gaudium sit virtus.* Ꝑ. Non est virtus distincta a charitate, sed est actus, effectus, fructus.

29. *De pace.*

1. *An pax sit idem, quod concordia.* Ꝑ. Non, quia mali habent concordiam, sed non veram pacem.

2. *An omnia appetant pacem.* Ꝑ. Sic, quia omnia appetunt tranquille, et sine impedimento venire ad id quod appetunt.

3. *An pax sit proprius effectus charitatis.* Ꝑ. Sic, pax cum Deo, et hominibus, quae non est vera sine gratia gratum faciente.

4. *An pax sit virtus.* Ꝑ. Non, sed actus charitatis, de qua datur praeceptum, et est beatitudo, et fructus.

30. *De misericordia.*

1. *An malum sit proprium motivum ad misericordiam.* Ɽ. Involuntarium sic.

2. *An defectus sit ratio miserendi ex parte miserentis.* Ɽ. Sic, quia est ratio tristitiae.

3. *An misericordia sit virtus.* Ɽ. Ut est motus regulatus a ratione est virtus, ut est sensus non.

4. *An misericordia sit maxima virtutum.* Ɽ. Non, quia charitas est maior, sed in se, ut respicit proximum, est maxima, quia supplere defectus alicuius, est superioris, et melioris.

31. *De beneficentia.*

1. *An beneficia sint actus charitatis.* Ɽ. Sic, vel amicitiae, ut dare, quia amicus, sicut dare, quia debes, est actus iustitiae, quia misereris, est actus misericordiae, secundum diversam specialem rationem boni.

2. *An sit omnibus benefaciendum.* Ɽ. Sic, sicut charitas est ad omnes pro loco, et tempore, saltem animo, si desunt res.

* Excommunicato, et inimico Reipub. in necessitatibus naturae est subveniendum, nisi ex iustitia pateretur.

3. *An sit magis benefaciendum his, qui sunt nobis magis coniuncti.* Ɽ. Sic, iuxta varias propinquitates, et caeteris paribus: nam aliquando magis extraneo summe indigenti, quam proprio non summe, prudentis arbitrio.

4. *An beneficentia sit virtus specialis.* Ɽ. Non, sed est actus charitatis.

32. *De eleemosyna.*

1. *An dare eleemosynam sit actus charitatis.* Ꝛ. Sic, quia motivum est misericordia, quae est effectus charitatis, idest, est actus elicitus a misericordia, imperatus a charitate, et loquimurco modo, quo debet esse, idest in charitate.

2. *An convenienter eleemosynarum genera distinguantur.* Ꝛ. Sic, et sunt opera misericordiae septem corporalia, et septem spiritualia (Vide).

3. *An eleemosynae corporales sint potiores spiritualibus.* Ꝛ. Simpliciter spirituales, quia spiritus dignior; sed aliquando corporales.

4. *An eleemosynae corporales habeant effectum spiritualem.* Ꝛ. Sic, quia ex charitate in Deum, et proximum, et ille cui subvenitur orabit pro benefactore.

5. *An dare eleemosynam sit in praecepto.* Ꝛ. Ex superfluo, et existenti in extrema necessitate sic, secus est consilium.

6. *An quis debeat dare eleemosynam de necessario.* Ꝛ. De necessario sine quo ipse, vel sui sustentari non possunt, non tenetur, nisi in casu, quo dando alicui, sustentaretur Ecclesia, vel Resp., quia bonum commune est praeferendum particulari. Item de necessario, sine quo ipse, et sui honeste secundum statum, et conditionem possunt sustentari, bonum est dare, sed de consilio. Item dare ita, ut homo non convenienter vivat secundum suum statum potest esse peccatum, sed excipitur: primo, quando mutat statum, ut per ingressum religionis dans omnia, est perfectio: secundo, quando de facili resarciri potest: tertio, quando esset extrema neces-

sitas privatae personae, vel aliqua necessitas Reipublicae.

7. *An possit fieri eleemosyna de iniuste acquisitis.* R. De certis non, de incertis sic, et si per simoniam.

* De acquisitis per meretricium fit eleemosyna, sed non sacrificium, vel oblatio propter scandalum, et reverentiam. Item qui lucratur in ludo ab eo, qui alienare non potest, vel a furioso, vel ab eo, quem traxit ad ludum, ut fraudulenter lucraretur tenetur restituere; nisi contraria consuetudo praevaleat, et si ab eo lucratur qui eum traxit ad ludum tunc debet facere eleemosynam, quia qui amisit est indignus recipere, et per statutum ipse retinere non potest. Item in extrema necessitate omnia sunt communia, et potest quis de alieno dare eleemosynam.

8. *An qui est sub aliena potestate possit facere eleemosynam.* R. Non nisi de licentia superioris, sed si habet aliquid proprium, ratione cuius non sit sub potestate, potest.

* Monachus non potest dare, quia non habet proprium; potest tamen dare de licentia praelati, vel expressa, vel probabiliter praesumpta, vel in casu necessitatis. Item uxor habens aliquid praeter dotem, vel ex suo lucro, vel alio licito modo, potest dare eleemosynam sine consensu viri, sed moderate, ne depauperetur vir; secus non potest sine consensu viri, expresso vel tacito, nisi in casu necessitatis. Hinc sancta Lucia habuit sponsum, non virum; et sic de consensu matris potuit facere eleemosynam. Item filius familias non potest nisi modicum,

de qua potest praesumere, quod placet patri, et nisi a patre sit ei aliqua dispensatio commissa.

9. *An eleemosyna sit danda magis propinquis.* R'. Simpliciter sic secundum differentiam coniunctionis, sanctitatis, utilitatis; nam sanctiori, et magis indigenti, et magis utili communi bono est magis danda eleemosyna, quam propinquiori, si non sit sub cura nostra, vel in magna necessitate secundum ordinem charitatis. Item distributor si est pauper potest sibi facere eleemosynam.

10. *An eleemosyna sit abundanter facienda.* R'. Secundum proportionem propriae facultatis, et suppleat necessitatem pauperum, non tamen ut superabundent cum superfluitate, sed melius est pluribus indigentibus dare.

33. *De correctione fraterna.*

1. *An correctio fraterna sit actus charitatis.* R'. Sic, quia est eleemosyna. Item potest esse actus iustitiae.

2. *An correctio fraterna sit sub praecepto.* R'. Sic, sed cum debitis circumstantiis, quia est affirmativum.

3. *An correctio fraterna pertineat tantum ad praelatos.* R'. Quae fit per simplicem admonitionem ad emendationem, pertinet ad omnes, sed quae est actus iustitiae ad Praelatos. Item prima specialiter ad sacerdotes.

4. *An quis teneatur corrigere Praelatum suum.* R'. Ea correctione, quae est actus charitatis sic, sed cum reverentia; quae iustitiae, non.

5. *An peccator debeat corrigere delinquentem.* R'. Sic, et debet cum humilitate.

6. *An quis debeat cessare a correctione ob timorem, ne ille fiat deterior.* R'. Ob probabilem sic.

7. *An in correctione fraterna debeat de necessitate praecepti praecedere admonitio denuntiationem.* R'. Quando peccatum est occultum, et damnificat solum peccantem, et correctorem, sic, quia sufficit subvenire peccanti, ut servetur fama eius. At si peccatum est publicum non debet praecedere, ne impunita appareant peccata. Item si sunt peccata secreta, sed nociva proximo in corporalibus, ut si quis velit tradere Urbem hostibus, vel in spiritualibus, ut haereticus, sunt statim denuntianda, nisi quis firmiter putaret se posse haec mala impedire, per simplicem admonitionem, quia in his casibus frater non peccat solum in te, sed in alios.

* Item si superior, seu Praelatus praecipit, ut sibi deferatur quando quis sciverit aliquid corrigendum, intelligitur semper salvo ordine correctionis, quia Praelato non est obediendum contra praeceptum Dei. Item Praelatus non potest praecipere aliquid super occultis, nisi adsint manifestativa, tunc enim potest et exigere iuramentum de veritate danda.

8. *An inductio testium debeat praecedere denuntiationem publicam.* R'. Sic, nisi frater fiat deterior.

54. *De odio.*

1. *An quis possit Deum odio habere.* R'. Ut apprehenditur peccatorum punitor sic, secus non.

2. *An odium Dei sit maximum peccatorum.* R'. Sic, quia in hoc voluntas secundum se avertitur

a Deo, et est peccatum in Spiritum sanctum.

3. *An omne odium proximi sit peccatum.* R'. In eo, quod habet a Deo, sic, sed ut mali sunt, idest peccatum odisse, non.

4. *An odium proximi sit gravissimum peccatorum, quae in eum committantur.* R'. Ex parte affectus odientis sic, quia in eo pervertitur voluntas; sed ex parte nocumenti proximi, non, quia peccata exteriora magis eis nocent.

5. *An odium sit vitium capitale.* R'. Non, quia recedit a Deo paulatim.

6. *An odium oriatur ex invidia.* R'. Sic, quia invidia est tristitia de bono alterius, et ex tristitia odium.

35. *De accidia.*

1. *An accidia sit peccatum.* R'. Sic, quia est torpor mentis, vel tristitia deprimens animum, ne faciat bonum spirituale.

2. *An accidia sit speciale peccatum.* R'. Ut est tristitia de bono, de quo charitas gaudet sic, sed de bono spirituali in communi non est specialis sed generalis, quia quodlibet vitium refugit bonum spirituale virtutis oppositae.

3. *An accidia sit peccatum mortale.* R'. De genere suo sic, quia contrariatur charitati, secus si non est plenus consensus, vel ad quae non tenetur.

4. *An accidia sit vitium capitale.* R'. Sic, quia ex ea multa vitia oriuntur, et sic eius sunt sex filiae.

36. *De invidia.*

1. *An invidia sit tristitia.* R'. Sic, quia est de bono alterius, ut aestimatur malum proprium, idest minuit nostrum.

* Amatores honoris sunt magis invidi de gloria alterius propinqui, quia frustrantur proprio, sic et pusillanimes. Item senes invident iunioribus, quia habent quae ipsi amiserunt. Item inter multum distantes non est invidia.

2. *An invidia sit peccatum.* R'. Sic, si dolet in quantum alter excedit illum in bonis, sed si ex his timet damnum sibi, non. Item tristari de bono alterius, non quia ille habet, sed quia ego non habeo, non est peccatum, sed aemulatio laudabilis.

3. *An invidia sit peccatum mortale.* R'. De suo genere sic, quia contrariatur charitati in obiecto, sed non si sit primi motus in sensu.

4. *An invidia sit vitium capitale.* R'. Sic, quia ex ea oriuntur multa peccata, et habet filias, ut susurratio, detractio, exultatio in adversis, afflictio in prosperis.

37. *De peccatis quae opponuntur paci.*

1. *An discordia sit peccatum.* R'. Ex genere suo est peccatum mortale, quando deliberate dissentit a bono divino, vel a bono proximi, in quo debet consentire, sed primi motus sunt peccatum veniale. Item, quia est contra charitatem, quae corda unit. Item discordare in opinionibus, si non est in re fidei cum errore et pertinacia, non est peccatum mortale.

2. *An discordia sit filia inanis gloriae.* R'. Sic, quia inordinate praefert quae sua sunt alienis. Item et invidiae.

38. *De contentione.*

1. *An contentio sit peccatum mortale.* R'. Si impugnat veritatem inordinate, sic, si falsitatem

debito modo est laudabilis, si modo indebito, est peccatum veniale, nisi adsit scandalum. Item contentio est contrarietas in locutione, seu verbis contra veritatem, sicut discordia est in voluntate.

2. *An contentio sit filia inanis gloriae.* R'. Sic sicut et discordia eodem modo. Item saepe causatur ex defectu scientiae, ex qua oritur inanis gloria, sicut ex humilitate superbia.

39. *De schismate.*

1. *An schisma sit peccatum speciale.* R'. Sic, quia separat a capite, idest Papa, et a membris Ecclesiae eos, qui propria sponte subesse nolunt capiti; et sic est contra charitatem.

* Peccatum dividit a Deo, sed non est schisma, quia peccator non intendit hoc; sic qui non obedit praeceptis Ecclesiae, nisi pertinaciter hoc intendat. Item schisma et haeresis sunt diversa peccata, quia haec habet perversum dogma, illud dividit. Item omnis haereticus est schismaticus, sed non contra. Item nullum est schisma, quod non sibi aliquam haeresim fingat.

2. *An schisma sit gravius peccatum infidelitate.* R'. Est gravius infidelitas, quia est contra ipsum Deum in se, schisma contra unitatem Ecclesiae, quod est minus, quam Deus: sed ex accidenti potest esse maius, ut cum maiore contemptu.

3. *An schismatici habeant aliquam potestatem.* R'. Habent ordinis, sed non usum eius, sed nullam iurisdictionem.

4. *An convenienter schismatici excommunicen-*

tur. ℟. Sic, praesertim, quia peccant se separando ab Ecclesia, ut se emendent etiam puniuntur brachio sacculari. Item in necessitate licet accipere baptismum a schismatico.

40. *De bello.*

1. *An bellare sit semper peccatum*. ℟. Non, si fiat auctoritate Principis, iusta causa et recta intentione.

2. *An clericis et Episcopis sit licitum pugnare*. ℟. Non cum sanguinis effusione, etiam in bello iusto.

3. *An liceat in bellis uti insidiis*. ℟. Non dicendo falsum, vel non servando promissum, sed licet uti insidiis ad fallendos hostes, non aperiendo eis nostrum propositum, nec sunt vere fraudes.

4. *An liceat in diebus festis bellare*. ℟. Iusta bella in necessitate sic, quia sunt ad salutem Reipublicae.

41. *De rixa.*

1. *An rixa sit semper peccatum*. ℟. Sic, quia est quando ex ira invicem se percutiunt, et si graviter, est mortale.

2. *An rixa sit filia irae*. ℟. Sic proprie, licet remote sit a concupiscentia, ab odio etc.

42. *De seditione quae opponitur paci.*

1. *An seditio sit speciale peccatum ab aliis distinctum*. ℟. Sic, quia opponitur speciali bono, idest paci multitudinis.

2. *An seditio semper sit peccatum mortale*. ℟. De genere suo sic, et maius rixa, quia contra bonum commune.

43. *De vitiis quae opponuntur beneficentiae, et primo de scandalo.*

1. *An scandalum convenienter definiatur, idest dictum, vel factum minus rectum praebens occasionem ruinae.* R. Sic, sicut obex in via corporali, cui impingens disponitur ad ruinam, sic in spirituali.

2. *An scandalum sit peccatum.* R. Activum semper est peccatum in eo, qui scandalizat, quia opus habet speciem peccati, et est dimittendum propter charitatem proximi; passivum semper est peccatum in eo qui scandalizatur, quia ruit spiritualiter, sed potest esse sine peccato illius, qui facit opus bonum, sicut activum sine peccato scandalizati.

* Scandalum aliquando significat quodcunque impedimentum. Matth. 16.: Scandalum tu mihi es: et saltem est peccatum veniale, si retardat in via Dei.

3. *An scandalum sit speciale peccatum* R. Scandalum activum si fiat cum speciali intentione trahendi ad peccatum est speciale peccatum, quia finis dat speciem in moralibus, secus non, sicut nec passivum est speciale peccatum.

4. *An scandalum sit peccatum mortale.* R. Quando actus est mortalis, vel contemnit salutem proximi, sic, secus non. Item qui per actum mortalem intendit inducere proximum ad peccatum veniale peccat mortaliter.

5. *An scandalum passivum possit cadere etiam in perfectis.* R. Si perfecte Deo adhaerent per amorem, non, quia non recedunt, vel moventur a sua rectitudine per inordinata dicta, vel facta proximi.

* Viri perfecti aliquando incidunt in peccata venialia, sed infirmitate carnis, non quod scandalizentur.

6. *An scandalum activum possit inveniri in viris perfectis.* R. Non, quia recte dicunt et faciunt, et si in aliquo deviant, nascitur ex infirmitate humana, ut aliqua peccata venialia, sed non recedunt multum a ratione, unde alii rationabiliter non possunt scandalizari. Item scandalum passivum aliquando fit sine activo.

7. *An bona spiritualia sint dimittenda propter scandalum.* R. Cum scandalo activo nihil est faciendum. Item bona spiritualia quae sunt de necessitate salutis, non sunt dimittenda; si non sunt de necessitate salutis, et scandalum est ex malitia, idest, ut impediantur bona, non dimittenda, si ex infirmitate, vel ignorantia, sunt occultanda vel differenda.

* Non est committendum peccatum veniale ad vitandum scandalum.

8. *An propter scandalum sint temporalia dimittenda.* R. Bona commissa ad conservandum, ut bona Ecclesiae Praelatis, vel communia rectoribus Reipub. non. Item si scandalum est ex malitia, non; si propter ignorantiam vel infirmitatem, vel sunt totaliter dimittenda, vel scandalum sedandum.

44. *De praeceptis charitatis.*

1. *An de charitate debeat dari aliquod praeceptum.* R. Sic, quia est finis.

2. *An de charitate fuerint danda duo praecepta.* R. Sic idest de dilectione Dei, et proximi propter rudes.

3. *An sufficiant duo praecepta charitatis.* R.

Sic, quia Deu sest finis, proximus est id, quod est ad finem.

4. *An convenienter mandetur, ut Deus diligatur ex toto corde.* ℟. Sic, quia Deus est finis ultimus, ad quem omnia.

* Toto corde actu diligitur in patria, habitu in via, cui non contradicit peccatum veniale.

5. *An convenienter addatur ex tota anima et viribus.* ℟. Sic, idest cum voluntate, intellectu, corpore, etc. est amandus.

6. *An hoc praeceptum dilectionis possit in via impleri.* ℟. Imperfecte, sed in Patria perfecte, hic qui implet imperfecte non peccat.

7. *An convenienter detur praeceptum de dilectione proximi.* ℟. Sic, sed non aequaliter, sed similiter, idest, in finem ultimum.

8. *An ordo charitatis sit sub praecepto.* ℟. Sic, quia pertinet ad virtutem, et qui magis sunt proximi, magis diligendi.

45. *De dono sapientiae.*

1. *An sapientia debeat computari inter dona Spiritus sancti.* ℟. Sic, quia cognoscit causam altissimam, idest Deum, et iudicat de omnibus secundum veritatem divinam, et est infusa, non acquisita, per quam homo recte Deum timet et colit.

2. *An sapientia sit in intellectu, ut in subiecto.* ℟. Hoc donum habet causam in voluntate, idest charitatem, sed essentiam in intellectu.

3. *An sapientia sit speculativa tantum, vel etiam practica, quae est donum.* ℟. Est utrumque, idest per regulas divinas dirigit actus hominis.

4. *An sapientia possit esse sine gratia, et cum peccato mortali.* Ɽ. Non, ut est donum, quia supponit charitatem, licet ab ea differat.

5. *An sapientia sit in omnibus habentibus gratiam.* Ɽ. Sic, quia gratia non deficit in necessariis, ut nec natura, sed non aequali gradu.

6. *An dono sapientiae respondeat septima beatitudo, idest beati pacifici.* Ɽ. Sic, et quoad meritum, et quoad praemium.

46. *De stultitia quae opponitur sapientiae.*

1. *An stultitia opponatur sapientiae.* Ɽ. Sic ut contrarium, sed fatuitas, ut negatio, quia stultitia dicit stuporem, et hebetudinem cordis, et obtusionem sensus, fatuitas dicit totalem privationem sensus spiritualis: sapientia facit aptum cognoscere altissima.

* Insipientia et stultitia sunt idem, sed haec est circa humana. Item quae opponitur sapientiae humanae, est bona stultitia, ut non sapere propter Deum.

2. *An stultitia sit peccatum.* Ɽ. Naturalis non, sed quae est ex amore saeculi sic, quia voluntaria in prohibitis.

3. *An stultitia sit filia luxuriae.* Ɽ. Maxime est ea, quia in ea maxime immergitur animus, et fit ineptus.

47. *De prudentia secundum se.*

1. *An prudentia sit in vi cognoscitiva, vel appetitiva.* Ɽ. In cognoscitiva, quia est videre futura.

* Licet amor moveat ad actum prudentiae, et faciat discernere. Item electio est prudentiae consequenter.

2. *An prudentia pertineat ad rationem pra-*

cticam, vel speculativam. ℣. Ad practicam, quia est recta ratio agibilium.

3. *An prudentia sit cognoscitiva singularium.* ℣. Sic, quia applicat universalia ad opus particulare.

4. *An prudentia sit virtus.* ℣. Est virtus intellectualis moralis, quia applicat bonum sub ratione boni.

5. *An prudentia sit virtus specialis.* ℣. Sic, quia habet speciale obiectum formaliter ab aliis distinctum, idest, circa contingentia.

6. *An prudentia praestituat finem virtutibus moralibus.* ℣. Non, sed disponit de his, quae sunt ad finem.

7. *An prudentia sit invenire medium in virtutibus moralibus.* ℣. Sic, quia per hanc conformantur rectae rationi.

8. *An praecipere sit principalis actus prudentiae.* ℣. Sic, quia est propinquior fini, et applicat media ad finem.

9. *An sollicitudo pertineat ad prudentiam.* ℣. Sic, quia est motus secundum praeceptum, et directionem rationis.

10. *An prudentia se extendat ad regimen multitudinis.* ℣. Sic, quia bonum commune melius, quasi totum parte.

11. *An prudentia de bono proprio differat specie ab ea quae est de bono communi.* ℣. Sic, quia in ratione formali finis, ut Politica de bono communi civitatis, Oeconomica de bono domus, Monastica de bono unius personae.

12. *An prudentia sit in subditis, vel solum in principibus.* ℣. In utrisque, sed in his architectonice; in illis, ut operantibus.

13. *An prudentia possit esse in peccatoribus.* R° Vera ad bonum finem totius vitae non, quia essent boni, falsa ad malum finem sic: unde dicitur prudens latro. Item prudentia indifferentium, sicut prudens negotiator.

14. *An prudentia sit in omnibus habentibus gratiam.* R'. Sic, quia nullus est virtuosus sine prudentia, et in dubiis saltem sibi consulunt consilia petendo. Item pueris baptizatis est prudentia gratuita secundum habitum, non loquimur de acquisitis.

15. *An prudentia insit nobis a natura.* R'. Non, sed per experientiam, vel doctrinam, sed insunt principia naturalia.

16. *An prudentia possit amitti per oblivionem.* R'. Non tollitur, sed impeditur, quia consistit etiam in appetitu, non solum in cognitione.

48. *De partibus prudentiae.*

1. *An convenienter assignentur partes prudentiae.* R'. Sic, quia ut est in intellectu, sunt memoria, ratio, intellectus, docilitas, solertia; ut est praeceptiva, sunt prudentia, circumspectio, cautio. Item subiectivae sunt cognitio militaris, Oeconomica, Politica: sunt etiam aliae partes large sumptae, et ibi declarantur omnes.

49. *De singulis prudentiae partibus quasi integralibus.*

1. *An memoria sit pars prudentiae.* R'. Sic, quia debet recordari de his, quae ut plurimum accidunt, ut praevideat futura.

*Memoria adiuvatur propter similitudines corporales, non minus consuetas, secus similitudines spirituales, quia facile labuntur. Secundo

si in consideratione sua ordinate disponat illa, quia uno memorato subvenit aliud. Tertio, si ad ea ponat sollicitudinem et affectum, quia quando aliquid est magis impressum, minus labitur.

2. *An intellectus sit pars prudentiae.* ℟. Ut est recta aestimatio alicuius principii sic, quia prudentia est recta ratio agibilium.

*Intellectus ut est cognoscitivus universalium, est virtus intellectualis distincta a prudentia. Item, ut est acuta cogitatio divinorum, est donum Spiritus sancti.

3. *An docilitas sit pars prudentiae.* ℟. Sic, et est ut quis erudiatur in diversitate rerum, praesertim a senibus, et fiat prudens.

4. *An solertia sit pars prudentiae.* ℟. Sic, et est facilis, et prompta coniecturatio circa rationem medii.

5. *An ratio sit pars prudentiae.* ℟. Sic, quia inquirendo procedere ex quibusdam ad alia est rationis, ergo prudentiae.

* Ratio hic sumitur non pro prudentia, sed pro usu. Item intellectus, et ratio sunt potentia, sed denominantur ab actibus ille penetrando, haec inquirendo.

6. *An providentia sit pars prudentiae.* ℟. Sic, a qua principaliter denominatur prudentia.

7. *An circumspectio sit pars prudentiae.* ℟. Sic, ut ea quae sunt ad finem conferat cum his quae circumstant.

8. *An cautio sit pars prudentiae.* ℟. Sic, ut caveat a malis. Item, quae requiruntur ad perfectionem prudentiae sunt partes eius.

50. *De partibus subiectivis prudentiae.*

1. *An regnativa sit species prudentiae.* ℟. Sic, quia est specialis ratio regiminis in Rege, vel Civitate.

2. *An politica sit pars prudentiae.* ℟. Sic, ut est rectitudo regiminis, quia seipsos dirigunt obediendo superioribus.

3. *An oeconomica sit species prudentiae.* ℟. Sic, quia domus est media inter singularem personam, et civitatem.

4. *An militaris sit species prudentiae.* ℟. Sic, quia in bello sunt multa consilia ad repellendos hostes.

51. *De virtutibus adiunctis prudentiae.*

1. *An Eubulia sit virtus humana.* ℟. Sic, quia facit bene consiliari, quae in nullo peccatore est.

2. *An Eubulia sit virtus distincta a prudentia.* ℟. Sic, quia est consiliativa, et prudentia est praeceptiva.

3. *An Synesis sit virtus.* ℟. Sic, quia dicit rectum iudicium circa operabilia, circa quae est prudentia.

4. *An Gnome sit virtus specialis.* ℟. Sic, quae quandam perspicacitatem iudicii circa altiora continet.

52. *De dono consilii.*

1. *An consilium sit inter dona Spiritus sancti.* ℟. Sic, quia hoc anima redditur bene mobilis a Spiritu sancto, et Deus movet secundum modum eius, quod movetur; et homo movetur per inquisitionem rationis, scilicet consilio, quod Spiritus sanctus movet.

* Homo per prudentiam, et Eubuliam diri-

gitur secundum rationem humanam, quae non potest omnia, sed per hoc donum a Deo.

2. *An donum consilii respondeat virtuti prudentiae.* ℟. Sic eam perficiens. Item mens humana hoc dono est ut mota, quo mota se movet; ideo non dicitur praeceptum, sed consilium, quo potest se, et alios dirigere cum prudentia.

3. *An donum consilii maneat in Patria.* ℟. Sic, quatenus a Deo continuatur cognitio eorum quae sciuntur, et illuminantur homines circa ea quae nesciunt in agendis sine anxietate, et sic aliter in via, aliter ibi.

4. *An quinta beatitudo, idest misericordia respondeat dono consilii.* ℟. Sic, ut dirigenti.

53. *De vitiis prudentiae oppositis.*

1. *An imprudentia sit peccatum.* ℟. Si sumatur pro carentia prudentiae quam quis potest, et debet habere, est peccatum ratione negligentiae, quia non curavit cum posset: si sumatur contrarie, idest, quia ratio agit contra modum prudentiae, est proprie peccatum, et si avertit a regulis divinis, est peccatum mortale, ut qui contemnit divina documenta agit praecipitanter, sed si sine contemptu, et sine detrimento salutis, est peccatum veniale. Item imprudentia negativa naturalis non est peccatum.

2. *An imprudentia sit speciale peccatum.* ℟. Sic, quia est circa actus speciales rationis, et opponitur virtuti prudentiae, sed per participationem est peccatum generale, et est in omnibus peccatis, et habet sub se multas species, sicut prudentia, ut dixi.

3. *An praecipitatio sit peccatum contentum sub*

imprudentia. R/. Sic, quia inordinate sine mediis, ratio ruit in ultimum.

4. *An inconsideratio sit peccatum speciale sub imprudentia*. R/. Sic, quia est defectus recti iudicii, quando homo negligit discutere.

5. *An inconstantia sit species imprudentiae*. R/. Sic, quia est desistere a meliori bono, et est defectus rationis.

6. *An praedicta vitia oriantur ex luxuria*. R/. Maxime ex ea, quia delectatio maxime est in venereis, quae totam animam absorbet, et corrumpit extimationem prudentiae, et extinguit iudicium rationis.

54. *De negligentia.*

1. *An negligentia sit peccatum speciale*. R/. Sic, quia est defectus debitae sollicitudinis, et opponitur peccatis ex contemptu, sicut sollicitudo est specialis virtus, cuius materia sunt bona quae fiunt defectuose ex negligentia.

2. *An negligentia opponatur prudentiae*. R/. Sic, quia directe opponitur sollicitudini, quae pertinet ad prudentiam, et consistit in defectu interioris actus, sicut pigritia ad executionem. Item omissio pertinet ad actum exteriorem, et est effectus negligentiae, et opponitur iustitiae, non sic negligentia.

3. *An negligentia possit esse peccatum mortale*. R/. Quando omittitur aliquid quod est de necessitate salutis, sive sit actus, sive circumstantia, vel voluntas ita remittitur circa ea quae Dei sunt, ut a charitate deficiat, praecipue si ex contemptu; secus est veniale. Item negligentia quae minuit fervorem charitatis, est peccatum venia-

le. Item amare Deum ex negligentia solum amore naturali, est peccatum mortale.

55. *De vitiis oppositis prudentiae.*

1. *An prudentia carnis sit peccatum.* Ꝑ. Sic, quia habet bona carnis, ut ultimum finem, secus si non, licet ametur caro.

2. *An prudentia carnis sit peccatum mortale.* Ꝑ. Quando non deordinat a Deo, sed minuit, est peccatum veniale, secus est mortale.

* Quod opponitur prudentiae non statim est gravissimum peccatum, sed quod opponitur in aliquo maximo.

3. *An astutia sit speciale peccatum.* Ꝑ. Sic, et est distinctum a prudentia carnis, et opponitur prudentiae, quae prudentia participatur ab omni virtute, ut dicitur in secundo articulo. Item contra prudentiam peccatur dupliciter, vel quia studium rationis ordinatur ad finem non vere bonum, sed apparentem, et est prudentia carnis, vel quia ad finem non utitur veris viis, sed apparentibus, et est peccatum astutiae.

4. *An dolus sit peccatum pertinens ad astutiam.* Ꝑ. Sic, quia est executio astutiae ad circumveniendum.

5. *An fraus pertineat ad astutiam.* Ꝑ. Sic, quia ordinatur ad deceptionem, et est executio astutiae.

6. *An sit licitum habere sollicitudinem de temporalibus rebus.* Ꝑ. Est illicita si quaerantur ut finis ultimus, vel propter studium superfluum, ita ut quis retrahatur a spiritualibus, vel si superfluo timore timeat, ne sibi necessaria deficiant faciendo quod debet, cum sapientia Dei

regat omnia. Item sollicitudo quaerentis panem labore, si sit moderata, est licita, sicut est in operibus charitatis.

7. *An quis debeat esse sollicitus futurorum.* R'. Non, sed de qualibet re suo tempore, quia tempus debitum est circumstantia actus virtuosi, ut tempore aestatis esse sollicitum de vindemia est superfluum. Nota, ad prudentiam pertinet providentia debita futurorum, sed non praeveniendum tempus sollicitudinis.

8. *An haec vitia oriantur ex avaritia.* R'. Sic, quia iustitiae maxime opponitur avaritia.

56. *De praeceptis pertinentibus ad prudentiam.*

1. *An de prudentia fuerint danda aliqua praecepta in Decalogo.* R'. Non, quia omnia praecepta decalogi pertinent ad eam, ut est directiva actuum omnium virtutum.

* Praecepta magis debuerunt pertinere ad iustitiam; quae principalius respicit rationem debiti, quod requiritur ad praeceptum, licet prudentia sit principalior virtus inter morales. Item in Doctrina Evangelica oportuit dari praecepta de prudentia, quia est doctrina perfectionis perfecte instruens hominem.

2. *An in veteri lege convenienter fuerint posita praecepta prohibitiva de vitiis oppositis prudentiae.* R'. Sic, ut de astutia, quae in executione cum dolo, et fraude facit contra debitum iustitiae, circa quam sunt praecepta.

* Alia vitia non opponuntur directe prudentiae manifesta contrarietate, ut imprudentia, et eius partes, ideo non pertinent ad iniustitiam, nec prohibentur in lege. Item specialiter datur

praeceptum prohibitivum, de fraude circa venditionem, et emptionem, quia ibi praecipue solet exerceri.

57. *De iure.*

1. *An ius sit obiectum iustitiae.* Ꝟ. Sic, ius dicitur, quia est iustum, et iustum est obiectum iustitiae, et est rectitudo iustitiae, ad quam terminatur eius actio, et est ad alterum.

* Licet ius aliquando sumatur pro re iusta, et pro arte, qua cognoscitur quid sit iustum, et pro loco, ubi ius redditur, et pro officio iudicis. Item lex proprie non est ipsum ius, sed aliqua ratio iuris; ideo non est obiectum iustitiae, sed prudentiae. Item lex divina non est proprie ius, quia Deo non possumus aequivalens reddere, sed fas, quia sufficit Deo ut impleamus quod possumus.

2. *An ius convenienter dividatur in ius naturale, et positivum.* Ꝟ. Sic, quia iustum est opus adaequatum alteri secundum aliquem modum aequalitatis, quia modus, vel est ex natura rei, cum quis tantum dat ut tantundem recipiat, et hoc est ius naturale, vel ex condicto, vel communi placito, quod contingit per privatum condictum inter personas privatas, sive per publicum cum totus populus consentit, vel ordinatur a principe, et hoc dicitur ius positivum.

* Quod est naturale potest mutari in homine, ut aliquando non sit reddendum depositum ebrio. Item voluntas humana potest facere iustum in his, quae non repugnant cum naturali iustitia. Item ius divinum partim est de his, quae sunt naturaliter iusta, quorum tamen iustitia homines latet; partim de his, quae sunt

iusta ex institutione iustitiae divinae, unde sunt quaedam praeceptа, quia bona; et prohibita, quia mala; et quaedam bona, quia praeceptа; et mala, quia prohibita.

3. *An ius gentium sit idem, quod ius naturale.* Rſ. Non, quia ius naturale acceptum secundum absolutam sui considerationem, est commune omnibus animalibus, ius gentium solum hominibus; si vero ius naturale sumatur ut aliquid quod ex ipso sequitur sicut est possessionum proprietas, tunc est idem cum iure gentium, nam quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, et apud omnes gentes custoditur vocatur ius gentium.

4. *An ius debeat specialiter distingui in paternum, et dominativum.* Rſ. Sic, nam quando unus non pendet ab altero, et ambo sunt sub principe, circa tales est ius simpliciter: quando vero unus est aliquid alterius, ut filius est quasi pars patris, est ius paternum non simpliciter: sic inter servum, et dominum, est dominativum, quia servus est instrumentum domini, sic inter uxorem, et virum, qui immediate referuntur ad domesticam communitatem non est simpliciter ius politicum, sed iustum oeconomicum. Item potest etiam dici ius militare, magistratuum, vel sacerdotum, quia unicuique secundum officium suum aliquid proprium debetur non propter defectum a iusto simpliciter, ut patet in paterno, et dominativo.

58. *De iustitia.*

1. *An convenienter definiatur iustitia.* Rſ. Sic, et est perpetua, et constans voluntas ius suum

unicuique tribuens, quia est virtus circa ea, quae sunt ad alterum tanquam circa propriam materiam, et ponitur actus voluntarius constans, idest voluntas ut sit virtuosus.

* Habitus definitur per actum; et voluntas hic ponitur pro actu, et iustitia non est essentialiter ipsa rectitudo, sed causaliter, et est perpetua, non quod actus semper duret, sed respectu obiecti secundum propositum conservandi iustitiam.

2. *An iustitia semper sit ad alterum.* R'. Ex sui natura sic, quia dicit aequalitatem, quae non est sibi aequalis, sed aliis, sed metaphorice est in uno, eodemque homine secundum quod cuique parti hominis attribuitur quod ei convenit.

* Iustitia qua iustificatur impius est metaphorice, quia potest esse in homine solitario. Item iustitia Dei est aeterna secundum voluntatem, et propositum aeternum, non secundum effectum, quia nihil est coaeternum Deo.

3. *An iustitia sit virtus.* R'. Sic, quia facit bonum habentem, et reddit eius opus perfectum.

4. *An iustitia sit in voluntate, ut in subiecto.* R'. Sic, quia ordinatur ad rectificandum actum voluntatis, non intellectus, quia non dicimur boni, quia recte intelligimus, sed quia recte operamur. Item appetitus sensitivus non percipit proportionem unius ad alterum; sed sola ratio, ideo appetitus rationalis est subiectum iustitiae.

5. *An iustitia sit virtus generalis.* R'. Ut ordinatur ad bonum commune sic, et dicitur le-

galis, sed ut est ad aliquid singulariter consi
deratum est singularis.

* Si ordinetur ad malum commune, est pec
catum commune.

6. *An iustitia ut est generalis, sit idem essen
tialiter cum omni virtute.* Ꝛ. Non, sed secundu
virtutem, et est causa generalis ordinans actu
aliarum ad suum finem, quod est movere pe
imperium omnes alias virtutes.

7. *An sit aliqua iustitia particularis praete
iustitiam generalem.* Ꝛ. Sic, quia praeter lega
lem, quae est universalis, ordinat hominem cir
ca particularem personam immediate, quia le
galis immediate ordinat bonum commune, sed
mediate ad particularem personam.

* Bonum commune civitatis, et bonum com
mune unius personae differunt formaliter, e
ideo requirunt diversas virtutes.

8. *An iustitia particularis habeat materiam
specialem.* Ꝛ. Sic, quia est ad alterum, aliae
virtutes non.

9. *An iustitia sit circa passiones.* Ꝛ. Non, sed
circa operationes, quae sunt ad alterum imme-
diate, at passiones immediate non sunt ad alterum.

10. *An medium iustitiae sit medium rei.* Ꝛ.
Sic, inter maius et minus, et consistit in qua-
dam proportionis acqualitate rei exterioris ad
personam exteriorem.

* Medium rei est etiam medium rationis, et
ita in iustitia salvatur ratio virtutis moralis.

11. *An actus iustitiae sit reddere unicuique,
quod suum est.* Ꝛ. Sic, quia materia iustitiae est
operatio exterior, ut ipsa, vel res proportiona-
tur alteri personae ad quam iustitia ordinatur.

12. *An iustitia praeemineat inter omnes virtutes morales.* R'. Sic, quia est bonum commune etiam ad alterum.

59. *De iniustitia.*

1. *An iniustitia sit vitium speciale.* R'. Ut dicit inaequalitatem ad alterum sic, quia opponitur iustitiae quae est specialis virtus.

2. *An aliquis dicatur iniustus ex eo, quia facit iniustum.* R'. Non semper, ut quando praeter intentionem facit iniustum, non est iniustus, nisi materialiter, secus si ex intentione et electione facit iniustum.

3. *An aliquis pati possit iniustum volens.* R'. Per se, et formaliter loquendo non, sicut nec potest quis facere iniustum nolens, quia tunc proprie quis patitur, quando contra voluntatem patitur, nisi materialiter, et per accidens.

4. *An quicumque facit iniustum peccet mortaliter.* R'. De genere suo est mortale, quia contra legem Dei, et est contra charitatem per se, quia est cum nocumento alterius.

* Qui in parvis est iniustus non peccat moraliter.

60. *De iudicio.*

1. *An iudicium sit actus iustitiae.* R'. Sic, quia importat rectam determinationem eius, quod est iustum.

* Spiritualis iudicat omnia secundum regulas divinas, de quo non loquimur, sed ut est in praesidente homine.

2. *An sit licitum iudicare.* R'. Quando est actus iustitiae sic, si fiat secundum auctoritatem, et rectam rationem, secus esset usurpatum, et temerarium vel suspiciosum.

* Qui sunt in peccatis gravibus, et publicis non debent iudicare in similibus, vel minoribus: si peccata sunt occulta, et imminet necessitas iudicandi, possunt ex officio, sed cum humilitate et timore.

3. *An iudicium procedens ex suspicione sit licitum.* ℟. Non, quia est ex levibus indiciis, et oritur, vel ex malitia suspicantis, vel ex mala affectione in alterum, vel ex odio; sed si ex longa experientia non est proprie suspicio propter certitudinem, unde senes non proprie sunt suspiciosi. Nota si ex levibus indiciis homo incipit dubitare de bonitate alterius, est peccatum veniale, et est tentatio humana: si ex levibus indiciis pro certo aestimat malitiam alterius in re gravi est peccatum mortale. Item si iudex ex suspicione procedit ad condemnandum, est mortale, quod pertinet ad iniustitiam directe.

4. *An dubia sint in meliorem partem interpretanda.* ℟. Sic, secus facit iniuriam illi, et contemnit ipsum, et melius est in hoc frequentius falli, quam rarius, habendo malam opinionem de aliquo bono, quia ex hoc fit iniuria non ex illo. Nota, cum aliquibus malis sint remedia adhibenda, tunc severiora adhibenda. In definiendo debemus res interpretari, ut sunt, sed in iudicio personarum in melius.

5. *An sit semper iudicandum secundum leges scriptas.* ℟. Sic, quia leges scribuntur ad declarationem iuris naturalis, et positivi. Nota, quod ius naturale non instituitur a lege, sed instituit leges: positivum instituitur a lege. Item scripturae contra ius naturale sunt iniustae, et non obligant. Item, quando leges iustae da-

tae deficiunt in aliquo casu propter circumstantias facti, non est iudicandum secundum literam, sed secundum aequitatem, quam legislator intendit.

6. *An iudicium per usurpationem reddatur perversum.* Ɽ. Sic, quia lex condi non potest, nisi publica auctoritate, et eiusdem auctoritas est legem interpretari, et legem condere.

* Praelatus spiritualis si intromittat se in quibusdam temporalibus non est usurpare iudicium, quia potestas temporalis subditur spirituali, ut corpus animae.

61. *De partibus iustitiae.*

1. *An sint duae species iustitiae, commutativa, et distributiva.* Ɽ. Sic, illa inter personas particulares: haec est communitatis ad singulas personas in distributione bonorum omnium, in quibus bonus quilibet quod suum est aliquo modo, recipit, quia quod totius quodammodo est etiam partis.

2. *An medium sumatur eodem modo in distributiva et commutativa.* Ɽ. Non, quia in hac medium sumitur secundum aequitatem rei ad rem, idest arithmetice, idest ut tantumdem restituat, quantum accepit: sed in distributiva sumitur proportio rerum ad personas, idest quanto magis excedit una persona, tanto maior pars ei detur, idest geometrice, ut sicut se habent tria ad duo, sic se habent sex ad quatuor.

* Conditio personae in actionibus, et passionibus facit quantitatem rei, unde maior est iniuria facta principi, quam servo. Item in aliis virtutibus accipitur medium secundum ratio-

nem, ideo non habent diversa media, ut iustitia inter diversitatem rerum.

3. *An materia utriusque iustitiae sit diversa* R'. Materia circa quam sunt operationes iustitiae, idest commutatio, vel distributio, est eadem, sed actiones principales quibus utimur rebus, non est eadem, ut distributio, commutatio, quae variis modis fieri potest.

4. *An iustum sit idem quod contra passum.* R'. In distributiva non attenditur proportio rei ad rem, nec passionis ad actionem, sed in commutativa sic, ut qui laedit maiorem personam, maiori poena puniatur quam intulit; sic qui invito vi rem abstulit.

62. *De restitutione.*

1. *An restitutio sit actus iustitiae commutativae.* R'. Sic, quia fit aequalitas rei ad rem secundum compensationem, nam restituere, est iterum statuere hominem in dominio rei suae alienatae, ut in mutuo, deposito, rapina, furto.

2. *An sit necessarium ad salutem restituere id, quod ablatum est.* R'. Sic, sicut et conservare iustitiam, et si non potest recompensari aequivalens, recompensetur quod potest, ut qui abstulit membrum debet recompensare cum pecunia, vel honore. Item qui abstulit famam vere, sed iniuste, restituat quantum potest, sed sine mendacio, v. gr. dicat se male dixisse, iniuste diffamasse, et si non potest restituere famam, aliter recompenset, ut contumeliam honore et reverentia. Item qui impedit praebendam iuste intendens honorem Dei et bonum Ecclesiae, non tenetur restituere: si iniuste con-

sulens, ne detur digno, si antequam fuisset firmatum illi dari, restituatur aliquid arbitrio boni viri, si post statutum tenetur ad integrum, si potest.

3. *An sufficiat restituere simplum, quod fuit ablatum iniuste.* R'. Sic, quantum accepit, et post sententiam tenetur ad poenam.

4. *An aliquis teneatur restituere quod non accepit.* R'. Non, quia non fieret aequale. Item, qui infert dammum alicuius rei, quam quis actu habet, tenetur ad aequale; qui impedivit ne quis lucraretur quod erat in via habendi, tenetur, sed non ad totum, quia minus valet, quod est in virtute, quod potest impediri, quam quod est in actu, quia illud est in semine.

5. *An semper restituendum sit ei, a quo ablatum est aliquid.* Sic, ut fiat aequalitas, nisi sit nocivum ei, et tunc expectetur congruum tempus; cum ipsa datio est illicita, ut in simonia, restitutio non est facienda danti, sed pauperibus, vel in pios usus convertenda est. Item, si datio non est illicita, sed propter rem illicitam, ut meretricium, tunc mulier potest retinere, nisi extorserit dolo, vel fraude. Item si is, cui facienda est restitutio sit omnino ignotus, facta diligenti inquisitione, detur in eleemosynam pro salute illius. Si sit mortuus, detur haeredibus: si sit multum distans, debet transmitti, si commode fieri potest, vel poni in loco tuto, et significari. Item Praelatus si usurpavit rem alteri deputatam, restituat illis, ad quos de iure pertinet, vel si rem sibi deputatam in alterius dominium transferat, tunc restituat Ecclesiae.

6. *An semper teneatur restituere ille qui acce-*

pit. R'. Ratione rei, si est apud se tenetur; ra tione acceptionis, si sit iniuriosa, ut in furto te netur, et rem, et pro acceptione puniri; si non est iniuriosa, sed in utilitatem accipientis, ut i mutuo tenetur ratione rei, et acceptionis, etian si rem amittat: si non est in utilitatem recipien tis, ut in deposito tenetur ratione rei, sed non ratione acceptionis; unde si sine sua culpa, non tenetur. Item in occultis per confessorem resti tuat. Item, quando plures damnificarunt, et u nus restituit totum, alii refundant illi.

7. *An qui non acceperunt teneantur restituere* R'. Si sunt causa iniustae acceptionis directe vel indirecte tenentur, et sunt iussio, et con silium, consensus, palpo, recursus, partici pans, mutus, non obstans, non manifestans. I tem adulatio, et consilium non semper obli gant, sed quando probabiliter putatur, quod ex his causis sit secuta acceptio.

* Principaliter tenetur restituere principali n facto praecipiens: secundario qui exequitur Item uno restituente, alii ei reintegrent. Iten non manifestans, non obstans, non reprehen dens, non tenetur nisi incumbat ex officio, c non immineat multum periculi obsistenti.

8. *An quis teneatur statim restituere, vel pos sit differre.* R'. Si potest, statim; vel petat di lationem ab eo, qui habet usum, quia retinere rem alienam, est contra iustitiam, et fit iniu ria domino, qui non potest uti re sua; sed non licet etiam per modicum temporis morari in pec cato scienter, sicut non licet retinere merce dem mercenario.

* Praeceptum restituendi est affirmativum se-

cundum formam, sed includit in se negativum, quo prohibemur rem alterius detinere.

63. *De acceptione personarum.*

1. *An acceptio personarum sit peccatum.* R. Sic, quia dat alicui, non quod ei est debitum, sed quia est Petrus; et hoc est contra iustitiam distributivam, sed si dando considerat qualitatem personae, cui est debitum, non est acceptio personae, sed causa iusta, v. g. quia est doctus. Item qui promovet aliquem ad praelaturam, quia dives, vel consanguineus, est acceptio personarum. Item in his, quae dantur ex liberalitate, non est acceptio personarum, sed in his, quae ex iustitia; et sic in Deo non est acceptio personae.

2. *An acceptio personarum habeat locum in distributione spiritualium.* R. Sic, ut relicto doctiore, et sanctiore paupere eligere divitem ad honorem Ecclesiae, imo est gravius peccatum, quam in temporalibus, quia spiritualia sunt potiora. Item, non est acceptio personarum si eligatur minus sanctus, et minus sciens, si potest magis conferre ad bonum commune Ecclesiae, v. g. propter potentiam, vel industriam saecularem relictis melioribus, unde Deus quandoque concedit gratias gratis datas minus bonis.

* Si consanguinei sunt aeque digni possunt praeferri aliis; si sunt minus digni simpliciter et respectu boni communis, et praeferantur, est peccatum acceptionis personae, quia Praelatus non est dominus, sed dispensator. Item in dispensatione matrimonii divites, et potentes praeferuntur pauperibus propter bonum pacis

in Rep. Item ut electio non possit impugnari, sufficit eligere bonum; sed quoad conscientiam eligentis, necesse est eligere meliorem, vel simpliciter, vel in ordine ad bonum commune. Item qui est de gremio Ecclesiae electus solet esse utilior, quia magis amat Ecclesiam, in qua natus est.

3. *An in exhibitione honoris, et reverentiae possit esse acceptio personarum.* R'. Sic, et est peccatum, quando quis aliquem honorat propter causas, quae non faciunt dignum honore, ut propter divitias, sed sola virtus est honoris propria, vel alterius, ut quando honorantur Principes, et Praelati mali, qui gerunt personam Dei, vel communitatem, sic parentes domini propter Deum, sic senes, quia senectus est signum virtutis, sed hoc signum aliquando deficit.

* Divites non propter divitias, sed quia in communibus habent maiorem locum.

4. *An in iudiciis possit esse acceptio personarum.* R'. Sic, et corrumpit aequalitatem iustitiae.

64. *De vitiis oppositis commutativae iustitiae*

1. *An occidere quaecumque viventia sit illicitum.* R'. Non, quia animalia sunt propter hominem, et in cibum, secus si sunt aliena.

2. *An liceat occidere hominem peccatorem.* R'. Pro bono communi conservando, sic, sicut membrum pro conservatione corporis.

3. *An liceat privatae personae occidere hominem peccatorem.* R'. Non, sed qui habet publicam auctoritatem, et ad salutem communem.

4. *An liceat Clericis occidere malefactores.* R'.

Non sed sint mansueti, ut Christus. Item praelati accipiunt officia Principum terrae, non ut iudicent per se ipsos, sed sua auctoritate per alios.

5. *An liceat alicui occidere seipsum.* R'. Non, quia est contra legem naturae, et charitatem, et Rempub. et Deum, nec licet mulieri se occidere, ne vi ab alio violetur, quia vi corrumpi non est peccatum, nec ob timorem consentiendi, quia non sunt facienda mala, et si qui martyres in persecutione se occiderunt, fecerunt iussu Spiritus sancti.

6. *An liceat in aliquo casu interficere innocentem.* R'. Non, nisi ex mandato Dei, qui est dominus vitae. Item Iudex convictum testibus, quem scit innocentem diligentius examinet testes, ut eum liberet; si non potest, relinquat superiori iudicandum: si non potest, non peccat secundum allegata iudicare. Item minister iustitiae, si sententia iudicis continet intolerabilem errorem, non debet exequi, secus si non continet manifestam iniustitiam.

7. *An liceat alicui occidere aliquem se defendendo.* R'. Cum moderamine inculpatae tutelae, licet, sed non licet intendere occidere hominem, ut se defendat, sed intendere suam defensionem: tamen non licet fornicari pro vitae conservatione.

8. *An casualiter occidens hominem sit reus homicidii.* R'. Si dat operam rei licitae cum debita diligentia, non.

65. *De mutilatione membrorum.*

1. *An aliquando liceat mutilare aliqua membra.* R'. Non, nisi ob bonum publicum, vel ob sanitatem corporis, cum medici consensu.

2. *An liceat patribus verberare filios, et dom nis servos.* R'. Sic, ad correptionem, et m derate.

3. *An liceat aliquem hominem incarcerare.* I Licet in poenam, vel ad cautelam mali a Iudic

4. *An hoc peccatum sit gravius si fiat in pe sonas aliis coniunctas.* R'. Sic, quia in plures sicut ex aliis circumstantiis fit maius peccatum

66. *De peccatis iustitiae oppositis, de furto et rapin*

1. *An possessio rerum exteriorum sit natural homini.* R'. Quantum ad usum sic, quia pro vo luntate potest illis uti, quia pro illo facta sunt et hoc dominium in homine est secundum ra tionem, in qua imago Dei est; sed quantum a naturam subsunt voluntati Dei.

2. *An liceat alicui rem aliquam ut propria possidere.* R'. Quantum ad potentiam dispen sandi et procurandi sic, quia quilibet est ma gis sollicitus de propriis, quam de communi bus, et pro ordine, pro pace inter homines, sec quantum ad usum homo debet facile eas com municare in necessitates hominum.

* Licet secundum ius naturale non sit distinctio possessionum, tamen proprietas illarum non est contra ius naturae, sed illi additum. Item dives non peccat cumulando possessiones re communis, dummodo indiscrete non prohibeat usum.

3. *An sit de ratione furti accipere occulte rem alienam.* R'. Sic, quia pro furto tria requiruntur. Primo, ut usurpetur alienum contra iustitiam. Secundo, ut sit circa rem possessam, et non personam, ut est homicidium, adulterium,

rtio, ut occulte usurpetur, et in hoc est pro-
ia ratio furti.

* Occultatio quandoque est causa peccati, ut
dolo et fraude, et facit speciem peccati, sed
ando est simplex circumstantia, minuit pec-
tum, quia est signum verecundiae, et tollit
andalum. Item sub iniusta acceptione intelli-
tur iniusta detentio, quia habet eandem ra-
nem nocumenti.

4. *An furtum et rapina sint peccata, quae dif-
rant specie.* ℣. Sic, quia illud fit clam, hoc
r violentiam, et sic habent diversas rationes,
est involuntarium nescientis, et involuntarium
r vim. In aliis peccatis clam, et coram non
ciunt differre specie, quia in illis non atten-
tur ratio involuntarii.

* Habere alienum, est finis remotus furti, et
pinae.

5. *An furtum sit peccatum.* ℣. Sic, quia con-
a iustitiam, et ob fraudem, etc.

* Res inventae si numquam fuerunt in bonis
icuius, ut lapilli in mari, sunt occupantis, sic
esaurus, sed per leges civiles pars debet da-
domino agri. Item si fuerint in bonis alicu-
s, et habentur pro derelictis, sunt inveniен-
s; si non sunt derelicta, qui arripit animo
estituendi, non peccat. Item qui furtim rem
uam depositam rapit, peccat, quia gravat de-
ositarium, et tenetur revelare gravamen; si
urtim accipit rem suam ab eo, qui iniuste de-
inebat, peccat praetermittendo ordinem iuris,
ed non tenetur restituere, sed tollere scanda-
um si sit ortum.

6 *An furtum sit peccatum mortale.* ℣. Sic,

quia est contra charitatem proximi, nisi parvitas materiae excuset.

7. *An liceat alicui furari propter necessitatem.* R'. Si aliter sibi subvenire non potest, licet, sive clam, sive manifeste, quia non est furtum, nec rapina, quia tunc sunt omnia communia de iure naturae. Item, etiam aliis licet occulte rem alienam accipere, ut subveniat proximo in tali casu.

8. *An rapina possit fieri sine peccato.* R'. Non imo principes si vi auferant contra iustitiam est rapina, et tenentur restituere, sed contra hostes et malefactores, non est rapina.

9. *An furtum sit gravius peccatum, quam rapina.* R'. Non, sed e contra. quia haec magis facit involuntarium, et gravius punitur, et fit etiam iniuria personae ultra damnum.

67. *De vitiis oppositis iustitiae commutativae*

1. *An quis possit iuste iudicare eum qui non est sibi subditus.* R'. Nisi eius sit subditus per potestatem ordinariam, vel per commissionem, nec sententia est servanda ab exempto, nisi quis ratione delicti fiat subditus.

2. *An liceat Iudici iudicare secundum allegata et probata, licet ipse sciat esse contra veritatem.* R'. Facta prius diligenti discussione in casu particulari, potest, quia ut persona publica iudicat, non ut privata.

* In notoriis populo non est necessarius processus, quia convictus.

3. *An Iudex possit aliquem condemnare, etiam si non sit alius accusator.* R'. In crimine non.

* Publica infamia habet locum accusationis.

tem in denunciatione non requiritur accusatio, quia non intenditur punitio, sed emendatio peccatoris. Item si Iudex vidit, potest secundum us procedere ad sententiam.

4. *An Iudex possit licite poenam relaxare.* R'. udex inferior non, princeps sic.

68. *De pertinentibus ad iustam accusationem.*

1. *An homo teneatur ad accusandum.* R'. Si rimen est in damnum spirituale, vel corporale Reip. tenetur, modo possit sufficienter probare, ecus non tenetur, quia non potest debito mo- o perficere.

* Excommunicati, infames, etc. non possunt ccusare, nec ex hoc habent commodum, sed oenam. Item subditi prohibentur accusare Praeatos suos, quando non ex charitate, sed ex maitia volunt diffamare. Item, contra fidelitatem st revelare secretum in malum personae, sed on si in bonum commune reveletur.

2. *An sit necesse accusationem fieri in scriptis.* R'. Sic de iure, ut certius procedatur. Item in enunciatione non est opus scriptura, quia haec on obligat probare, nec qui non probat punitur.

3. *An accusatio reddatur iniusta propter calumniam, praevaricationem, et tergiversationem.* R'. Sic, nam calumnians, falsum imponit ex alitia, nec excusatur ob ignorantiam facti: si ccusat, licet non sit calumniatus praevaricator st, quia malitiose impedit punitionem delicti um falsa excusatione. Tergiversari est quando otaliter desistit ab accusatione indebite, secus i scit esse falsum crimen, vel quod princeps boleverit accusationem.

4. *An accusator deficiens in probatione teneatur ad poenam talionis.* R'. Sic, quia est actus iustitiae, ut aequali poena puniatur, quam alteri intendebat, secus si ex iusto errore, et non voluntate nocendi.

* Male accusanti iniuriam accusatus, et princeps poenam remittere possunt.

69. *De peccatis, quae sunt contra iustitiam.*

1. *An sine peccato mortali possit accusatus negare veritatem per quam condemnaretur.* R'. Si iuridice interrogetur non, quia est contra gloriam Dei, et debitum iustitiae erga suum superiorem: si non iuridice interrogetur, non tenetur, et potest sine mendacio subterfugere.

2. *An liceat accusato calumniose se defendere.* R'. Non, quia per fraudem, et dolum se defendere, esset astutia, sed potest per alios modos, ut non respondere ad ea ad quae non tenetur, et occultare veritatem.

* Reus in causa sanguinis si corrumpit adversarium, vel colludit cum accusatore, peccat in conscientia, sed non punitur a lege humana, quia facit ne moriatur.

3. *An liceat reo declinare iudicium per appellationem.* R'. Si iniuste gravatur sic, secus non, v. g. ad differendam gratiam, et iustam sententiam, quia facit iniuriam Iudici et parti.

* Ab arbitrariis non licet, quia non habent potestatem de iure, sed ex libera voluntate huius, quare imputetur ipsi.

4. *An liceat condemnato ad mortem se defendere si potest.* R'. Non, quia Dei ordinationi resistitur, sed si iniuste condemnatur, potest, nisi forte propter scandalum.

* Licet incarcerato fugere, et condemnatus ut fame pereat, potest manducare, quia nemo tenetur facere id, unde mors sequatur, sed non licet resistere agenti, quin patiatur quodiustum est eum pati.

70. *De iustitia pertinente ad personam testis.*

1. *An homo teneatur ad ferendum testimonium.* R. Requisitus a superiore secundum ordinem iuris in manifestis, vel si praecessit infamia; vel a non superiore, cum requiritur ad liberandum aliquem ab iniusta morte, vel a poena, vel a falsa infamia, tenetur, et si non requiratur, tenetur facere quantum in se est, ut denuncict veritatem alicui, qui possit prodesse; secus peccat; sed in his quae pertinent ad condemnationem alicuius non, nisi iuridice compellatur. Item, nec tenetur liberare accusatorem, qui probare non potest, quia ipsi imputetur.

* Quae scit sub sigillo confessionis nullo modo licet, quia ut minister Dei, nec habet superiorem. Item, quae aliter sub secreto committuntur si pertinent ad corruptionem multitudinis spiritualem, vel corporalem, vel ad grave damnum alicuius personae debet manifestare, quia alias homo frangeret fidem, quam alteri debet; et ita per secretum commissum non potest quis obligari ad contrarium; sed si non sunt huiusmodi, nullo modo debet, nec ex praecepto superioris, quia servare fidem est de iure naturae. Item clerici non possunt cogi ad testificandum in causa sanguinis, quia sunt ministri Altaris.

2. *An sufficiat testimonium duorum, vel trium.*

℟. Sic, quia non requiritur demonstratio, sed sufficit probabilis certitudo, licet non sit infallibilis veritas, si non discordant in circumstantiis, quae variant substantiam facti, secus non. Item, si testes actoris, et rei variant, et sunt aequales numero et dignitate, standum est pro reo, quia Iudex debet facilius absolvere, quam condemnare, praeterquam in causis favorabilibus. Item contra Episcopos, Sacerdotes, et Clericos Romanae Ecclesiae requiruntur plures testes, ne derogetur dignitati Ecclesiae, et quia cum iudicent alios, habent adversarios.

3. *An testimonium alicuius sit absque eius culpa repellendum.* ℟. Sic, ut pueri, amentes, mulieres defectu rationis, vel ex affectu, ut inimici, personae coniunctae, domestici, vel ob exteriorem conditionem, ut pauperes, servi, qui facile possunt seduci.

* De quolibet praesumendum est bonum, nisi appareat contrarium, quando non vergat in periculum alterius, tunc enim caute procedendum est.

4. *An falsum testimonium semper sit peccatum mortale.* ℟. Si ex periurio, semper est mortale; si violatur iustitia, de genere suo est mortale, sed ex sola falsitate, non semper est mortale, quia mendacium non semper est mortale. Item affirmans falsum putans esse verum, non peccat.

71. *De iustitia, quae fit in iudicio ex parte advocatorum.*

1. *An advocatus teneatur praestare patrocinium causae pauperum.* ℟. Non semper, quia est opus misericordiae, et tenetur sicut dixi su-

perius de opere misericordiae; et homo non tenetur quaerere indigentes, sed sufficit si succurrat illis qui occurrunt pro praesente necessitate, et magis coniuncto, quam aliis, idest si est in tanta necessitate, nec nunc habet qui ei succurrat, alias non peccat. Idem dicendum de medico quoad curationem.

* Non quaelibet necessitas obligat ad subveniendum.

2. *An convenienter aliqui secundum iura arceantur ab officio advocandi.* ℟. Sic, vel propter impotentiam, ut furiosi, impuberes, surdi, et muti: vel propter indecentiam, ut Monachi, Presbyteri, et Clerici: vel propter defectum personae, sive corporalem, sive spiritualem, ut infames, infideles, et damnati gravioribus criminibus, aliqui possunt sibi, et non aliis patrocinari, quia non ita imminet necessitas in alienis causis ut in suis.

3. *An advocatus peccet si iniustam causam defendat.* ℟. Si scienter, sic, et tenetur restituere damnum parti; si ignoranter excusatur, sicut solet ignorantia excusare.

* Medicus curando infirmitatem desperatam nulli facit iniuriam, sed advocatus defendens causam iniustam sic, quia abutitur arte. Item, si advocatus in principio credit causam esse iustam, et in progressu cognoscit esse iniustam, non debet eam prodere, ut alteram partem iuvet, sed debet causam deserere, vel inducere clientem ut componat sine damno adversarii. Item defendens causam iustam, potest occultare ea quae possunt impedire processum, sed non licet ei uti aliqua falsitate.

4. *An liceat advocato pro suo patrocinio accipere pecuniam.* R'. Sic, sed moderate, considerata consuetudine, conditione personarum, negotiorum, laborum; si immoderate extorqueat, peccat, et tenetur restituere; idem dicendum de Medico, et aliis personis eiusmodi. Item testes accipiant expensas, non aliud.

72. *De iniuriis verborum quae inferuntur extra iudicium.*

1. *An contumelia consistat in verbis.* R'. Proprie sic, quia deducit in notitiam aliorum aliquid, quod est contra honorem alicuius, idest, quod percipitur auditu per verba, sed extenditur etiam ad facta quae aliquo modo significant loco verborum, nam facta, ut ex se inhonorant, sunt alterius speciei.

2. *An contumelia sive convitium sit peccatum mortale.* R'. Sic, sicut furtum, et rapina, sed si dicitur non cum animo dehonorandi, sed propter correctionem, vel aliud huiusmodi, erit peccatum veniale, vel nullum, quia non est formaliter contumelia, vel convitium, nisi materialiter; nisi ex hoc auferatur honor alicuius, quia posset esse mortale etiam si sit praeter intentionem convitiandi.

* Ad Eutrapeliam pertinet dicere leve convitium non ad dehonorandum, vel contristandum eum, in quem dicitur, sed causa delectationis, et ioci quod potest esse sine peccato; sed contristare aliquem ut aliis risus excitetur vitiosum est. Item convitium dictum per iocum, intendendo tantum leviter contristare sine intentione dehonorandi, erit peccatum veniale.

3. *An aliquis debeat iniurias sibi illatas susti-*

nere. R'. Sic, saltem in praeparatione animi semper, sicut et velle sufferre quae contra nos fiunt, non tamen semper actu, sed quandoque debemus repellere iniurias illatas, ut reprimatur audacia iniuriantis, ne hoc alias tentet, vel ne impediat profectus aliorum propter iniurias nobis illatas, sed haec moderate propter charitatem. Item magis debemus reprimere iniuriam in alios, quam in nos, quia videtur magis provenire ex charitate. Item qui tacet, ut contumeliantem ad iracundiam provocet, est vindicta, si ut det locum irae, est laudabile.

4. *An contumelia oriatur ex ira.* R'. Sic, quia frequenter ex ea, et est species vindictae.

73. *De detractione.*

1. *An detractio sit denigratio alienae famae per verba.* R'. Sic, nam qui occulte dicit contra aliquem nocet famae, prout facit habere malam opinionem de eo, licet videatur eum potius vereri, quam parvipendere, et dehonorare, sicut qui plenam contumeliam dicit in facie.

* Aliquis dicitur detrahere non quod de veritate, sed quod minuit de fama, et hoc vel directe imponendo falsum, augendo peccatum, revelando occultum, dicendo quod est bonum mala intentione factum, vel indirecte negando bonum alterius malitiose reiiciendo vel minuendo.

2. *An detractio sit peccatum mortale.* R'. Per se loquendo sic, quia est ad denigrandam famam, quae pluris fit, quam temporalia. Item quando verba dicuntur propter aliquid aliud, et per ea non ex intentione minuitur fama alterius, non est detrahere, nisi per accidens, et

si fiat propter aliquod bonum necessarium cum circumstantiis non est peccatum, si ob levitatem, non est mortale, nisi verbum sit grave et notabiliter laedat famam alicuius in his, quae pertinent ad honestatem vitae.

3. *An detractio sit gravior omnibus peccatis quae sunt contra proximum.* R'. Est gravius furto, sed minus adulterio, et homicidio, quia haec inducunt maius nocumentum, sed ex circumstantiis erit maius.

4. *An audiens, et tolerans detrahentem peccet.* R'. Si potest ei resistere sic, quia videtur consentire, et fit particeps, et si non ei placet peccatum, sed ex timore, negligentia, verecundia non repellit, est peccatum veniale; sed si ex officio debet corrigere, vel quia videt malum inde secuturum, vel ob timorem mundanum potest esse mortale.

74. *De susuratione.*

1. *An susurratio sit peccatum distinctum a detractione.* R'. Conveniunt in materia, et forma, et modo loquendi, sed differunt in fine, quia haec intendit denigrare famam, illa separare amicitiam amicorum, et dicitur bilinguis, dum uni dicit malum de altero, utitur duabus linguis, ut seminet discordias inter amicos.

2. *An detractio sit gravius peccatum, quam susurratio.* R'. Non, quia amicus est supra caetera bona exteriora, et est melior, quam honor, sicut melius amari, quam honorari, sed susurratio tollit amicum, et sic gravior ratione finis, licet detractio disponat in finem.

75. *De derisione.*

1. *An derisio sit speciale peccatum distinctum ab aliis praemissis.* R'. Sic in fine, et fit ludo, et dicitur illusio, nam convitio intendit quis honorem deprimere, detractione famam minuere, susurratione amicitiam tollere, derisione ut quis irrideatur, et erubescat et verbis et cachinnis, sicut subsannatio quae est eiusdem speciei, fit naso rugato, et sic differunt in modo.

2. *An derisio possit esse peccatum mortale.* R'. Si malum est parvum secundum se, quod in ludum, vel risum ponitur est peccatum veniale, si est magnum, et ratione personae, est mortale, ut irridere Deum, vel parentes, vel viros iustos, qui sunt honorandi.

76. *De maledictione.*

1. *An liceat maledicere aliquem.* R'. Si intenditur malum alicuius, ut malum est, non licet, si maledicendo optat malum sub ratione boni, ut praelatus excommunicando, iudex sententiando, licet, quia non est maledictio, nisi per accidens, sic licet optare peccatori malum poenae ut convertatur, vel ut non noceat aliis. Item maledicere per modum enuntiationis, vel indicative licet.

2. *An liceat maledicere creaturae irrationali.* R'. Ut sunt creaturae Dei, non, quia est blasphemia. Item, secundum se consideratis, est verbum otiosum et illicitum, sed prout bonum, vel malum illatum, est ordinatum in commodum hominis, licet, sic Deus maledixit terram, ficulneam, et Iob diem.

3. *An maledictio sit peccatum mortale.* R'. De

genere suo sic, quia pronuntiatur malum contra aliquem imprecando, vel optando, quod est contra charitatem, sed si malum quod imprecatur est parvum, vel si ex levi motu animi, vel ludo, vel subreptione dicatur, est peccatum veniale, quia peccata verborum maxime ex affectu pensantur.

4. *An maledicere sit gravius peccatum, quam detrahere.* ℟. Non, quia dicit malum poenae, detractio malum culpae.

77. *De fraudulentia quae committitur in venditione et emptione.*

1. *An liceat vendere rem plusquam valeat.* ℟. Non, praesertim cum fraude sed iusto pretio. Item si aliquis multum indiget re aliqua, et alter laeditur, si ea careat, tunc potest vendi plusquam ex se valeat, licet non vendatur plusquam valeat habenti. Item, si emptor multum iuvatur, et venditor nihil patiatur, non potest vendi plusquam in se valeat, quia venderet quod suum non est, idest commodum emptoris.

* Licet lex civilis non cogat ad restitutionem eius, in quo quis sit deceptus, ultra dimidium iusti pretii, tamen lex divina punit, quidquid pertinet ad restitutionem in qualibet inaequalitate si sit notabile damnum, nam modica additio, vel diminutio non tollit aequalitatem iustitiae.

2. *An venditio fiat illicita propter defectum rei venditae.* ℟. Sic, si est cognitus a venditore, vel si est defectus in specie rei, ut si sit aqua mixta vino, vel aes auro, vel in mensura deficiente, vel in qualitate, ut animal infirmum pro sano, et tenetur ad restitutionem, et si scienter ven-

didit peccavit: quod dicitur de vendente, intelligitur etiam de emptore.

* Qui vendit alchimiam, si non est vere aurum, restituat. Item debent uti mensura ex publica auctoritate, vel ex consuetudine. Item emptor, vel venditor cognoscere non tenetur occultas qualitates rei venditae, sed illas, per quas reddatur apta usui humano, quae facile cognosci possunt.

3. *An venditor teneatur dicere vitium rei venditae.* R'. Si est occultum sic, et tenetur ad damnum; si est manifestum, et minuit pretium quantum oportet, non tenetur.

4. *An liceat negotiando aliquid carius vendere, quam emere.* R'. Si lucrum fiat ad finem honestum, vel ob necessitatem domus, vel communitatis, licet, sed si propter lucrum tantum est vituperabile, quia terminum nescit, nec ex se importat finem honestum.

* Res potest pluris vendi quam sit empta ratione loci, vel temporis, vel propter periculum cui se exponit, vel propter laborem, sumptum, vel quia eam melioravit.

78. *De peccato usurae, quod committitur in mutuis.*

1. *An accipere usuram pro pecunia mutuata sit peccatum.* R'. Sic, et restituat, quia in rebus quae usu consumuntur, seu usus est consumptio, non potest computari separatim res, et usus, v. g. non potest quis vendere vinum, et seorsum usum vini, quia esset bis vendere illud vinum; idem de pecunia, et sic est iniustitia: sed si usu non consumitur potest aliquid accipere pro usu, ut si mutuo domum, solves usum.

* Principalis usus vasorum argenteorum non est ipsorum consumptio, ideo potest vendi: secundarius potest esse commutatio, et tunc non liceret usum vendere. Item pro pecunia data ad ostentationem, vel loco pignoris potest aliquid accipi, quia tunc usus non est ipsa rei consumptio. Item, qui solvit usuram non simpliciter voluntarie solvit, sed ex necessitate, quia indiget, et alter non vult mutuare sine usura.

2. *An liceat pro pecunia mutuata aliquam aliam commoditatem expetere.* R'. Si ex pacto tacito, vel expresso aliquid pretio aestimabile accipit, peccat, et tenetur restituere, sed si ut gratuitum donum sine obligatione accipit, non peccat; quia idem poterat licite accipere antequam mutuaret. Item ea, quae non sunt pretio aestimabilia, licet accipere ex mutuo, ut est benevolentia, amicitia.

* Mutuans potest pacisci de damno, quod patitur; at non potest pacisci de lucro, quod cessat ex eo, quia non negotiatur cum illa pecunia, quia est incertum, et potest impediri ab habendo. Item munus ab obsequio, vel lingua ex benevolentia, quae sub aestimatione pecuniae non cadit, licet accipere et exigere. Item in societate non transfertur dominium pecuniae, ideo potest accipi lucrum. Item si usus pignoris pro mutuo accepti est pretio aestimabilis, debet computari in sortem, nisi sit usus rei, qui gratis solet concedi inter amicos. Item vendere carius expectata pecunia, vel vilius emere anticipata pecunia, est usura; sed qui velit minuere de pretio, ut pecuniam prius habeat, non est usura.

3. *An quicquid est lucratus quis de pecunia usuraria debeat restituere.* R'. Si est res usu consumptibilis, ut vinum, pecunia per quae lucratur, non tenetur restituere damnum domino, quia est sua industria, si non consumitur usu, ut est domus, vinea, tenetur, et rem, et fructus.

4. *An liceat accipere pecuniam mutuo sub usura.* R'. Propter bonum, ut pro subventione, vel alterius necessitate a parato, et exercente usuras, licet, sed non licet inducere ad usuram, sed licet uti peccato alterius in bonum licitum, et patitur iniuriam ab usurario, nec consentit peccato illius.

* Item qui dat pecunias usurario non habenti alias pecunias, vel ut magis exerceat usuras, est peccati particeps; si autem dat, non ad hoc, sed ut pecunia tutius servetur, non peccat, sed utitur peccatore ad bonum.

79. *De partibus integralibus iustitiae.*

1. *An declinare a malo, et facere bonum sint partes iustitiae.* R'. Quando bonum est sub ratione debiti ad proximum, et malum est detrimentum, sic, quia sunt partes integrales iustitiae speciales; sed si sumantur in communi pertinent ad omnem virtutem.

* Declinare a malo dicit actum voluntatis declinantis a malo, qui est meritorius.

2. *An transgressio sit speciale peccatum.* R'. Transgressio materialiter sumpta, est communis omnibus speciebus peccatorum, quia semper propter mortale transgreditur aliquod praeceptum divinum, sed formaliter, idest, ut est facere contra praeceptum negativum, est spe-

ciale peccatum, vel ut opponitur ad genera peccatorum opposita aliis virtutibus, vel ut ad iustitiam legalem, quae respicit debitum praecepti. Item distinguitur ab omissione, quae est contra praeceptum affirmativum.

2. *An omissio sit speciale peccatum.* R'. Sic distinctum a peccatis, quae opponuntur aliis virtutibus, sicut iustitia est specialis virtus cuius omissio importat praetermissionem debiti, et sic est contra iustitiam, vel legalem, vel proximi.

* Omissio est quando potest, et debet facere, et omittit, secus non, nisi quis non possit propter causam praecedentem.

3. *An peccatum omissionis sit gravius, quam peccatum transgressionis.* R'. Non, quia haec est contraria actui virtutis positive, omissio negative, sed potest esse gravius ex circumstantia, ut si ex contemptu.

80. *De partibus potentialibus iustitiae.*

1. *An convenienter assignentur virtutes iustitiae annexae.* R'. Sic, quia in aliquo cum ea conveniunt, et in aliquo deficiunt. Nam ad iustitiam, quae in aequalitate ad alterum consistit, potest virtus deficere, vel ratione aequalitatis ut religio ad Deum ratione aequalitatis, cui debitum, sed non aequale reddimus, sic pietas erga parentes, sic observantia in virtute ratione debiti, vel legalis, vel moralis, honesti, necessarii, vel perfectionis, ut est gratia, amicitia, remuneratio (et ex his numerantur multae species. Vide ibi).

81. *De religione.*

1. *An Religio ordinet hominem solum ad Deum.* ℟. Proprie sic, quia dicitur religio quasi a religendo se Deo: cui alligari debemus tamquam indeficienti principio, quo omnis nostra electio dirigi debet, ut quem negligenter amisimus, redendo, et operando recuperemus; sed extenditur ad alios.

2. *An religio sit virtus.* ℟. Sic, quia reddere honorem Deo est actus bonus, et facit bonum habentem.

3. *An religio sit una virtus.* ℟. Sic, quia honorat unum Deum sub una ratione principii tanquam patris, qui creat, et gubernat.

* Una religione colimus tres personas, quia sunt unus Deus creans, et gubernans. Item homo eodem actu colit Deum excellenter, et ei servit ut subiectus, et ad haec pertinent omnes actus religionis. Item cultus religionis datur imagini non consideratae in seipsa, sed ut repraesentat, et ducit nos in Deum.

4. *An religio sit specialis virtus ab aliis distincta.* ℟. Sic quia in Deo est specialis ratio excellentiae, ob quam exhibetur honor, et imperat aliis virtutibus, quae ordinantur ad Dei reverentiam. Item est eadem charitas, qua diligimus Deum, et proximum, non sic religio, quia bonitas Dei communicatur creaturis, sed non excellentia bonitatis eius.

5. *An religio sit virtus Theologica.* ℟. Non, quia non versatur circa Deum, ut obiectum, et materiam, sed circa actus, quibus Deus colitur, ut finis.

* Deus colitur fide, spe, et charitate, prout suo imperio causant actum religionis.

6. *An religio sit praeferenda virtutibus moralibus.* ℟. Sic, quia propinquius accedit Deo.

* Deo non exhibetur aliquid propter eius utilitatem, sed propter eius gloriam ad nostram utilitatem.

7. *An religio habeat aliquem exteriorem actum.* ℟. Sic, sed secundario ordinatos ad interiores.

8. *An religio sit idem quod sanctitas.* ℟. In essentia sic, sed differunt ratione, nam sanctitas est cum mens hominis se ipsam, et suos actus applicat Deo, disponens se ad cultum divinum; religio, ut dat debitum cultum Deo.

82. *De devotione.*

1. *An devotio sit specialis actus voluntatis.* ℟. Sic, et meritorius, et est voluntas prompta tradendi se ad ea, quae pertinent ad Dei famulatum.

2. *An devotio sit actus religionis.* ℟. Sic, et dicitur a vovendo, et est prompta voluntas faciendi ea, quae pertinent ad divinum cultum, quod est religionis.

* Charitas generat devotionem, et per eam charitas nutritur, ut calor generat pinguedinem, eaque calor nutritur. Item devotio in Sanctos transit in Deum.

3. *An contemplatio, vel meditatio sit causa devotionis.* ℟. Causa intrinseca ex parte nostra sic, extrinseca est Deus. Item, iuvat considerare bonitatem Dei, et eius beneficia, ut excitetur dilectio, quae est causa devotionis, et defectus nostros ne praesumamus. Item devotio consistit in contemplandis iis, quae sunt divinitatis, sed ma-

a ducimur per ea, quae sunt humanitatis Chri-
i. Item, scientia aliquando est occasio, ut ho-
o se ipsum consideret, et sic impedit devotio-
em. Hinc simplices, et mulieres sunt magis de-
otae.

4. *An laetitia sit effectus devotionis.* R'. Devo-
o causat per se, et principaliter spiritualem
etitiam mentis, per accidens tristitiam, quae
t secundum Deum.

* In passione Christi bonitas, et benignitas
ei laetificant, defectus humani contristant,
d spes divini auxilii delectat.

83. *De oratione.*

1. *An oratio sit actus appetitivae virtutis.* R'.
on, sed est rationis, quia idem est quod dice-
, ut est deprecatio et petitio, sed intellectus
ovetur a voluntate, quae ordinat actus eius ad
verentiam Dei; ideo est actus religionis prae-
puus.

2. *An sit conveniens orare.* R'. Sic, ut impe-
emus quod Deus disposuit per orationem San-
orum esse implendum, non quod mutetur di-
na dispositio, nec res necessario eveniunt, ut
cet Deus multa det non rogatus, tamen pro no-
ra utilitate vult, ut alia orando impetremus,
nde nobis fiducia in eum augeatur.

3. *An oratio sit actus religionis.* R'. Est supra
ctus exteriores religionis, unde per orationem
fertur mens Deo subiecta. Item, recte deside-
are est sub praecepto charitatis; sed petere
uod desideramus, est sub praecepto religionis.

4. *An solus Deus debeat orari.* R'. Quasi per
eum implenda, sic, sed Sancti et Angeli, ut

per ipsos impetranda, idest. ut eorum meritis et precibus, oratio nostra habeat effectum, qui vident in Verbo, quae ad eos pertinent, v. gr. orationes nostras.

5. *An in oratione debeamus aliquod determinate a Deo petere.* Ꝛ. Bona, quibus homo male uti non potest, ut sunt media ad beatitudinem, sunt determinate petenda; sed bona, quibus possumus bene et male uti, non sunt determinate petenda, ut divitiae, honores, etc. quia aliquando melius est non impetrasse illa.

6. *An homo debeat petere temporalia a Deo.* Ꝛ. Sic, licet non principaliter, sed ut media in ordine ad salutem corporis, ut victui meo tribuat necessaria.

7. *An debeamus pro aliis orare.* Ꝛ. Sic ex charitate, quia desideramus bonum aliis, et multorum preces facilius exaudiuntur.

8. *An debeamus pro inimicis orare.* Ꝛ. Sic, et in generali est praeceptum, sicut diligere inimicos, idest, non excludere: sed in speciali, est perfectionis, non necessitatis, sicut diligere; sed in praeparatione animi, vel in aliquo casu, ut in articulo necessitatis, vel si veniam peterent, est sub praecepto, ut eos diligere. Item, licet impugnare inimicos, ut compescantur a peccato, vel orando petere aliqua mala temporalia, ut corrigantur.

9. *An convenienter assignentur septem petitiones in oratione Dominica.* Ꝛ. Sic, et declarantur (Vide ibi).

10. *An orare sit proprium rationalis creaturae.* Ꝛ. Sic, quia est actus rationis erga superiorem.

* Christus dicitur orare secundum naturam

humanam. Item Spiritus sanctus dicitur postulare, quia postulantes nos facit, Angeli proprie orant.

11. *An Sancti qui sunt in patria orent pro nobis.* R'. Sic, quia sunt perfectioris charitatis, et efficacius, quia sunt Deo propinquiores, et impetrant ex praecedentibus meritis et acceptatione divina, et etiam orant pro gloria suorum corporum, et sic pro se ipsis, sed petunt, et impetrant id, quod Deus fieri vult per orationes eorum. Item qui sunt in Purgatorio, non sunt in statu orandi, quia quoad poenas sunt inferiores nobis, sed magis ut pro eis oretur. Item, oratio ad sanctos inferiores saepe est efficacior, vel quia devotius implorantur, vel ut declaretur sanctitas a Deo.

12. *An oratio debeat esse vocalis.* R'. Quae est communis per ministros Ecclesiae in persona totius populi Deo offertur, debet esse vocalis, quia debet innotescere toti popu o, pro quo offertur; sed quae fit a particulari persona pro se vel pro aliis, non est necesse, ut sit vocalis, sed additur vox ad excitandam devotionem, et ut serviatur Deo, non solum mente, sed etiam corpore.

* Verba spiritualia non distrahunt, sed excitant mentem minus devotam.

13. *An de necessitate orationis sit, ut sit attenta.* R'. Necessarium duplex. Primum per quod melius pervenitur ad finem, et sic in oratione vocali est necessaria attentio absolute. Secundo, sine quo res non potest consequi suum effectum: effectus orationis est triplex Primo mereri. Secundo impetrare, et in his non est necessaria

attentio per totum, sed sat in principio cum accedit ad orare. Tertio est spiritualis refectio, et ad hoc est necessaria attentio, quae est triplex. Prima ad verba. Secunda ad sensum verborum. Tertia ad finem orationis, idest Deum, et ad rem, pro qua oratur, quae est maxime necessaria, quam etiam idiotae possunt habere.

14. *An oratio debeat esse diuturna.* R'. In sua causa, idest, in desiderio charitatis a quo procedit oratio, sic, vel actu, vel virtute, sed secundum se non potest esse continua, quia aliis vacandum; et sufficit si duret, dum est utilis ad excitandum fervorem interioris desiderii, et non amplius; et cessandum est, quando est taedium; et in publicis est attendenda devotio populi.

* In oratione non oportet multum loqui, quia plus fit gemitibus, quam voce. Item aliquis continue orat, quando temporibus statutis orat, vel propter affectum desiderii, vel propter effectum, quia remanet magis devotus post orationem.

15. *An oratio sit meritoria.* R'. Sic, ut procedit ex radice charitatis mediante religione ex gratia Dei, qui inducit nos ad orandum.

16. *An peccatores orando impetrent aliquid a Deo.* R'. Sic, ex pura misericordia Dei, sed non ut peccatores, idest secundum desiderium peccati, quia tunc quandoque exaudiuntur ad vindictam.

17. *An convenienter dicantur partes orationis, obsecratio, postulatio et gratiarum actio.* R'. Sic, et est elevatio mentis in Deum.

84. *De exterioribus actibus latriae.*

1. *An adoratio sit actus latriae, vel religionis.* R'. Sic, quia est proprium religionis exhibere Deo reverentiam ad quam ordinatur adoratio.

* Latria solum Deum adoramus propter eius excellentiam, et alia dulia excellentes creaturas, quae participant Dei excellentiam. Item una est excellentia trium personarum, et sic una adoratio.

2. *An adoratio importet actum corporalem.* R'. Sic mente et corpore, ut ex actu corporali excitetur mens.

3. *An adoratio requirat determinatum locum.* R'. Non principaliter, ut de essentia, sed ex decentia.

* Ioan. 4. Venit hora, idest cessabit ritus Iudaeorum. Item Ecclesia propter orantes in communi. Item ad orientem propter Divinitatem, Paradisum et Christum.

85. *De his, quae Deo a fidelibus dantur.*

1. *An offerre sacrificium Deo sit de lege naturae.* R'. Sic, quia natura dictat et inclinat, ut homo ei, qui est supra se, cuius auxilio eget, exhibeat honorem et subiectionem secundum modum suum, qui in homine est, ut signo sensibili utatur ad declarandum quod est sacrificare. Item fuit in qualibet aetate, et apud quaslibet nationes, ergo, etc.

* Sed determinatio sacrificii est de lege humana, vel divina.

2. *An soli Deo sit sacrificandum.* R'. Sic, quia spirituale sacrificium interius, idest anima debetur Deo per exterius.

3. *An oblatio sacrificii sit specialis actus virtu-*

tis. R'. Sic, religionis, proprie sacrificia dicuntur illi actus, qui aliunde non habent laudem, nisi quod fiunt propter divinam reverentiam. Item actus aliarum virtutum, si ordinentur ad reverentiam Dei, dicuntur sacrificia, ut dare eleemosynam propter Deum, etc.

4. *An omnes teneantur ad sacrificia offerenda.* R'. Ad interius sacrificium omnes tenentur, idest offerre Deo bonam mentem; ad exterius in nova lege alii aliter tenentur secundum decentiam, aliquando sub praecepto, aliquando sub consilio.

86. *De oblationibus et primitiis.*

1. *An homines teneantur ad oblationes de necessitate praecepti.* R'. Non, quia voluntarie debent offerri, nisi praecedat conventio, vel promissio, vel necessitas Ecclesiae, vel consuetudo, quia tunc esset sub praecepto.

2. *An solis sacerdotibus debeantur oblationes.* R'. Sic, quas consumant in cultum Dei, in usum pauperum, et proprium.

3. *An homo possit facere oblationes de omnibus rebus licite possessis.* R'. Sic, nisi sit in detrimentum alterius, vel scandalum, vel contemptum, sed non de iniuste acquisitis, vel possessis, nec de meretricio.

4. *An homines teneantur ad primitias solvendas.* R'. Sic, tanquam quid praecipuum secundum consuetudinem patriae, sed voluntarie.

87. *De decimis.*

1. *An homines teneantur dare decimas de necessitate praecepti.* R'. Sic, et est partim naturale sustentare ministros divini cultus, partim est

iudiciale ex institutione divina: ideo servatur in lege nova, ut renovatum ab Ecclesia.

2. *An homines teneantur dare decimas de omnibus.* R'. Sic, de omnibus possessis, et ex integris fructibus, ante omnia etiam tributa. Item si quis vendit v. g. frumentum non decimatum, Ecclesia potest exigere decimas, vel ab emptore, vel a venditore. Item qui per furtum vel rapinam perdit sua, non tenetur, nisi sit in culpa.

3. *An decimae sint clericis dandae.* R'. Parochis, sed earum usus potest transire ad laicos. Item praediales debentur ei, in cuius territorio sunt praedia, personales ei, in cuius parochia est aliquis.

4. *An clerici teneantur etiam dare decimas.* R'. De Ecclesiae possessionibus, non, sed si possident aliquid proprio iure, vel ex successione parentum, vel ex emptione, tenentur. Item religiosi tenentur, si non habent privilegium.

88. *De voto.*

1. *An votum consistat in solo proposito voluntatis.* R'. Non, sed in promissione, quae procedit ex proposito faciendi, ad quod requiritur deliberatio. Item promissio Deo potest fieri per solum actum interiorem, quia videt cor; sed homini, non, nisi per verba, vel signa exteriora, et inducit obligationem.

* Conceptio boni propositi non firmatur, nisi promissione.

2. *An votum debeat fieri de meliori bono.* R'. Sic proprie, et sic non de re illicita, vel indifferenti, non de impossibili, vel de absolute necessaria, quia debet esse liberum, sed de neces-

saria ad finem, sine quo haberi non potest; votum ut est voluntarium, non ut est necessarium: sed propriissime votum est de eo quod non est necessarium absolute, nec necessitate finis, et hoc dicitur maius bonum respectu boni, quod communiter est de necessitate salutis.

*Maceratio corporis cum discretione, si est actus virtutis, cadit sub voto, et consulat superiorem, et cum manifestum gravamen sentitur simpliciter, non debet servari. Vota vero de rebus vanis, et inutilibus, non sunt servanda.

3. *An omne votum obliget ad observandum.* R'. Sic, quia promissio facta Deo ab homine fideliter est servanda.

*Si redditur impossibile, faciat quantum potest, ut qui vovit ingredi certam religionem, et non admittitur, excusatur. Si in communi, quaerat ut ab aliqua recipiatur. Quae vovit virginitatem, et corrumpitur, servet perpetuam castitatem. Item solvat statim, si non limitavit.

4. *An expediat aliquid vovere.* R'. Sic, et est utile nobis, non Deo. Item Christus non vovit, quia firmus in bono, Apostoli sic.

5. *An votum sit actus latriae, seu religionis.* R'. Sic, quia ordinat quae vovit ad divinum cultum, et reverentiam.

6. *An sit magis laudabile, et meritorium facere aliquid ex voto, vel fine.* R'. Ex voto, quia dat arborem, et fructus.

7. *An votum solemnizetur per ordinem sacrum, et professionem religionis.* R'. Sic, solemnitate spirituali, et divina.

8. *An qui sunt sub potestate alterius impediantur vovere.* R'. In his, in quibus est subiectus,

non potest promittere sine voluntate superioris, quia promittere quod est in potestate alterius, non est actus virtutis. Item filius post annos pubertatis potest vovere ea quae spectant ad suam personam, sed non ea, quae pertinent ad domesticam dispensationem, non sic servus. Item votum religiosi sine consensu praelati, non tenet; nec puellae, sine consensu parentum; nec uxoris sine mariti consensu, et licet haec vota non sint firma, tamen vovens non peccat, quia subintelligitur conditio, si placet superiori.

9. *An pueri possint se obligare ad ingressum religionis.* R'. Ante pubertatem non, quia ut plurimum patiuntur defectum rationis, et sunt sub cura parentum, sed si habent usum rationis, possunt se obligare, sed parentes possunt irritare: post pubertatem possunt sine consensu curatorum.

10. *An possit dispensari in voto.* R'. Sic ab Ecclesia, sicut et commutari in aliud opus.

11 *An in voto solemni continentiae possit fieri dispensatio.* R'. In voto ex ordine sacro, sic, sed in solemni religionis, non potest Ecclesia, vel Papa (contra aliquos Iuristas.) Item religiosus, si sit Episcopus, tenetur ad votum paupertatis, et obedientiae, licet per accidens obedire non teneatur.

12. *An ad commutationem, vel dispensationem voti requiratur auctoritas Praelati.* R'. Sic, sed cum causa, ne peccet. Item ingrediens religionem non tenetur servare vota quae fecit in saeculo; quia moritur saeculo.

89. *De iuramento.*

1. *An iurare sit Deum in testem vocare.* R'. Sic, et si ad asserendum praesentia, vel praeterita est assertorium, si futura est promissorium. Item duplex est modus iurandi, vel per simplicem Dei contestationem, vel per execrationem, idest, cum iurans ad poenam se obligat.

2. *An sit licitum iurare.* R'. Sic cum debitis circumstantiis, in re gravi cum necessitate.

3. *An convenienter ponantur tres comites iuramenti, idest, iustitia, iudicium, veritas.* R'. Sic, quia ex causa necessaria, et discrete; secundo de re vera; tertio licita, seu iusta, non ut pars iustitiae, sed ut conditio locutionis.

4. *An iurare sit actus religionis, seu latriae.* R'. Sic, quia profitetur Deum infallibilem, et scientem.

5. *An iuramentum sit appetendum, et frequentandum tanquam utile, et bonum.* R'. Non, sed tantum in necessitate.

6. *An liceat iurare per creaturas.* R'. Sic, quatenus in eis relucet divina veritas, ut fides.

7. *An iuramentum habeat vim obligandi.* R'. In assertorio non, sed sufficit veritas. In promissione, si res est impossibilis deest discretio; si ab eventu redditur impossibilis, excusatur, si fecit quantum in se est. Item qui iurat facere rem ex se malam peccat iurando, et adimplendo: si est impeditiva maioris boni, peccat iurando, sed non peccat implendo, licet esset melius non implere. Item, qui coacte aliquid promittit homini, et iurat, cessat obligatio facta homini coacte, sed iuramentum obligat, quia debet magis damnum sustinere, quam iuramen-

tum violare; quare prius solvat, et repetat in iudicio: vel petat absolutionem a iuramento. Item iurans dolose, servet iuramentum, secundum sanum intellectum illius, cui iuravit; si iurat non dolose, obligatur secundum intentionem iurantis.

8. *An maior sit obligatio iuramenti, quam voti.* R'. Non, sed voti, in quo semper obligamur Deo, et ex fidelitate, quam Deo debemus ex voto, non sic ex iuramento.

9. *An aliquis possit dispensare in iuramento.* R'. Sic, quia dispensatur in voto, quod est maioris obligationis. Dispensatio iuramenti est facere, ut materia, quae erat sub iuramento, non cadat sub iuramento ex causa licita, ut materia indebita. Item qui alicui particulari promittit, et iurat dare aliquid, potest absolvi ab eo, cui promissum est, secus si promissum pertinet ad honorem Dei, vel ad utilitatem aliorum. Item iuramentum de re iniusta unusquisque tenetur non servare, quia peccatum, si impeditiva maioris boni, licitum est servare, et non servare, si de re dubia an sit licita, et utilis, potest Episcopus dispensare, sed de re manifeste licita, et utili, non videtur recipere dispensationem, nisi in certis casibus, et pertinet ad Papam.

10. *An iuramentum impediatur per aliquam conditionem personae, vel temporis.* R'. Sic, et sic excluduntur pueri ante perfectum usum rationis. Item periurii. Item post comestionem. Item sacerdotes, nisi in necessitate, vel magna utilitate, et praecipue in negotiis spiritualibus, tunc enim licet in die festo iurare.

90. *De assumptione divini nominis per modum adiurationis.*

1. *An liceat adiurare hominem.* ℟. Sic, et es quando quis intendit per reverentiam divini no minis, vel rei sacrae aliquid ab alio obtiner sine impositione necessitatis, et non est induce re ad iuramentum.

2. *An liceat Daemones adiurare.* ℟. Sic, e tanquam inimicos expellere, ne nobis nocean in spiritualibus vel temporalibus virtute divin nominis, non per modum deprecationis, vel ut nos doceant.

3. *An liceat irrationalem creaturam adiurare.* ℟. Adiurare, ut refertur ad ipsam, est vanum: ut refertur ad eum a quo movetur, idest ad Deum vel Daemonem, licet, ut supra.

91. *De assumptione divini nominis ad invocandum per orationem, vel laudem.*

1. *An Deus sit ore laudandus.* ℟. Sic, non quod sit necessaria propter ipsum Deum, sed propter nos, ut excitemus nostrum affectum in Deum, et excitemus aliorum affectus in Dei reverentiam.

* Deo quantum ad eius essentiam debetur reverentia, et latriae honor, quia est maior omni laude; sed quantum ad affectus ipsius, qui ordinantur in nostram utilitatem, debetur laus. Item laus oris est inutilis laudanti sine laude cordis.

2. *An in divinis laudibus sit assumendus cantus.* ℟. Sic, ut provocemur magis ad devotionem, et etiam alia sunt adhibenda, quae iuvent ad provocandum ad devotionem. Item nobilior modus est provocare ad devotionem per doctri-

nam, et praedicationes, quam per cantus, et sic praelati doceant, etc.

92. *De vitiis religioni oppositis.*

1. *An superstitio sit vitium religioni contrarium.* R. Sic secundum excessum, non quia plus exhibeat in cultu divino, quam vera religio, sed quia exhibet cui non debet, vel eo modo quo non debet: et excessus est, quando fit aliquid quod fieri non debet. Item aliud est etymologia, aliud significatio nominis.

2. *An sint diversae species superstitionis.* R. Sic ex parte obiecti, et finis, ut idololatria, secundo divinativa, idest, quae consulit Daemones, per pacta saltem tacita, tertio observantia. Item uni virtuti plura vitia opponuntur.

93. *De speciebus superstitionis.*

1. *An in cultu veri Dei possit esse aliquid perniciosum.* R. Sic, quando in facto exteriori aliquid ponitur, quod contrariatur veritati religionis, ut in ministeriis christianis miscere caeremonias Iudaicas, vel aliquid contra modum divina auctoritate ab ecclesia constitutum, et in ea consuetum, quia est mendacium in facto.

2. *An in cultu Dei possit esse aliquid superfluum.* R. Sic, non secundum quantitatem absolutam, quia Deo maius debetur, sed secundum quantitatem proportionis, idest, quando non est proportionatum fini, ut si non pertinet ad Dei gloriam, nec ut mens feratur in Deum, vel caro moderate dometur, vel contra consuetudinem, vel instituta Ecclesiae.

94. *De idololatria.*

1. *An Idololatria recte ponatur species superstitionis.* R'. Sic, quia cultus divinus datur creaturae.

2. *An Idololatria sit peccatum.* R'. Sic etiam si in mente fidem teneat, sed exterius colat idola.

3. *An Idololatria sit gravissimum peccatum.* R'. Sic, quia quantum ex se est constituit alium Deum, et supponit infidelitatem, vel falsum.

4. *An causa Idololatriae fuerit ex parte hominis.* R'. Dispositive sic, ut amor, et affectus inordinatus, et ignorantia veri Dei, sed causa consummativa fuit Daemon, qui in Idolis dabat responsa.

95. *De superstitione divinativa.*

1. *An divinatio sit peccatum, idest, praenunciatio futurorum.* R'. In causis suis effectus necessarii possunt praecognosci, ut futura eclipsis. Item effectus prout plurimum fiunt, possunt cognosci, non certo, sed per coniecturas, ut pluviae, siccitates, morbi, et haec praedictio non est divinatio. Item effectus ad utrumlibet, idest liberi non possunt cognosci in causis, sed in se ipsis, ab homine ut sunt actu praesentes, sed a Deo etiam antequam fiant, qui in sua aeternitate videt futura, quasi praesentia, et hos effectus praedicere ex divina revelatione, non est divinatio, quia a Deo quod divinum est suscipit. Nam divinare est quando quis indebito modo sibi usurpat praenunciare futura, quod est Dei proprium, et semper est peccatum.

2. *An divinatio sit species superstitionis.* R'. Sic, quia sumitur auxilium Daemonum, ad aliquid

faciendum vel cognoscendum, sed omnis divinatio est ex operatione Daemonis, qui expresse, vel tacite invocatur, vel se ingerit.

3. *An sint plures species divinationis.* R'. Sic, nam in manifesta Daemonum invocatione, quae pertinet ad nigromanticos, vel est Praestigium, quod fit apparitionibus Daemonum aspectui et auditui hominum; vel per somnia, idest Divinatio somniorum; vel per mortuorum apparitionem, et locutionem, et dicitur Nicromantia; vel per homines vivos, ut patet in arreptitiis, et est Divinatio per pythones; vel per figuras, et signa, quae apparent in rebus inanimatis, et tunc si in corpore terrestri, dicitur Geomantia; si in aqua, Idromantia; si in aëre, Aëromantia; si in igne, Pyromantia; si in visceribus animalium sacrificatis Daemoni, dicitur Auspicium. Item, si per solam dispositionem, et motum alicuius rei, ut faciunt augures, et tunc si cognoscantur futura ex situ, et motu siderum, est Astrologia; si per motum, et voces animalium, vel hominum, est Augurium; si per verba hominis sine intentione dicta, est Omen; si per signa manus, Chiromantia; si per signa in spatula animalis, Spatulamantia. Item, quando facimus aliquid serio, ut manifestetur nobis occultum sine expressa Daemonis invocatione, sunt Sortes, quae fiunt multis modis. Nota res, quas divinantes attendunt non considerantur ab eis, ut signa, sed ut principia, ideo diversificant species.

4. *An divinatio, quae fit per invocationem Daemonum sit licita.* R'. Non, quia est pactum, et si aliquando vera dicant, tamen semper inten-

dunt perditionem hominum, et nulla utilitas temporalis potest comparari detrimento salutis spiritualis, quod imminet ex inquisitione occultorum per Daemonum invocationes.

5. *An divinatio, quae fit per astra sit licita.* R'. Circa casualia fortuita, et illa, quae sunt libera hominis non licita, quia non pendent ab astris, sed ad futura, quae causantur a corporibus coelestibus, ut eclipsis, siccitas est licita.

6 *An divinatio, quae fit per somnia sit licita.* R'. Ut procedunt ex revelatione divina, vel causa naturali, est licita, secus non.

7. *An divinatio per auguria, et omina huiusmodi sit licita.* R'. Si ut est a causa naturali, vel a Deo, sic, secus, non.

8. *An divinatio sortium sit licita.* R'. Si quasi actus humani qui expectantur pendeant a stellis, vel a Daemone, est illicita, sed si ut a Deo, et in necessitate licita est, dummodo non sit tentare Deum, sed cum reverentia. Item, Ecclesiastici non sunt eligendi sortibus, sed inspiratione Spiritus sancti, nam Matthias fuit electus sorte, quia plenitudo Spiritus sancti nondum in Ecclesia erat effusa, sed in temporalibus dignitatibus si est necessaria, licet cum debita reverentia.

*Iudicium ferri candentis, vel aquae ferventis, vel duelli, est illicitum.

96. *De superstitionibus observantiarum.*

1. *An liceat uti observantiis artis notoriae.* R'. Non, quia per hanc quaeritur veritas per pacta cum Daemone inita, nam utitur inspectione quarundam causarum, et verborum ignotorum

prolatione, quae secundum veritatem, neque secundum naturam, neque secundum divinam institutionem habent vim causandi scientiam, sed sunt vana et pertinent ad pactum cum Daemone.

*Exquirere futura a Daemone est peccatum etiam propter societatem cum eis initam, ergo etiam ars notoria erit peccatum.

2. *An observationes ordinatae ad mutationes corporum, ut ad sanitatem vel aliquid huiusmodi sint licitae.* R'. Si naturaliter non videntur causare talem effectum, sunt illicitae, ut pacta cum Daemone: si naturaliter causant, sunt licitae, sed adiungere characteres, nomina, etc. est superstitiosum, et nullo modo licet homini uti auxilio Daemonum per pacta.

3. *An observationes ordinatae ad cognoscendum fortunia vel infortunia sint licitae.* R'. Non, sed sunt reliquiae idololatriae ex vana hominum vanitate, et Daemonum malitia, et non sunt effectus causae naturalis.

4. *An suspendere divina verba ad collum sit licitum.* R'. Sic, si non contineant aliquid ad invocationem Daemonum pertinens, et ne sub verbis ignotis aliquid illicitum lateat, nec aliquid falsum contineant, nec aliqua vana ut characteres praeter signum crucis, et ne spes habeatur in modo scribendi, vel ligandi, vel in aliqua vanitate, quae non pertinet ad divinam reverentiam, sed ad superstitionem, nec in collectione herbarum medicinalium sit superstitio, potest tamen Deus adorari dum colliguntur.

97. *De tentatione Dei.*

1. *An tentatio Dei consistat in aliquibus factis, in quibus solius divinae potestatis expectatur effectus.* R'. Tentare est proprie experire de aliquo, vel verbis, an sciat, vel possit, vel velit quod quaerimus, vel factis, ut exploremus eius prudentiam, voluntatem, vel potentiam, et hoc vel aperte, vel insidiose, et hoc vel expresse, vel interpretative, idest quamvis hoc non intendat, tamen factum est ordinatum ad hoc, ut experimentum sumat. Item, quando quis ob necessitatem, vel utilitatem in petitionibus vel in factis committit se Deo, non est tentare Deum, sed si absque utilitate, est interpretative tentare Deum.

*Sancta Agatha renuens medicinam non tentabat Deum, quia alias erat experta Dei benevolentiam.

2. *An tentare Deum sit peccatum.* R'. Si ut cognoscat Dei virtutem sic, quia dubitare de perfectione Dei est peccatum, sed si ut aliis manifestet potentiam Dei, et fiat cum debitis circumstantiis, non est peccatum, nec est tentare Deum.

3. *An tentatio Dei opponatur virtuti religionis.* R'. Sic, quia haec debito modo postulat, illa indebito.

*Qui ante orationem animam suam non praeparat, ut non parcendo inimicis, vel non disponendo se ad devotionem, interpretative Deum tentat.

4. *An tentatio Dei sit gravius peccatum, quam superstitio.* R'. Non, sed haec, quia magis divinae reverentiae adversatur.

98. *De periurio.*

1. *An falsitas eius quod in iuramento confirmatur requiratur ad periurium.* R'. Sic, et ab ea specificatur.

2. *An omne periurium sit peccatum.* R'. Sic, et qui iurat facere illicitum, licet non faciat, est periurus defectu iustitiae.

* Qui iurat non ingredi religionem, vel non dare eleemosynam, est periurus ex defectu iudicii, et faciendo melius, non est periurus. Item, qui iurat facere, et non potest exequi, excusatur, quia semper intelligitur conditio si licitum est. Item, iuramentum est actio personalis: unde qui de novo fit civis, non obligatur iuramento servare illa quae prius civitas iuravit, sed tenetur ex fidelitate. Item canonicus, qui iurat servare statuta Ecclesiae, non tenetur ad futura statuta, nisi intendat se obligare etiam ad futura.

3. *An omne periurium sit peccatum mortale.* R'. Sic de ratione sui, et in re levi importat contemptum Dei.

* Qui coactus iuravit tenetur servare iuramentum, vel petat dispensationem a Papa. Item, qui iocose periurat, peccat mortaliter. Item, qui lapsu linguae falsum iurat, si advertit se falsum iurare, peccat mortaliter.

4. *An peccet qui petit iuramentum ab eo, qui periurat.* R'. Si est persona privata, et nescit eum falsum iuraturum, non peccat: si scit falsum iurare, peccat ut homicida; si est persona publica, et ad petitionem alterius petit sciens illum falsum iuraturum, non peccat, quia non

videtur ipse exigere, sed ille ad cuius instantiam.

* Ab eo qui iurat per falsos Deos, licet iuramentum recipere, idest uti malo hoc ad bonum, sed non licet eum ad hoc inducere. Item, quando quis iurat falsum per verum Deum ibi non est aliquid bonum, quo liceat uti.

99. *De sacrilegio.*

1. *An sacrilegium sit sacrae rei violatio.* R'. Sic, quia irreverentia rerum sacrarum pertinet ad iniuriam Dei, et est sacrilegium.

* Permittere Iudaeos sua officia publice exercere, est sacrilegium in Christum.

2. *An sacrilegium sit peccatum speciale.* R'. Sic, quia in eo est specialis ratio deformitatis, idest circa rem sacram.

3. *An species sacrilegii distinguatur secundum res sacras.* R'. Secundum diversam rationem sanctitatis sic, sed sanctitas tribuitur personis, locis, rebus, et sic tres species, quia tria obiecta. Item in personas est gravius sacrilegium quam in loca, quia haec sunt ad illas. Item in qualibet specie sunt varii modi pro diversitate sanctitatis (Vide ibi).

4. *An poena sacrilegii debeat esse pecuniaria.* R'. Primo censuris, secundo poena temporali, ut sacrilegi homines his deterriti arceantur: non tamen est avaritia.

100. *De simonia.*

1. *An simonia sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum.* R'. Sic. Item omnis contractus non gratuitus in re spirituali facit simoniam: hinc per-

mutatio praebendarum, vel beneficiorum auctoritate partium est simonia: sed auctoritate superioris pro causa utili, vel necessaria est licita. Item Papa potest incurrere simoniam sicut alii, quia non est dominus rerum Ecclesiae, sed fidelis dispensator.

2. *An semper sit illicitum pro sacramentis pecuniam dare.* R/. Accipere aliquid pretio aestimabile pro spirituali gratia sacramenti, est simonia, sed accipere aliquid pro sustentatione ministrorum secundum leges Ecclesiae, vel approbatas consuetudines, non est simonia, quia est stipendium necessitatis, et non pretium rei sacrae.

* Quando Sacerdos absque pecunia nollet baptizare puerum morientem, tunc ac si non esset Sacerdos, potest baptizari a quolibet alio. Item si in tali casu baptizandus esset adultus, nec esset alius qui baptizaret, potius sine baptismo recedat, quia ei suppletur baptismo flaminis. Item pro missa non accipit pretium, sed stipendium sustentationis. Item pro absolutione non exigitur pecunia quasi pretium illius, sed quasi poena culpae praecedentis. Item consuetudo non excusat simoniam, secus si ut stipendium, sed cavendum est, quod habet speciem simoniae, vel cupiditatis etc. Item antequam acquiratur ius ad beneficium per electionem, non licet redimere obstacula adversantium pecunia, quia est simonia; sed post ius acquisitum, licet per pecuniam removere iniusta impedimenta.

3. *An liceat dare, vel accipere pecuniam pro spiritualibus actibus.* R/. Pro spirituali non: pro sustentatione ministrorum sic. Item doctus non

scientiam, sed usum scientiae potest vendere, secus si ex officio docet. Item pro ingressu Monasterii non licet aliquid accipere, sed si est tenue, potest aliquid accipere pro victu personae.

4. *An liceat accipere pecuniam pro his, quae sunt spiritualibus annexa.* Ꝛ. In quantum sunt spirituali annexa, non, ut sunt beneficia ecclesiastica, quia hoc non competit, nisi habenti officium clericale: sed illa, quae ad spiritualia ordinantur, ut ius patronatus, vasa sacra, quae non praesupponunt spiritualia, sed praecedunt illa tempore, possunt aliquo modo vendi non ut annexa spiritualibus.

* Vasa consecrata ratione materiae si prius frangantur possunt vendi pro necessitate Ecclesiae, et pauperum. Item si Episcopus antequam conferat beneficium ex causa aliquid de fructibus destinet in pios usus, non est simonia; si vero ab eo, cui beneficium contulit aliquid requirat ex fructibus, est simonia.

5. *An liceat dare spiritualia pro munere quod est ab obsequio vel a lingua.* Ꝛ. Non, quia est munus, et pretium, nisi sit obsequium honestum quod Clericus impendit Episcopo ad utilitatem Ecclesiae, quia fit dignus. Item conferre gratis alicui aliquid spirituale propter consanguinitatem, vel aliam affectionem est illicitum, sed non simoniacum. Item, is qui per laudes et preces principaliter intendit favorem humanum, ut conferatur spirituale, praesertim pro indigno, est simonia; sed si pro digno, et attendatur dignitas personae, non favor humanus, non est simonia. Item, qui pro se rogat ut obtineat curam animarum redditur ex prae-

sumptione indignus, secus si beneficium est sine cura, et petens indigeat. Item, hypocrita non est simoniacus, quia nil spirituale dat pro laude sed simulat.

6. *An sit conveniens poena simoniaci ut privetur eo, quod per simoniam acquisivit.* R'. Sic, quia Dominus ordinavit, ut dispensatores gratis dent spiritualia. Item, puniuntur etiam infamia et depositione si sint clerici; excommunicatione si sint laici.

* Ordinatus simoniace est suspensus quoad se et quoad alios, nec potest repetere pecuniam datam ordinanti; si occultus quoad se tantum. Item, nec propter praeceptum, vel excommunicationem debet quis ordinari ab Episcopo simoniace promoto, secus est suspensus, etiam si ignoranter: si Episcopus est simoniacus alio modo, quam in promotione, et est occultus, potest ab eo ordinari, quia quoad se tantum est suspensus. Item, simoniacus restituat fructus deductis expensis, si simoniace fuit per alium ipso nesciente, et contradicit, non tenetur resignare, vel fructus bona fide perceptos restituere (cui restituendum, et quis dispenset, vide ibi).

101. *De pietate.*

1. *An pietas se extendat ad determinatas personas hominum.* R'. Sic, et principaliter se extendit ad parentes, consanguineos, patriam, concives et amicos patriae, sicut religio primo debetur Deo, licet nomen pietatis ad divinum cultum extendatur, et lato vocabulo ad opera misericordiae.

2. *An pietas exhibeat parentibus sustentatio-*

nem. R/. Sic in omni necessitate honora parentes.

3. *An pietas sit specialis virtus ab aliis distincta.* R/. Sic, quia habet specialem rationem obiecti et debiti.

4. *An occasione religionis sint praetermittenda officia pietatis in parentes.* R/. Non, nisi cultus parentum abstrahat nos a cultu Dei, quia plus tenemur Deo quam parentibus. Item, qui habet parentes, qui ex se sustentari non possunt non debet ingredi religionem, illis relictis, quia esset contra praeceptum Dei: Honora parentes. Item, qui est professus in religione non debet occasione subveniendi parentes exire claustrum; potest tamen de licentia superioris pium studium adhibere ad subveniendum illis.

102. *De observantia et partibus eius.*

1. *An observantia sit specialis virtus distincta ab aliis.* R/. Sic, et est cum exhibetur cultus et honos personis in dignitate constitutis, et est sub pietate quae est erga parentes. Item, reverentia pertinet ad observantiam.

2. *An pertineat ad observantiam exhibere cultum et honorem his, qui sunt in dignitate constituti.* R/. Sic, ergo excellentiae eorum debetur honor ratione sublimioris gradus, timor autem ratione potestatis, obedientia ratione officii, et tributa, quasi stipendia.

3. *An observantia sit potius virtus, quam pietas.* R/. Non, quia pater post Deum est nobis substantialius coniunctus.

103. *De dulia.*

1. *An honor importet aliquid corporale.* R̸. Sic, quia fit signis, verbis, et rebus extrinsecis, sed Deo potest fieri solo actu interiori, quia videt cor.

* Reverentia non est idem quod honor, sed est finis illius, dum quis honoratur ut in reverentia habeatur ab aliis.

2. *An honor proprie debeatur superioribus.* R̸. Sic, quia datur propter excellentiam et dignitatem, et erit superior, vel in comparatione ad honorantem, vel in comparatione ad alios, non ad eum.

3. *An dulia sit specialis virtus distincta a latria.* R̸. Sic, quia illa datur homini dominanti, haec Deo.

4. *An dulia habeat diversas species.* R̸. Proprie, non.

* Hyperdulia debetur coniunctissimo Deo.

104. *De obedientia.*

1. *An unus homo teneatur alteri obedire.* R̸. Sic, idest inferiores superioribus de iure naturali et divino.

2. *An obedientia sit specialis virtus.* R̸. Sic, quia habet speciale obiectum, idest praeceptum superioris tacitum, vel expressum, et est pars iustitiae: sed si sumatur large, idest pro executione cuiuscumque quod potest cadere sub praecepto est generalis virtus; idem dicendum de peccato inobedientiae.

* Item obedientia proprie non respicit diversam rationem excellentiae, sed praeceptum personae excellentis, et sic est unius rationis. Item

obedientia in prosperis, quae habet aliquid de suo, est minor, vel nulla, quia tunc voluntas principaliter non intendit praeceptum, sed proprium volitum, sed in adversis et difficilibus est maior, quia tantum intendit praeceptum secundum id quod exterius apparet, quia secundum Dei iudicium aliquando secus accidit.

3. *An obedientia sit maxima virtutum.* R'. In moralibus sic, quia, ut Deo adhaereat, contemnit maximum, idest propriam voluntatem, sed inter theologicas non, quia his homo Deo secundum se inhaeret, sed per morales homo contemnit creata, ut Deo inhaereat, et sic illae sunt finis, haec sunt media. Item obedientia, ut est ex reverentia, est sub diversis virtutibus.

4. *An in omnibus sit Deo obediendum.* R'. Sic, ex necessitate iustitiae, et Deus est primus motor voluntatum.

* Homo non semper tenetur velle quod Deus vult, sed semper tenetur velle quod Deus vult cum velle. Item Deus est dominus creaturarum.

5. *An subditi teneantur obedire suis superioribus in omnibus.* R'. In omnibus, exceptis his, in quibus non est subditus, et his, quae sunt contra praeceptum maioris, ut Dei. Item in his quae pertinent ad interiorem motum voluntatis, non tenetur obedire hominibus, sed soli Deo. Item in his quae pertinent ad naturam corporis, scilicet ad illius sustentationem, et prolis generationem: quare, nec servi dominis, nec filii parentibus tenentur obedire de matrimonio contrahendo et de virginitate servanda, etc. quia in his omnes sunt pares. Item religiosi tenentur obedire superioribus in his, quae spe-

ctant ad regularem conversationem, sed obedire in aliis licitis est perfectionis. Item filius patri in disciplina, ut servus domino in opere servili, miles duci in bellicis tenetur obedire.

6. *An Christiani teneantur secularibus potestatibus obedire.* R'. Sic, quia fides non tollit ordinem iustitiae, sed si non habent iustum principatum, vel si iniusta praecipiant, non est obediendum, nisi ad vitandum scandalum.

105. *De inobedientia.*

1. *An inobedientia sit peccatum mortale.* R'. Sic, quia est contra praeceptum Dei ut obediamus superioribus, et sic contra charitatem. Peccatum veniale non est inobedientia, quia non est contra, sed praeter praeceptum. Item non omne mortale est inobedientia loquendo formaliter, sed quando contemnit praeceptum. Item impossibilitas excusat subditum a peccato.

2. *An inobedientia sit gravissimum peccatum.* R'. Non, quia gravius est blasphemia, quae directe contemnit Deum. Item gravius est contemnere praecipientem, quam praeceptum. Item una inobedientia est gravior altera.

106. *De gratitudine seu gratia.*

1. *An gratia sit specialis virtus ab aliis distincta.* R'. Sic a religione, pietate, observantia, quia est post.

2. *An magis teneatur ad gratias agendas innocens, quam poenitens.* R'. Ubi gratia dantis est maior, ibi requiritur maior gratiarum actio, et sic innocens tenetur agere gratias maiores Deo, quia maius et continuatum ei datur, quam poe-

nitens ex quantitate dantis, sed si gratia dica tur maior, quia magis datur gratis, magis te netur poenitens, quam innocens.

5. *An homo teneatur agere gratias homini be nefacienti.* R'. Sic, et pro modo beneficii, etiar si benefaciat pro propria utilitate, imo servo fa cienti ultra debitum debetur gratiarum actio Item non vocare beneficium nisi quod danter afficit incommodo, est summae malignitatis.

4. *An homo debeat statim beneficium compen sare.* R'. Quantum ad affectum statim, quantur ad donum in tempore, quod sit opportunum be nefactori, quia si statim et importune festina reddere munus, non est virtuosa compensatio sed invita, nec est animus grati hominis, se debitoris, quia est debitum morale, non legale nec expectandum diu.

5. *An gratiarum actio sit attendenda secundur affectum benefacientis, an secundum effectum.* R' S: est recompensatio gratiae, magis secundun affectum dantis, quia est gratis impensum, e magis nos obligat: qui magnifice parva dat, s compensatio pertinet ad iustitiam, v. g. debit legalis, ut in mutuo, attenditur quantitas dati si ad amicitiam utilem, idest debiti moralis attenditur utilitas accipientis; si est amiciti honesti, attenditur affectus dantis.

6. *An oporteat plus aliquem exhibere in com pensationem, quam susceperit in beneficio.* R'. Sic quia, qui beneficium accipit obligatur ut simi liter aliquid gratis impendat, et sic excedere quantitatem accepti, secus videtur reddere quod accepit, et non aliquid gratis, et haec obliga tio cum sit ex charitate, est interminabiliter.

107. *De ingratitudine.*

1. *An ingratitudo sit semper peccatum.* R'. Sic, quia repugnat virtuti honestatis, et sufficit sola voluntas, si non potest.

2. *An ingratitudo sit speciale peccatum.* R'. Sic, quia opponitur gratiae, seu gratitudini, quae est specialis virtus.

3. *An ingratitudo semper sit peccatum mortale.* R'. Non, nam quae est per solam omissionem, ut non cognoscere beneficium, non laudare, non est mortale, quia homo ad hominem non tenetur nisi ex liberalitate; si ex contemptu, sive in necessitate eius cui debetur beneficium, est mortale.

4. *An ingratis sint beneficia subtrahenda.* R'. Non, quia forte secundo et tertio erit gratus, licet ille non mereatur.

108. *De vindicatione.*

1. *An vindicatio sit licita.* R'. Si intentio vindicantis principaliter feratur in bonum, ut si infligit poenam ad emendationem, cohibitionem, quietem aliorum, conservationem iustitiae, honorem Dei, servatis circumstantiis, est licita; si intentio feratur in malum eius de quo vindictam sumit, est illicita, quia est odium contra charitatem, etiamsi iniuste sit offensus.

* Quando multitudo peccat, non omnes puniendi, sed principaliores; et si aliqui, et nesciuntur, non est saeviendum; si peccatum principis sine scandalo multitudinis puniri non potest, tolerandum est, nisi forte peccatum sit maius scandalo.

2. *An vindicatio sit specialis virtus.* R'. Sic,

quia est pars iustitiae, et quia debito mod tollit impedimentum ne iniuriae inferantur, v dum illatas ulciscitur removet nocumenta.

3. *An vindicatio debeat fieri per poenas apu homines consuetas.* R̸. Sic, quia tollit quae ho mo amat, ut vitam, bona, etc.

4. *An vindicta sit exercenda in eos, qui invo luntarie peccaverunt.* R̸. Sub ratione poenae non, quia non debentur, nisi peccatis, sed su ratione poenae ut est medicina praeservativa malo, vel inductiva ad bonum, sed sine culpa non sine causa.

109. *De veritate et vitiis oppositis.*

1. *An veritas sit virtus.* R̸. Quae facit homi nem veriorem et bonum sic, sed veritas pr obiecto non.

* Laudare de se vera sine debita circumstan tia, est vitiosum. Idem dicas de publication peccati.

2. *An veritas sit specialis virtus.* R̸. Sic, qui in ea est specialis ratio bonitatis, ut signi a signatum.

3. *An veritas sit pars iustitiae.* R̸. Sic, ut se cundaria principali annexa idest adaequat no ex debito legali, sed morali.

4. *An virtus veritatis magis declinet in minus* R̸. Sic in minus bonum de se affirmando, e fit vere et prudenter, quia in maiori est etian minus. Declinari in minus, ut negetur quo inest, est falsum, et non virtus, qui maior de se dicunt, quam sint, sunt aliis onerosi quasi excellere alios volentes; qui autem mi nora sunt gratiosi, quia condescendunt aliis.

110. *De vitiis oppositis veritati.*

1. *An mendacium semper opponatur veritati?* R'. Sic, quia mendacium formaliter est dicere lsum animo fallendi, quod opponitur verita-. Item actus moralis specificatur ex obiecto fine, qui est obiectum voluntatis, quae est rimum movens in moralibus, sic mendacium. em mendacium est contra mentem ire, et sic us ratio sumitur a formali falsitate, quae est im quis habet voluntatem fallendi, etiam si rtasse verum dicat, quia non est verum nisi aterialiter, sic qui putat dicere verum, dicit lsum, non est mendacium seu falsitas, nisi aterialiter, quia praeter intentionem, a qua rmale in moralibus multum pendet.

* Magis opponitur veritati dicens verum indens dicere falsum, quam dicens falsum indens dicere verum; non tantum voce, sed sinis, nutu, facto fit mendacium.

2. *An mendacium sufficienter dividatur per mendacium officiosum, iocosum et perniciosum.* R'. Sic, uia si fiat propter bonum delectabile est iocoim: si propter bonum utile est officiosum: si ausa nocumenti est perniciosum.

3. *An mendacium sit peccatum.* R'. Sic, et est alum ex genere suo, et nullo modo potest esse citum.

* In Scriptura sacra nihil est falsum, licet iem variis modis referatur, et quaedam intelliuntur figuraliter et mystice. Item pro quocunue bono non licet mentiri, sed licet occultare eritatem prudenter sub aliqua dissimilitudine. tem qui promittit aliquid facere, si non facit, on dicet mendacium, si animum mutat, sed in-

fideliter agit, sed excusatur, si mutantur cond
tiones personarum et negotii. Item, si promitt
manifeste illicitum, male facit, et mutando pr
positum bene facit; quod hyperbolice figurativ
dicitur, vel fit, non est mendacium.

4. *An omne mendacium sit peccatum mortal*
R'. Non, ut iocosum, officiosum, quod non re
pugnat charitati. Item, quod est contra res di
vinas est mortale, quia repugnat charitati De
et fidei, vel religioni. Item, si sit contra bonu
hominis, ex se est mortale. Item ob finem inte
tum, ut ad iniuriam Dei, vel damnum, vel in
famiam proximi, est mortale; sed si finis inten
tus non est contra charitatem, non est mortal
Item potest esse mortale per accidens ration
scandali, vel damni.

111. *De simulatione et hypocrisi.*

1. *An omnis simulatio sit peccatum.* R'. Sic
quia est mendacium in facto et re, licet non i
verbis, ut sanctitatem simulare.

* Fictio quae aliquid significat, non est men
dacium, ut Christus finxit se longius ire, sed s
nihil significat est mendacium.

2. *An hypocrisis sit idem quod simulatio.* R'
Sic, quando peccator simulat personam iusti
sed non omnis simulatio est hypocrisis.

* Qui in servitio Dei bona opera facit, et non
quaerit Deo, sed hominibus placere, est hypo
crita, non quod simulet opus bonum, sed inten
tionem rectam. Item, qui habitum religioni
sumit ut se iustum ostendat, est hypocrita, se
si intendit statum perfectionis, et per infirmita
tem deficit, non est hypocrita, nec tenetur ma

ifestare suum peccatum deponendo habitum.

3. *An hypocrisis opponatur virtuti veritatis.* ℟. Sic, ex obiecto, quia exhibet se talem vita et sermone qualis non est.

* Hypocrisis opponitur simplicitati, quae est veritas, et non intendit in diversa, et veritas est quando signa concordant signatis.

4. *An hypocrisis semper sit peccatum mortale.* ℟. Si non curat habere sanctitatem, sed eam excludit, sic, idest, si est contra charitatem Dei, vel proximi est mortale, secus, est veniale, quia est mendacium operis, quod non semper est mortale, sicut nec inanis gloria est semper mortale, a qua nascitur hypocrisis, nec quaelibet perfectio sanctitatis est de necessitate salutis.

112. *De iactantia.*

1. *An iactantia opponatur virtuti veritatis.* ℟. Sic per modum excessus, quando quis se extollit supra id, quod est ipse.

2. *An iactantia sit peccatum mortale.* ℟. Iactantia, ut est mendacium, si est contra gloriam Dei, vel charitatem proximi, est peccatum mortale, secus est veniale. Item si causa iactantiae est peccatum mortale, et ipsa mortale: si veniale, et ipsa veniale.

* Qui se iactat ut iurgia concitet, est mortale, si iactantia est causa per se iurgiorum; secus si est causa per accidens.

113. *De ironia.*

1. *An ironia per quam aliquis de se fingit minora, sit peccatum.* ℟. Sic, cum de se dicit vile, quod non habet, vel negat magnum, quod ha-

bet, quia est mendacium. Item tacere maiora et dicere minora quae habet, de se non est peccatum nisi ex circumstantia.

2. *An ironia sit maius peccatum quam iactantia.* ℟. Non, quia haec est ex turpiori motivo, idest ob honorem magna dicit: qui parva de se ostendit, et intendit excellentiam spiritualem, est iactantia simul cum ironia.

114. *De amicitia quae affabilitas dicitur.*

1. *An amicitia sit specialis virtus.* ℟. Sic, quia affabilitas ordinat hominem convenienter ad alios in communi conversatione tam in factis, quam in dictis, in quibus consistit affabilitas. Item illae amicitiae quae consistunt in affectu principaliter quo unus alterum diligit, possunt esse in quacunque virtute.

2. *An haec affabilitas sit pars iustitiae.* ℟. Sic, quia est ad alterum, licet non habeat debitum nisi honestatis.

115. *De adulatione.*

1. *An adulatio sit peccatum.* ℟. Sic, quia est quando quis alios supra modum verbis, vel factis in communi conversatione delectat, quia affabilitas ubi necesse est propter aliquod opus bonum faciendum, vel malum fugiendum, contristare debet, et qui in omnibus vult delectare, excedit modum, et adulat. Item, etiam vituperare malum, non adhibitis debitis circumstantiis, est malum.

2. *An adulatio sit peccatum mortale.* ℟. Quando contrariatur charitati, sic, ut laudare peccatum mortale, vel ratione intentionis notabiliter

nocendi, vel quando est occasio damni notabilis etiam si sit praeter intentionem, si sciebat, etc.

116. *De litigio.*

1. *An litigium opponatur virtuti affabilitatis.* R'. Litigium fit verbis cum verbis alterius contradicit: et si contradicit propter defectum amoris, est discordia, quae est contraria charitati; si ut contristet personam, tunc opponitur affabilitati, ad quam delectabiliter cum aliis convivere pertinet.

* Contentio pertinet ad discordiam, litigium ad animum contristandi; et licet aliquando sit ex ira, non tamen opponitur mansuetudini, quia non attenditur causa in oppositione.

2. *An litigium sit gravius peccatum quam adulatio.* R'. Secundum speciem sic, quia est magis contra affabilitatem, licet ex circumstantia secus.

* Licet adulatio, quia est cum dolo, sit turpior, et de ea magis verecundetur homo propter turpitudinem, tamen non est gravior.

117. *De liberalitate.*

1. *An liberalitas sit virtus.* R'. Sic, quia bene uti his, quibus male uti possumus, est virtus.

2. *An liberalitas sit circa pecunias.* R'. Proprie, sic, et nomine pecuniae sunt omnia quae aestimantur pecunia.

3. *An uti pecunia sit actus liberalitatis.* R'. Sic, quia sunt obiectum eius, et uti ad se, et ad alios.

4. *An ad liberalitatem maxime pertineat dare.* R'. Sic magis, quam pro se expendendo vel conservando, et maioris prudentiae est utiliter pecuniam expendere, quam utiliter conservare.

5. *An liberalitas sit pars iustitiae.* R'. Non est eius species, sed habet convenientiam cum ea in debito morali et decentia.

6. *An liberalitas sit maxima virtutum.* R'. Non, quia aliae sunt circa meliora bona, ut temperantia, iustitia.

118. *De vitiis liberalitati oppositis.*

1. *An avaritia sit peccatum.* R'. Sic, quia excedit modum virtutis in acquirendo et retinendo in exteriori contra proximum in affectu contra Deum. Item, licet senex ob defectum naturae avidius quaerat exteriora subsidia, sed si excedit mensuram rationis, peccat.

2. *An avaritia sit speciale peccatum.* R'. Sic, et est immoderatus amor habendi possessiones ab obiecto.

3. *An avaritia opponatur liberalitati.* R'. Sic, in debito morali, sed in obiecto legali opponitur iustitiae.

4. *An avaritia sit peccatum mortale.* R'. Ut opponitur iustitiae est mortale ex genere suo, nisi imperfectio actus excuset: sed ut opponitur liberalitati, si praefertur charitati, est peccatum mortale; si non praefertur est veniale.

5. *An avaritia sit maximum peccatum.* R'. Non, quia non corrumpit maximum bonum, ut contra Deum et personam proximi.

6. *An avaritia sit peccatum speciale.* R'. Sic, quia perficitur in delectatione speciali, idest, considerando se divitem, etc.

7. *An avaritia sit vitium capitale.* R'. Sic, a quo alia oriuntur, et sic ratione finis, quia omnia obediunt pecuniis.

8. *An filiae avaritiae sint proditio, fraus, ful-*

lacia, periurium, inquietudo, violentia, obduratio. R'. Sic, ex s. Gregorio lib. 31. Moral. cap. 31. qui has avaritiae filias numerat.

119. *De prodigalitate.*

1. *An prodigalitas opponatur avaritiae.* R'. Sic secundum abundantiam et defectum circa possessiones ex animi inordinatione.

2. *An prodigalitas sit peccatum.* R'. Sic, quia corrumpit bonum seu medium virtutis, et stat in modo, unde qui omnia dat proximo propter Christum non est prodigus, sed perfecte liberalis.

3. *An prodigalitas sit maius peccatum, quam avaritia.* R'. Non, quia minus distat a liberalitate, ad quam facile reducitur, et quia cum senectute sanatur cui est contraria, vel cum pervenerit ad egestatem.

120. *De epicheia seu aequitate.*

1. *An epicheia sit virtus.* R'. Cum in multis casibus sit consideranda mens legislatoris, ut non obliget datur aequitas.

* Vitium est sequi verba legis, quando non portet, relinquendo mentem, non tamen licet udicare de lege an sit iusta. Interpretatio prinipis requiritur in dubiis, non in manifestis, ed executio.

2. *An epicheia sit pars iustitiae.* R'. Sic subiective, et praedicatur de epicheia essentialiter, imo est melior iustitia legali, sed non omni iustitia.

121. *De pietate.*

1. *An pietas sit donum.* R'. Illa qua per instinum Spiritus sancti exhibetur cultus Deo, ut

Patri, est donum Spiritus sancti. Donum est quaedam habitualis animae dispositio, qua est prompte mobilis a Spiritu sancto.

* Quando exhibetur patri carnali est virtus non donum. Item religio est potior pietate ut est virtus, sed pietas, ut donum, est potior religione. Item pietas ut donum non solum exhibet cultum Deo, sed etiam omnibus hominibus etiam propter Deum, unde honorat sanctos, non contradicit scripturae, et subvenit miseris in via.

2. *An dono pietatis respondeat secunda beatitudo, scilicet, beati mites.* R'. Ratione ordinis secundum Augustinum sic, sed ratione obiectorum, non; sed magis quarta et tertia beatitudo quam secunda.

122. *De praeceptis iustitiae.*

1. *An praecepta decalogi sint praecepta iustitiae.* R'. Sic, quia sunt ad alterum, ut iustitia. et tria prima sunt de actibus religionis, quae est potissima pars iustitiae, quartum de actibus pietatis, quae est secunda; reliqua sunt de actibus iustitiae convenienter dictae inter aequales.

2. *An primum praeceptum decalogi convenienter tradatur.* R'. Sic, quia per illud homo ordinatur in Deum tanquam ultimum finem, tollendo falsos Deos.

3. *An secundum praeceptum decalogi convenienter tradatur.* R'. Sic, quia tollit impedimentum verae religionis, idest irreverentiam erga Deum.

*. Literalis expositio huius praecepti est ne iures pro re quae non est, aliae sunt mysticae; vel inordinata assumptio divini nominis, idest quodcunque nomen Dei stat pro re significata.

4. *An tertium praeceptum decalogi, idest,* Sab-

bata sanctifices, convenienter tradatur. R'. Sic, quia remotis impedimentis verae religionis per primum et secundum, ponitur in tertio cultus religionis exterior per signum sensibile, nam ad cultum interiorem, idest orationem, devotionem magis homo inducitur instinctu Spiritus sancti.

* Hoc praeceptum partim est morale, id est, ut homo det aliquod tempus ad vacandum divinis, partim ceremoniale, idest datur in signum creationis mundi, sed hic ponitur ut morale. Item, finis huius praecepti est ut homo vacet rebus divinis, et cessatio ab opere servili: opus servile dicitur a servitute, qua homo servit peccato, vel ut servus alteri homini corporaliter servit, et utrumque prohibetur: non servitus Dei, quae potest esse latria. Item exercitium actus spiritualis non prohibetur in Sabbato, ut docere verbo vel scripto. Item opera, quae sunt communia servis et liberis, non sunt servilia. Item, non prohibentur opera necessaria sibi vel proximo ad salutem corporis, vel ad damnum vitandum, ut sanare, pugnare, ovem errantem reducere. Item Dominica stat pro Sabbato ex constitutione Ecclesiae, et consuetudine populi Christi.

5. *An convenienter tradatur quartum praeceptum: honora parentes.* R'. Sic, quia post Deum debemus parentibus, qui sunt particulare principium nostri esse, sicut Deus est universale. Item, sub hoc praecepto etiam intelligitur reddere debitum cuique personae. Item, sub honore parentum intelligitur sustentatio, et quodcumque aliud.

6. *An sex alia praecepta decalogi convenienter*

tradantur. Ꝛ. Sic, ut indifferenter omnibus detur debitum.

* Quando prohibetur concupiscentia, non intelligitur primus motus sensualitatis, qui consistit intra limites sensualitatis, sed directe prohibetur consensus voluntatis, qui est in opere vel delectatione.

123. *De fortitudine.*

1. *An fortitudo sit virtus*. Ꝛ. Sic, quia facit hominem bonum, et opus eius secundum rationem, ne mens deterreatur ab opere bono propter aliquod difficile.

* Licet aliqui habeant actus fortitudinis sine fortitudine; quod accidit vel ex ignorantia, vel ex impulsu passionis.

2. *An fortitudo sit virtus specialis*. Ꝛ. Ut dicit firmitatem animi in sustinendis et repellendis his, in quibus difficile est habere firmitatem, est specialis virtus: si ut dicit tantum quandam animi firmitatem, est virtus generalis, vel conditio cuiuslibet virtutis.

3. *An fortitudo sit circa timores et audacias*. Ꝛ. Sic, quasi illos cohibeat, has moderetur.

4. *An fortitudo sit solum circa pericula mortis*. Ꝛ. Sic, quia mors est maxime terribile inter corporalia.

5. *An fortitudo proprie consistat circa pericula mortis quae sunt in bello*. Ꝛ. Sic in bello iusto, quia propter bonum, etiam est fortis qui subit pericula mortis propter virtutem, ut qui cum periculo vitae inservit amico infirmo.

* Martyrum fortitudo, quia est propter summum bonum maxime commendatur, et est for-

titudo belli. Item, licet propter pacem Reipublicae.

6. *An sustinere sit actus principalis fortitudinis.* Ꝛ. Sic, idest, immobiliter stare in periculis magis quam aggredi.

* Difficilius est sustinere quam aggredi, quia habet et sentit pericula praesentia, et diuturnius.

7. *An fortis operetur propter bonum proprii habitus.* Ꝛ. Sic, quia quodlibet agens intendit imprimere vim suae virtutis in aliud, ut ignis; finis remotus fortitudinis est beatitudo, vel Deus.

8. *An fortis delectetur in suo actu.* Ꝛ. Ex una parte sic secundum apprehensionem de actu virtutis, et de fine suo; ex altera parte tristatur cum considerat amissionem vitae.

9. *An fortitudo maxime consistat in repentinis.* Ꝛ. Quantum ad electionem actus fortis non, quia fortis eligit praemeditari pericula, ut facilius resistat; quantum ad manifestationem habitus virtuosi sic: nam habitus agit per modum naturae, et in repentinis apparet confirmatus.

10. *An fortis utatur ira in suo actu.* Ꝛ. Moderata sic, idest, pro suo arbitrio, et ratione.

11. *An fortitudo sit virtus cardinalis.* Ꝛ. Sic, quia habet id, quod pertinet communiter ad tales virtutes, idest, firmiter operari, et est de his quae maxime, et frequenter occurrunt in vita humana.

12. *An fortitudo praecellat inter omnes alias virtutes.* Ꝛ. Prima est Prudentia, secunda Iustitia, tertia Fortitudo, quarta Temperantia.

124. *De martyrio.*

1. *An martyrium sit actus virtutis.* ℟. Sic quia ei debetur praemium beatitudinis, et pe illud statur in veritate, et iustitia.

* Innocentes per Dei gratiam sunt assecuti glo riam martyrii: et effusio sanguinis propter Chri stum, est baptismus. Item ex divina disposition aliqui Martyres se morti tradiderunt, sed nem debet se martyrio ingerere, sed sat est ut si paratus.

2. *An martyrium sit actus fortitudinis.* ℟. Sic quia ibi homo in certamine particulari confir matur in bono virtutis contra imminentia peri cula mortis, et est ad fidem, ut ad finem: elici tur a fortitudine, et imperatur a charitate.

3. *An martyrium sit actus maximae perfectionis* ℟. Ut comparatur ad virtutem elicientem, id est fortitudinem, non; si ad principium moti vum, idest charitatem, sic, et est quasi signum maximae charitatis.

* Non est contra perfectionem si in aliquo cas actus perfectionis cadat sub necessitate praece pti. Item martyrium est praestantius obedientia

4. *An mors sit de ratione martyrii.* ℟. Sic quia ut testis pro invisibilibus reliquit omnia et vitam.

* Beata Virgo dicitur martyr per quandam similitudinem. Item, propter Deum integrita tem carnis amittere non habet rationem marty rii, sed apud Deum, qui corda videt computa tur in praemium, ut beata Lucia dixit. Item carcer, exilium, etc. si causant mortem, cau sant martyrium.

5. *An sola fides sit causa martyrii.* ℟. No

sola fides, sed actus virtutum, ut iustitiae relati ad Deum sunt causa martyrii. Ut Ioan. Baptista pro reprehensione adulterii, fuit martyr, idest, pro veritate.

125. *De timore.*

1. *An timor sit peccatum.* R'. Inordinatus, qui non subest rectae rationi sic, quando est ordinatus, non.

2. *An peccatum timoris opponatur fortitudini.* R'. Proprius sic, communis non, quia est ex amore ordinato sui.

3. *An timor sit peccatum mortale.* R'. Secundum quod est inordinatus, quia si cum consensu rationis, et contra praeceptum, est mortale: si est in solo appetitu sensitivo sine consensu voluntatis, aliquando est veniale. Item, si bonum, non est sub praecepto; sed de perfectione.

4. *An timor excuset a peccato.* R'. Aliquando sic, ut si pro malo quod debet vitare, ut si dat latroni aliquid: secus si sunt minus vitanda, ut qui peccat ad vitanda mala corporis, sed minuitur peccatum, quia minus voluntarium.

126. *De vitio intimiditatis.*

1. *An intimiditas sit peccatum.* R'. Si non timet, quae debet ordinate timere peccat, quia naturaliter debet amare vitam; et velle esse impavidum, est vitiosum, sive causetur defectu amoris, vel elatione animi, vel stoliditate vincibili.

2. *An esse impavidum opponatur fortitudini.* R'. Sic per defectum timoris, sicut timiditas per excessum, quia fortis debet moderate timere quod et quando oportet, et secundum rationem. Item, potest esse a multis causis.

127. *De audacia*

1. *An audacia sit peccatum.* ℟. Sic, quia es passio carens moderatione rationis, sed si es moderata a ratione, non est peccatum, sed virtus fortitudinis. Item quando virtus est innominata vocatur nomine passionis, ut spes.

2. *An audacia opponatur fortitudini.* ℟. Ut es vitium, sic, per excessum; et oritur ex superbia

128. *De partibus fortitudinis.*

1. *An partes fortitudinis convenienter numerentur.* ℟. Sic, idest, magnificentia, fiducia, patientia et perseverantia.

129. *De magnanimitate.*

1. *An magnanimitas sit circa honores.* ℟. Sic quia habitus virtutis pensatur ex actu, sed actus magnanimitatis est in optimo usu rei magnae, qui est honor qui debetur Deo, et optimis, et habet rationem magni et ardui.

* Qui contemnit honores, ita ut pro eis adipiscendis nil inconveniens faciat, est laudabilis sed si contemnit, ita ut non curet facere ea quae sunt digna honore, est culpabilis, et contra hoc est magnanimitas.

2. *An magnanimitas de sui ratione habeat, u sit circa magnum honorem.* ℟. Proprie sic, se est etiam circa parvos et mediocres, et est innominata virtus, et dicitur philotimia. Item magnanimus non extollitur magnis honoribus, qui eos non reputat supra se, et dehonorationibu non frangitur, sed eas contemnit, quia reputa sibi indigne efferri.

3. *An magnanimitas sit virtus.* ℟. Quae mo-

dum rationis ponit circa magnos honores, est virtus.

* Actus magnanimitatis non competit omni virtuoso. Item, magnanimus habet motum tardum, quia intendit solum ad magna, quae pauca sunt, et indigent magna attentione, habet etiam vocem gravem, et locutionem stabilem, quia non loquitur, nisi de magnis. Item, quomodo differat humilitas a magnanimitate (v. ibi.)

4. *An magnanimitas sit specialis virtus.* ℟. Sic, quia ponit modum circa honorem quod est speciale bonum, et ratione huius respicit omnes virtutes, quia honor est praemium cuiuslibet virtutis.

5. *An magnanimitas sit pars fortitudinis.* ℟. Sic, ut secundaria est annexa principali, quia firmat animum circa aliquod magnum, sed deficit, quia fortitudo est circa pericula mortis.

6. *An fiducia pertineat ad magnanimitatem.* ℟. Sic, quia est concipere spem alicuius rei ex aliquo considerato, vel in aliis, vel in se ipso: sed magnanimitas est circa spem alicuius ardui. Item, fiducia dicit modum spei, et non virtutem.

7. *An securitas pertineat ad magnanimitatem.* ℟. Sic, quia non succumbit alicui rei, sed est sine timore.

* Non quaelibet securitas est laudabilis, sed illa, quae ponit curam prout debet, et in quibus timere non oportet.

8. *An bona fortunae conferant ad magnanimitatem.* ℟. Sic, quia populus honorat divitem, et quia sunt instrumenta virtutum. Item magnanimus contemnit ea, quae non reputat magna bona, non quod non reputet ea utilia ad o-

pus virtutis exequendum: unde non extollitu
in his si adsint, nec in eorum amissione deiicitu

130. *De praesumptione.*

1. *An praesumptio sit peccatum.* ℣. Sic, qu
homo per eam facit contra ordinem commu
niter in naturalibus inventum, et quia hon
nititur in id, quod excedit suam facultate
* Est praesumptio, quando qui non in virt
te profecit, tentat ea, quae sunt perfectae vi
tutis: sed si ad hoc tentet ut proficiat, non e
vitiosum. Item, non est, si homo se tradat
divina, quia potest coniungi divinis per intell
ctum et voluntatem cum Dei auxilio.

2. *An praesumptio opponatur magnanimit
per excessum.* ℣. Sic, idest, ultra suam facu
tatem.

* Quando quis supra vires tentat, id ad qu
tendit non semper est magnum simpliciter, s
apparet secundum opinionem stultorum, ut i
dui pretiosis vestibus, despicere, et iniuriari
liis, et haec praesumptio in rei veritate deficit
magnanimo. Item praesumptio, quae aliquo m
dico excedit vires, non opponitur magnanimita
sed virtuti, quae est circa mediocres honores.

131. *De ambitione.*

1. *An ambitio sit peccatum.* ℣ Sic, quia d
cit inordinatum appetitum honoris, et est v
quando quis appetit testimonium excellentia
quam non habet, vel cum honorem non refe
in Deum, vel in utilitatem aliorum, sed in ip
quiescit.

* Honor est bonum, sed appetitus boni,

on regulatur secundum rationem, est vitiosus, t ambitio. Item, honor est praemium virtutis; on quoad virtuosum, qui illum appetit, sed uoad alios, qui illum tribuunt. Item, appetis honoris ordinatus provocat ad bonum, inrdinatus est causa mali. Item, qui propter horem tantum agunt, non sunt virtuosi.

2. *An ambitio oppo atur magnanimitati per ccessum.* R'. Sic, quia illa inordinate, haec orinate vult honorem.

132. *De inani gloria.*

1. *An appetitus gloriae sit peccatum.* R'. De se on, idest manifestare aliquid, vel corporale, el spirituale, quod apud multos homines sit dorum cum approbatione: et lato vocabulo glo-ia dicitur, etiam si sit apud paucos, vel semetsum; sed appetitus inanis, vel vanae gloriae, st peccatum, ut quando quaeritur de eo, quod on est, vel non est gloria dignum, vel ex parte ius, apud quem gloria quaeritur, idest, si is on est firmi iudicii: vel ex parte appetentis, lest, si non est in debitum finem, scilicet ad onorem Dei, et proximi utilitatem.

* Sicut Deus non quaerit gloriam suam proter se, sed propter nos, sic et homo potest ropter alios appetere gloriam suam, unde non st expetendum cognosci, nisi pro Dei gloria et roximi utilitate, ideo habenda est cura de bono omine.

2. *An inanis gloria opponatur magnanimitati.* R' Sic, quia immoderate utitur gloria, et licet ecundum aestimationem opponatur per excesum, quia gloriam quam appetit putat aliquid

magnum, tamen revera deficit a magnanim
qui illam talem non putat.

3. *An inanis gloria sit peccatum mortale.* R
Sic, quando contrariatur charitati erga Deu
ut ratione materiae v. g. irreverentiae cum fa
so, ut cum dicit ego sum Deus, vel si Deo prae
fert bonum temporale de quo gloriatur: vel te
stimonium hominum illi Dei: vel ex parte gl
riantis, ut cum ponit ultimum finem in gloria
vel peccat contra Deum pro gloria, secus van
gloria est peccatum veniale, si non est contr
charitatem, et sic habet locum in servis Christ

4. *An inanis gloria sit vitium capitale.* R'. Si
quia propter eam multa vitia oriuntur, et su
perbia est mater omnium vitiorum.

5. *An convenienter dicantur filiae inanis glo
riae inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio
pertinacia, discordia et novitatum praesumptio.* R'
Sic, quia sunt ordinatae ad finem inanis gloriae
quae est manifestatio propriae excellentiae.

133. *De Pusillanimitate.*

1. *An pusillanimitas sit peccatum.* R'. Sic
quia deficit dum recusat tendere in id, quod
est consentaneum suae potentiae, sicut prae-
sumptio est peccatum.

* Pusillanimis dicitur non esse malus, qu
nulli nocet, nisi per accidens, quia non faci
quae prosunt, sed peccat, quia non repugna
virtuosum posse leviter peccare. Item pusillani
mitas potest nasci ex superbia, dum quis nititu
proprio sensu, quo se reputat insufficientem ad
ea, ad quae habet sufficientiam. Item, factus e
Dei gratia dignus ad aliquod munus, si conside

ans suae infirmitatis insufficientiam recusat, ion erit pusillanimis, ut fecit Moyses et Hierem.

2. *An pusillanimitas opponatur magnanimitati.* R'. Sic secundum magnitudinem et parvitatem animi.

* Pusillanimitas secundum propriam speciem eum retrahat a bonis, quod est pessimum, est gravius peccatum, quam praesumptio, sed praesumptio dicitur nequissima ratione superbiae, a qua procedit.

134. *De magnificentia.*

1. *An magnificentia sit virtus.* R'. Sic, quia est participatio virtutis divinae.

* Non omnis liberalis est magnificus quantum ad actum, quia non dat magna, sed quantum ad habitum magnificentiae, vel actu in proxima dispositione. Item magnificus principaliter non intendit facere sumptus circa suam gloriam, quia haec non est magna.

2. *An magnificentia sit specialis virtus.* R'. Si transit in exteriorem materiam magnam, sic, secus est generalis virtus.

3. *An materia magnificentiae sint sumptus magni.* R'. Sic ad opus magnum.

* Liberalitas respicit communiter usum pecuniae, sed magnificentia magnum usum pecuniae, et sic differunt ratione. Item actus principalis virtutis est interior electio, et potest esse sine exteriori fortuna, et sic pauper potest esse magnificus.

4. *An magnificentia sit pars fortitudinis.* R'. Sic prout adiungitur ei, ut secundaria principali, cum qua convenit ut tendit in arduum, et sic videtur esse in irascibili. ut est fortitudo:

sed deficit a fortitudine, quia arduum in quod tendit fortitudo, habet difficultatem propter periculum personae, magnificentia vero propter dispendium rerum quod est minus.

135. *De parvificentia.*

1. *An parvificentia sit vitium.* R'. Sic, quia deficit a proportione, quae debet esse secundum rationem inter sumptus et opus, idest in opere magno intendit parvifacere, et deficit a regula rationis, et sic habet rationem vitii, et convenit cum avaritia.

2. *An parvificentiae opponatur aliquid vitium.* R'. Sic, idest consumptio quando excedit proportionem expensarum, idest si plus expendit quam opus requirat.

* Magnificentia facit magnum opus, sed non excedit in sumptu proportionem operis.

136. *De patientia.*

1. *An patientia sit virtus.* R'. Sic, quia conservat bonum rationis contra tristitiam quae potest impedire, et sic est virtus, qua mala ac quo animo toleramus, ut perveniamus ad fruitionem bonorum in patria.

* Qui mala sustinet ut mala faciat, nec miranda, vel laudanda patientia quae nulla est sed duritia.

2. *An patientia sit potissima virtutum.* R'. Non quia aliae virtutes directae sunt constitutiva boni, quod facit hominem bonum, sed patientia est tantum impeditiva eorum, quae abducunt bono, et dicitur habere opus perfectum in adversis tolerandis.

3. *An patientia possit haberi sine gratia.* R'. Sine auxilio gratiae non, quia naturaliter homo non eligit pati malum, nisi propter finem, seu bonum magis volitum et amatum, quam illud, cuius privatio causat dolorem quem patienter tolerat, et hoc pertinet ad charitatem quae diligit Deum supra omnia: ergo cum patientia causetur a charitate non est sine gratia.

* Tolerare mala propter sanitatem corpori est ex amore naturali quo quis amat suam carnem, de quo non loquimur, etc.

4. *An patientia sit pars fortitudinis.* R'. Sic ut virtus secundaria adiuncta principali quae est circa mortem.

* In iniuriis propriis esse patientem, est laudabile, sed in iniuriis Dei esse patientem, est nimis impium.

5. *An patientia sit idem quod longanimitas.* R'. Potest convenire cum ea, quia utraque sustinet aliqua mala propter bonum: et cum sit bonum speratum, causat tristitiam, quia spes, quae differtur, aggravat animum; sed magis convenit cum magnanimitate longanimitas, quia quod longe distat, est magnum quid, non sic dum patientia.

137. *De perseverantia.*

1. *An perseverantia sit virtus.* R'. Sic, et sustinet diuturnitatem in operibus virtuosis prout necesse est, et difficilibus.

* Persistere in bono, quod alicui sit minus difficile potest esse ex perfecta virtute, quae tenditur magis secundum rationem boni, quam difficilis. Item spectat ad perseverantiam,

quod aliquis perseveret usque ad finem actus virtuosi, et non usque ad finem actus vitae, nisi quoad actum consummatum.

2. *An perseverantia sit pars fortitudinis.* R'. Adiungitur fortitudini, ut virtus secundaria principali, quia fortitudo cum firmet in his, in quibus est difficillimum firmiter persistere, est principalis virtus, et huic annectitur omnis virtus sustinens aliquid difficile, ut in diuturnitate operis.

3. *An constantia pertineat ad perseverantiam.* R'. Sic, quia conveniunt in fine, sed differunt, quia haec facit persistere in bono contra difficultatem natam ex diuturnitate actus, illa contra difficultatem natam ex quibuscumque aliis exterioribus impedimentis.

4. *An perseverantia indigeat auxilio gratiae.* R'. Accepta pro habitu, ut est virtus, indiget dono habitualis gratiae, ut caeterae virtutes infusae, si pro actu perseverantiae durante usque ad mortem, indiget non solum habituali gratia, sed auxilio Dei gratuito conservante hominem in bono usque ad finem vitae, et sic est donum Dei, nec sufficit liberum arbitrium.

*Primo homini fuit datum, non ut perseveraret, sed ut perseverare posset, sed praedestinatis per gratiam Christi non solum datur ut perseverare possint, sed ut perseverent.

138. *De vitiis oppositis perseverantiae.*

1. *An mollities opponatur perseverantiae.* R'. Sic, quia molle dicitur quod facile cedit tangenti, et sic quod aliquis de facili recedit a bono propter difficilia, quae sustinere non pot-

est, haec mollities est contra perseverantiam. Non tamen dicitur aliquis mollis, si cedat graviter impellentibus.

* Aliqui sunt molles consuetudine voluptatum, a quibus difficile abstinent. Alii a qualitate complexionis, ob quam sunt animo inconstanti, ut mulieres, et hi dicuntur muliebria pati, quasi muliebres effecti.

2. *An pertinacia opponatur perseverantiae.* ℟. Sic, ut superstitio religioni, et pertinax est imprudenter tenax, quasi omnia tenens, vel est, qui perseverat in propria sententia plusquam oportet; sicut mollis minus quam oportet; et perseverans secundum quod oportet.

139. *De dono fortitudinis.*

1. *An fortitudo sit donum.* ℟. Ut dicit firmitatem animi in bonis faciendis, et malis perferendis, praesertim arduis, non est donum, sed specialis virtus, quam homo secundum proprium, et connaturalem sibi modum potest habere; sed fortitudo, qua homo pervenit ad finem inchoati operis, et evadit quaecumque pericula est donum Spiritus sancti, et excedit naturam humanam.

* Actus fortitudinis in patria est perfrui plena securitate a laboribus et malis, unde non est idem cum eo, qui est in via.

2. *An quarta beatitudo, idest beati qui esuriunt, et sitiunt iustitiam, re pondeat dono fortitudinis.* ℟. Sic, quia valde arduum est quod quis non solum faciat opera virtuosa, idest iustitiae, sed quod faciat cum insatiabili quodam desiderio, quod dicitur fames et sitis iustitiae, et hic iu-

stitia sumitur in genere pro omni actu virtutis et charitatis.

140. *De praeceptis fortitudinis.*

1. *An convenienter in lege divina praecepta fortitudinis tradantur.* Ꝛ. Sic, sicut et omnia praecepta legis Dei, quia sunt secundum finem, quem Deus intendit in lege, qui est ut homo Deo haereat, et sic ordinant mentem hominis in Deum, ut Nolite timere eos, qui occidunt corpus.

2. *An convenienter tradantur praecepta Dei de partibus fortitudinis.* Ꝛ. Sic, quia homo ad recte vivendum non solum indiget virtutibus principalibus, sed etiam secundariis adiunctis, ut patientia, et perseverantia.

141. *De temperantia.*

1. *An temperantia sit virtus.* Ꝛ. Sic, quia inclinat hominem ad id, quod est secundum rationem, idest, moderationem, quae virtus non retrahit hominem a delectationibus, quae sunt secundum rationem, sed ab his, quae sunt contra illam.

* Perfecta virtus temperantiae non est sine prudentia, et sic vitiosi non habent temperantiam virtutem, sed operantur eius actus ex inclinatione naturali. Item, temperantiae respondet donum timoris, quo aliquis refraenatur a delectationibus carnis.

2. *An temperantia sit specialis virtus.* Ꝛ. Si sumatur in genere pro quacumque temperie, est generalis virtus; si ut refraenat appetitum ab his, quae maxime allicsunt homines, est vir-

tus specialis. Item temperantia, etiam in communi differt a fortitudine, quia illa retrahit appetitum ab his, quae contra rationem alliciunt, haec impellit ad sustinenda, vel aggredienda ea propter quae homo refugit bonum rationis.

* Tranquillitas animae licet conveniat omnibus virtutibus, tamen per excellentiam convenit temperantiae, quia eius obiecta maxime quietant animum. Item, pulchritudo excellenter convenit temperantiae; quia in ea est moderata, et conveniens proportio in qua consistit ratio pulchritudinis, tum etiam quia praecipue tollit turpitudinem.

3. *An temperantia sit solum circa concupiscentias, et delectationes.* ℟. Sic, et circa tristitiam, quae nascitur ex absentia illarum.

* Concupiscentia dicit impetum appetitus in delectabile, et fraenatur temperantia, sic timor retractat a malis, qui firmatur a fortitudine.

4. *An temperantia sit solum circa concupiscentias, et delectationes tactus.* ℟. Maxime sic, qua delectationes ciborum, et venerecorum sunt maximae, et maxime consequuntur operationes naturales, quibus conservatur natura individui, et specici, sed haec consequuntur sensum tactus, et secundario circa alias.

5. *An circa proprias delectationes gustus sit temperantia.* ℟. Principaliter est circa delectationes tactus, secundario circa alios sensus, et magis circa gustum, qui est propinquior tactui, et sic secundario circa pulchritudinem, et ornatum foeminae, circa saporem in cibis, odorem, etc. Item, delitiae principaliter consistunt

in substantia alimenti, secundario in exquisito sapore, et praeparatione ciborum.

6. *An regula temperantiae sit sumenda secundum necessitatem praesentis vitae.* Ꝛ. Sic, sicut et regula delectabilium, idest, pro necessitate vitae, ut pro fine secundum rectam rationem.

*Alius est finis operantis, alius operis, ut finis temperantiae est beatitudo, sed rei qua utitur est necessitas vitae. Item temperantia etiam est circa res non solum necessarias, sed etiam utiles, et his utitur pro loco, et tempore moderate. Item, circa res exteriores, ut divitias, officia, honestatem, etc.

7. *An temperantia sit virtus principalis, seu cardinalis.* Ꝛ. Sic, quia moderatio praecipue est laudabilis in delectationibus tactus, quae sunt nobis magis naturales, et eorum obiecta sunt necessaria vitae praesenti, et circa has est temperantia.

8. *An temperantia sit maxima virtutum.* Ꝛ. Non, quia excellentior est iustitia, et fortitudo, quae aliis sunt magis utiles, et pertinent ad bonum multitudinis. Item, prudentia, et virtutes theologicae sunt potiores iustitia, et fortitudine. Item virtus magis attenditur secundum rationem boni in quo excedit iustitia, quam secundum rationem difficilis, in quo excedit temperantia.

142. *De vitiis, quae sunt circa temperantiam.*

1. *An insensibilitas sit vitium.* Ꝛ. Sic contra temperantiam, et contrariatur ordini naturali, quia natura vult, ut homo delectetur in necessariis operationibus pro salute humana, et conservatione individui, et speciei, quas si ho-

mo refugeret relinquendo necessaria, est insensibilitas, et peccat, sed abstinere ab his delectationibus, quandoque est laudabile, vel necessarium ob aliquem finem, et ob sanitatem animae, vel corporis, et ad executionem alicuius officii.

2. *An intemperantia sit puerile peccatum.* ℟. Sic, non quod conveniat puero, sed per similitudinem, quia est peccatum superfluae concupiscentiae, quae assimilatur puero, qui non attendit ordinem rationis, sic nec concupiscentia; et crescit, nisi corrigatur, et si coërcetur, reducitur ad honestum.

3. *An timiditas sit magis vitium, quam intemperantia.* ℟. Non, quia haec habet magis de voluntario.

4. *An peccatum intemperantiae sit maxime exprobrabile.* ℟. Sic, quia maxime repugnat excellentiae, et honori hominis, cum sit circa delectationes communes nobis, et brutis, et in ea minus apparet de lumine rationis.

143. *De partibus temperantiae in generali.*

1. *An Tullius convenienter assignet partes temperantiae continentiam, clementiam, modestiam.* ℟. Haec habet partes integrales, subiectivas, et potentiales. Integrales sunt conditiones necessariae ad actum ipsius, et sunt verecundia, et honestas. Subiectivae sunt species ipsius secundum diversitatem tactus, ut quae ordinantur ad nutrimentum, et ad generationem, ut abstinentia in cibo, sobrietas in potu, castitas in actu concubitus, pudicitia in osculis, tactu, amplexu. Item potentiales, quae servant modum

principalis virtutis, ut continentia animi, spei, audaciae, irae, est mansuetudo, humilitas, vel in exteriori est modestia.

144. *De partibus temperantiae in speciali.*

1. *An verecundia sit virtus.* ℟. Proprie non, quia est timor de turpi actu, sed qui est perfectus secundum habitum virtutis non facit aliquid unde timeat verecundari ob opprobrium, etiam si verecundia sit bonum, sed repugnat perfectioni. Item, aliquando virtus dicitur omne quod est bonum, et laudabile in actibus humanis, et sic verecundia est virtus, quia est laudabilis passio, sed non est habitus electivus, et pertinet potius ad temperantiam ratione motivi, quod est turpe, non secundum speciem passionis, quae est timor; et non omne, cui directe opponitur vitium est virtus, sed est bonum, ut verecundia.

2. *An verecundia sit de turpi actu.* ℟. Principaliter respicit vituperium, quod est turpitudo quaedam poenalis ab alio illata, et dicit rationem mali, ut honor rationem boni, sed ex consequentiis respicit turpitudinem vitiosam.

* Verecundari de opprobriis illatis ob virtutem, est imperfectio virtutis. Item, vituperium licet proprie debeatur culpae soli, tamen ex opinione hominum respicit quemlibet defectum, ut est servitus, ignobilitas.

3. *An homo magis verecundetur a personis magis coniunctis.* ℟. Ab his maxime, quorum testimonium reputatur maius; praecipue quando adest culpa in defectu, et sic verecundatur a personis virtuosis, et sapientibus, quorum iu-

dicium reputatur maius propter certitudinem iudicii; unde a pueris non verecundatur. Item, ab his qui obesse, et prodesse possunt propter utilitatem, vel damnum. Item, a coniunctis magis, quia facta nostra magis considerant, et cum eis semper versamur, et sic est perpetuum nocumentum, sic a propalantibus propter infamiam. Item ab his, apud quos sumus in bona opinione, vel a quibus aliquid petimus.

4. *An in virtuosis hominibus possit esse verecundia.* ℟. Non, sicut nec in senibus quia non apprehendunt eam, ut possibilem sibi, vel quasi non facile vitabilem: sunt tamen dispositi, quod si in eis esset aliquid turpe, verecundarentur; sic nec homines peccatores, qui gloriantur de peccatis, quia ea, quae sunt erubescibilia, non apprehendunt, ut turpia.

* Defectus verecundiae est in pessimis, et in optimis viris ob diversas causas, sed est etiam in illis, qui participant de utroque.

145. *De honestate.*

1. *An honestum sit idem cum virtute.* ℟. Sic, quia est quasi honoris status, qui honor debetur virtuti, et virtus in se habet aliquam rationem bonitatis, et hoc sufficit ad rationem honesti, etiam si nil boni causaretur.

2. *An honestum sit idem quod decorum.* ℟. Sic cum decoro spirituali, et est quando conversatio, seu actio hominis est bona, et proportionata secundum spiritualem claritatem rationis, et haec est ratio honesti.

3. *An honestum differat ab utili, et delectabili.* ℟. Honestum est homini delectabile naturaliter,

quia est ei conveniens cum dicat decorum ordinatum a ratione, sed delectabile, secundum rationem, non secundum sensum.

4. *An honestas debeat poni pars temperantiae.* Ꝛ. Sic, non ut virtus subiectiva, vel ei adiuncta, sed ut integralis, sicut quaedam eius conditio, ut temperare concupiscentias est honestum.

146. *De abstinentia.*

1. *An abstinentia sit virtus.* Ꝛ. Ut absolute est subtractio ciborum, est indifferens, sed ut est a ratione regulata, est vel habitus virtutis, vel actus.

* Moderatio ciborum in quantitate, et qualitate pertinet ad medicinam, sed secundum interiores affectiones in comparatione ad bonum rationis, pertinet ad abstinentiam, quae consistit in medio secundum rectam rationem et quae ex fide, et charitate fit ad gloriam Dei, pertinet ad regnum Dei.

2. *An abstinentia sit specialis virtus.* Ꝛ. Sic, quia est contra delectationes ciborum, quae specialiter abstrahunt hominem a bono rationis propter earum magnitudinem, et ciborum necessitatem, et valet etiam contra luxuriam coërcendo carnem, et licet sit specialis, tamen adiuvat aliam virtutem, idest castitatem.

147. *De ieiunio.*

1. *An ieiunium sit actus virtutis.* Ꝛ. Sic, quia per rationem ordinatur ad aliquod honestum, et sumitur ad tria. Primo, ad reprimendas carnis concupiscentias. Secundo, ut mens liberius elevetur ad sublimia contemplanda. Tertio, ad sa-

tisfaciendum pro peccatis, et debet fieri rationabiliter, ut sustentetur natura, et non fiat impotens ad opera. Item, ieiunium naturae consistit in pura negatione; idest, quod nil ceperit, et non est actus virtutis, sed solum illud, quo quis ex rationabili proposito a cibis aliqualiter abstinet, et non recedit a medio virtutis.

2. *An ieiunium sit actus abstinentiae.* R'. Sic, quia attenditur in cibis, in quibus medium adinvenit abstinentia, sed pertinet etiam ad religionem, et castitatem, ut ordinatur ad earum finem.

3. *An ieiunium sit in praecepto.* R'. In communi est sub praecepto legis naturae, quia quilibet naturali ratione tenetur uti ieiunio, quantum sibi est necessarium, ad praedictas necessitates ieiunii; sed determinatio temporis, et modi ieiunii, est sub praecepto Ecclesiae: et hoc dicitur ieiunium Ecclesiasticum, illud naturale. Item, praecepta per modum statuti communis proposita non obligant omnes eodem modo, sed secundum quod requiruntur ad finem, quem intendit legislator, et si quis transgrediendo statutum contemnat auctoritatem, ita ut finis intentus impediatur, peccat mortaliter; sed si quis non servat, in eo casu, in quo si legislator adesset, non iudicaret esse servandum, non peccat mortaliter; et sic non omnes, qui non ieiunant, peccant mortaliter.

4 *An omnes ad ieiunium Ecclesiae teneantur.* R'. Communiter omnes tenentur, nisi habeant impedimentum speciale, quia legislator intendit quod communiter habetur, et in pluribus accidit, nec intendit legislator obligare eum,

qui habet legitimam causam non servandi statutum, seu ieiunium: et si causa est evidens, ex se potest non ieiunare, praesertim interveniente consuetudine, nec facilis est recursus ad superiorem; sed si causa est dubia, recurrat ad superiorem, qui potest dispensare, quia haec non sunt, ut praecepta Dei, vel naturae, quae secundum se sunt de necessitate salutis, sed Ecclesiastica, quae ex causa non obligant. Item pueri, usque ad finem tertii septennii, non tenentur ieiunare. Item, peregrini, et operarii; si peregrinatio, et opera commode differri possint, vel diminui sine detrimento corporali, vel salutis, vel status exterioris requisiti non excusantur, sed si sit necessitas peregrinandi, vel laborandi pro conservatione corporis, vel spiritus, et simul ieiunare non possunt, excusantur, et videtur recurrendum ad dispensationem superioris, nisi esset consuetudo. Item, pauperes habentes pro una comestione sufficienter, non excusantur; sed si frustatim eleemosynam mendicant, excusantur.

5. *An convenienter terminentur tempora ieiunii Ecclesiae.* R'. Sic, idest Quadragesima, quatuor Tempora, et vigiliae Sanctorum.

6. *An ad ieiunium requiratur, quod homo semel tantum comedat.* R'. Sic, quia et natura satisfit, et concupiscentia fraenatur.

* Quantitas cibi non potest taxari propter diversas hominum complexiones, sed numerus comestionum sic. Item, potus in ieiunio Ecclesiastico non est prohibitus, quia potus magis est ad digestionem ciborum, quam ad nutritionem, licet aliquo modo nutriat, et sic ieiunans

otest pluries bibere, sed si immoderate, pec-
are posset, et meritum perdere, sicut qui im-
oderatum cibum sumit in una comestione. I-
m electuaria, licet aliquo modo nutriant, ta-
en non sumuntur principaliter, nisi ad di-
estionem cibi, et sic non solvunt ieiunium,
isi quis in fraudem electuaria in magna quan-
tate sumeret per modum cibi. Item, nec me-
icinarum assumptio.

7. *An hora nona convenienter taxetur ad co-
edendum, ieiunantibus.* R'. Sic circa horam
onam ex Concilio Calcedonensi, quia est mo-
erata dilatio ne natura nimis patiatur, et se
onformet Christo expiranti, et sufficit si sit
ireiter, nec subtiliter examinanda, et cum ali-
uibus ob infirmitatem, vel aetatem, est dispen-
andum in hora, ut praeveniant.

8. *An convenienter ieiunantibus interdicatur, ut
bstineant a carnibus, ovis, et lacticiniis.* R'. Sic,
uia hi cibi habent maximam delectationem, et
d venerea provocant, et sunt carnes anima-
ium in terra nascentium, et respirantium, et
va, et lacticinia, quae ex eis proveniunt. Item,
Ecclesia in ieiuniis attendit quod est commu-
ius; licet aliqui magis delectentur piscibus.
tem, in quadragesima, quia solemnius est ie-
unium ideo in ea interdicuntur universaliter
va, et lacticinia, in aliis temporibus standum
est consuetudini loci.

148. *De gula.*

1. *An gula sit peccatum.* R'. Sic, quia est ap-
petitus edendi, et comedendi inordinatus, idest
recedens ab ordine rationis. Item gula est ex-

cedere scienter mensuram in edendo ob cor cupiscentiam cibi: sed excedere quantitatem ci bi, non propter concupiscentiam cibi, sed pu tans sibi necessarium, non est gula, sed imper tinentia alia. Item, primus motus gulae, ut di cit inordinationem in appetitu sensitivo, no est sine peccato, secus si est in appetitu natu rali, idest cogitativa.

2. *An gula sit peccatum mortale.* ℟. Si suma tur inordinatio secundum aversionem ab ultimo fine, idest, ut sit paratus facere contra De praeceptum pro hac delectatione, est mortale; si secundum media tantum, idest nimis con cupiscit, non tamen est paratus facere contra legem Dei, est veniale.

3. *An gula sit maximum peccatorum.* ℟. Ex parte materiae non, quia est circa quae sub stentat corpus: ex parte peccantis alleviatur ob difficultatem discernendi, et moderandi in cibo; ex parte affectus, sic, quia ex ea occasionantur diversa peccata, ut in Adam superbia ex gula; tamen gula non est gravior, quia est causa per accidens, et occasio peccatorum.

4. *An convenienter species gulae distinguantur secundum has quinque conditiones, praepropere, laute nimis, ardenter, studiose.* ℟. Sic, quia quantum ad substantiam cibi, idest laute; quan titatem, idest nimis; qualitatem, idest studio se; tempus, idest praepropere; modum, idest ardenter.

5. *An gula sit vitium capitale.* ℟. Sic, quia ex ea multa vitia oriuntur, ut ex causa finali, quia habet finem multum appetibilem, et cum delectatione.

6. *An convenienter assignentur gulae quinque filiae, idest inepta laetitia, scurrilitas, immundicia, multiloquium, et hebetudo mentis circa intelligentiam.* Ꝑ. Sic, quia nascuntur ex delectatione gulae.

149. *De sobrietate.*

1. *An materia sobrietatis sit potus.* Ꝑ. Sic, non quicunque, sed circa eum, qui sua fumositate solet caput conturbare, et hunc moderatur, ne impediat usum rationis: licet in generali sit in qualibet materia, quia mensura in omnibus requiritur.

2. *An sobrietas sit per se virtus specialis.* Ꝑ. Sic, quia removet speciale impedimentum rationis, idest fumositate vini inebriari, sicut abstinentia temperat immoderatam delectationem cibi, et potus.

3. *An usus vini totaliter sit illicitus ex se.* Ꝑ. Non, sicut nullus cibus, vel potus, nisi per accidens, ut ex conditione bibentis, qui a vino facile laeditur, vel ex voto non bibendi; vel modo, idest in excessu, vel si ex hoc alii scandalizantur.

4. *An sobrietas magis requiratur in maioribus personis.* Ꝑ. Varie variis, ut magis in iuvenibus ad concupiscentias refraenandas, in quibus vigent propter fervorem aetatis. Item, in mulieribus, quia est in eis debilitas rationis, et concupiscentiis non resistunt. Item senibus ut ratio vigeat ad aliorum instructionem. Item, Episcopis, et ministris Ecclesiae, qui mente devota debent spiritualibus insistere, et Regibus ad gubernationem subditorum.

150. *De ebrietate.*

1. *An ebrietas sit peccatum.* R. Ebrietatem ex nimia vini fortitudine praeter opinionem bibentis non esse peccatum, praesertim si non ex negligentia contingat, si vero causatur ex inordinata concupiscentia, est peccatum sub gula, tanquam sub genere. Item, si quis scienter ita a vino abstineret, ut naturam multum gravaret, peccaret. Item, qui invitat aliquem ad bibendum, si ignoret fore, ut ex hoc potu inebrietur, non peccat, sed si non adsit ignorantia neuter excusatur. Item, correctio ebrietatis est relinquenda, cum timetur ne peccator deterior fiat, licet ebrietas sit peccatum.

2. *An ebrietas sit peccatum mortale.* R. Per se loquendo sic, quia volens, et sciens homo privat se usu rationis, quo bene operatur, et peccata vitat, et sic committit se periculo peccandi, quod est peccatum mortale. Item, accipere plus cibi, et potus, quam sit necesse, non semper est peccatum mortale, sed ebrietas scienter, sic. Item non excusat a peccato mortali ebrietas sumpta ad provocandum vomitum, quia satis est potus aquae tepidae.

3. *An ebrietas sit gravissimum peccatum.* R. Non, quia peccata spiritualia, quae privant maiori bono, idest divino, seu contra Deum, sunt graviora, quam ebrietas, et peccata carnalia, sed haec sunt gratiora Diabolo, quia sunt frequentiora, non quia graviora. Item, haec impediunt usum rationis, alia peccata sunt contra ipsam rationem, ideo graviora.

4. *An ebrietas excuset a peccato.* R. Ex parte actus consequentis, quia est involuntarius, ex-

cusat a peccato; sed ex parte antecedentis actus, seu causae, si fuit sine culpa, sequens penitus excusatur a peccato; si cum culpa, non totaliter excusatur sequens, quia est volitus in priori, sed minuitur, sicut minuitur ratio voluntarii, sicut concupiscentia minuit peccatum, quia ex infirmitate.

151. *De castitate.*

1. *An castitas sit virtus.* ℟. Sic, quia concupiscentiam, quae ad modum pueri est fraenanda, castigat, et sic est aliquid secundum rationem modificatum, in quo consistit ratio virtutis humanae.

* Item est in anima ut in subiecto, sed habet materiam in corpore, et est habitus voluntarius, nec per violentiam aufertur. Item, in infidelibus, nec castitas, nec alia vera virtus est, quia non referuntur ad debitum finem, quo virtus discernitur a vitio. Item, castitas ut operatur secundum rationem, est virtus, sed ut habet delectationem in suo actu, est fructus.

2. *An castitas sit virtus generalis.* ℟. Proprie est specialis contra luxuriam, sed metaphorice sumpta, est generalis, et dicitur castitas spiritualis, et est cum mens delectatur coniungi Deo, et abstinet, ne delectabiliter aliis coniungatur contra debitum divini ordinis; hinc virginem castam exhibere Christo.

3. *An castitas sit virtus distincta ab abstinentia.* ℟. Proprie sic, quia illa est circa delectationes venereorum, haec ciborum, et sunt sub temperantia, quae fraenant concupiscentias delectationum tactus, licet haec quantum ad iudicium

sensus de tangibilibus sit unica virtus, sed quantum ad usum tangibilium sunt plures.

4. *An pudicitia pertineat specialiter ad castitatem.* R. Sic, non ut virtus distincta, sed ut exprimit quandam circumstantiam castitatis, et dicitur a pudore, in quo significatur verecundia, et proprie de actibus venereis, de quibus homines maxime verecundantur, ut sunt aspectus impudicus, oscula, tactus, circa quae magis est pudicitia, nam castitas magis est circa ipsam commistionem.

152. *De virginitate.*

1. *An virginitas consistat in integritate carnis.* R. Virginitas formaliter, et completive consistit in proposito abstinendi a delectatione venereorum, in qua immunitas a delectatione ex effusione seminis se habet materialiter, et integritas membri corporalis se habet per accidens; unde dicitur virginitas, a virore, et virens dicitur, dum in suo virore persistit, non facta adustione caloris venerei, etc.

* Si contingat, ut membri integritas corrumpatur, salvo proposito voluntatis, non praeiudicat virginitati, sicut nec si corrumpatur manus, vel pes (de quo sancta Lucia). Item, si delectatio ex seminis resolutione fiat cum consensu mentis, tollit virginitatem, sive fiat per concubitum, sive non; sed si sine consensu, non.

2. *An virginitas sit illicita.* R. Non, sed est laudabilis, et sub consilio, quia secundum rectam rationem est utilis ad contemplationem Dei, dum abstinet a delectationibus venereis. Debitum praecepti implendum a multitudine,

non obligat quemlibet de multitudine, sicut hoc, crescite, et multiplicamini.

5. *An virginitas sit virtus.* Ꝛ. Sic, specialis, se habens ad castitatem, ut magnificentia ad liberalitatem.

* Homines a nativitate habent materiale virginitatis, idest integritatem carnis; sed non formale, idest propositum servandi virginitatem propter Deum. Item, coniugatus, cui deest materia virginitatis, potest habere id quod est formale, scilicet praeparationem animi; quia connexio virtutum est secundum formale. Item, virginitas reparatur, recuperando propositum per poenitentiam quantum ad formale, non quantum ad materiale. Item virginitas ut est virtus dicit propositum cum voto perpetuo servandae integritatis, et sic non perditur nisi per peccatum. Castitas coniugalis, et viduitas non habent aliquam excellentiam supra communem castitatem, ut habet virginitas; haec sola est virtus specialis.

4. *An virginitas sit excellentior matrimonio.* Ꝛ. Sic, quia est ad bonum animi secundum vitam contemplativam; coniugium vero ad bonum corporis secundum vitam activam.

* Meritum, non solum pensatur ex actu, sed magis ex animo; unde coniugatus si habet animum magis paratum ad virginitatem servandam, si oporteret, potest esse melior, quam qui actu est virgo. Item, bonum commune est melius privato in eodem genere, sed ex suo genere privatum potest esse melius; et sic virginitas praefertur foecunditati.

5. *An virginitas sit maxima virtutum.* Ꝛ. Non,

nam virtutes, quarum actus sunt circa divina, ut theologicae, et religio praeferuntur virginitati, quae laudatur ex eo, quod quis possit vacare rebus divinis. Item praefertur vita monastica, quae tollit propriam voluntatem, et bona, sic martyrium, quod tollit vitam, quam virginitas, quae tantum postponit veneream voluptatem, sed haec est potior, quam castitas coniugalis. Item, virgines sequuntur agnum, quia imitantur Christum non solum in integritate mentis, sed etiam carnis, sed non magis in propinquo, quia aliae virtutes faciunt propinquius inhaerere Deo. Item, fructus centesimus datur virginitati, quia est excellentior, quam viduitas, cui datur sexagesimus, et quam matrimonium, cui trigesimus, et sic in suo genere est maxima virtutum.

153. *De vitio luxuriae.*

1. *An materia luxuriae sint solum concupiscentiae, et delectationes venereae.* R'. In his maxime, et secundario in quibuscunque aliis, quae ad excessum pertinent, et sic luxuriosus dicitur quasi solutus in voluptates.

2. *An aliquis actus venereus possit esse sine peccato.* R'. Sic, si fiat debito modo, et ordine, et ad finem generationis humanae.

* Virtus quantum ad communem statum virtutis non impeditur, nisi per peccatum; sed quantum ad perfectum, potest impediri per id, quod non est peccatum; et sic usus foeminae deiicit animum, non a virtute, sed ab eius perfectione.

3. *An luxuria, quae est circa actus venereos*

possit esse peccatum. Ꝛ. Sic, si fiat contra rationem, vel non servato modo.

* Seminis emissio debet fieri, ut convenit fini ad quem eo opus est; quod non accidit in aliis superfluitatibus. Item, principalis Dominus nostri corporis est Deus, cui in luxuria fit iniuria, quia sic homo non utitur re sua. Vitium oppositum luxuriae est insensibilitas, et est quando quis ita detestatur mulierum usum, ut etiam debitum uxori non reddat.

4. *An luxuria sit vitium capitale*. Ꝛ. Sic, quia ex appetitu huius homo fluit in multa peccata.

5. *An convenienter dicantur esse filiae luxuriae caecitas mentis, inconsideratio, praecipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus praesentis saeculi, et horror futuri*. Ꝛ. Sic, et sunt aliae (vide) quae corrumpunt prudentiam.

154. *De luxuriae partibus*.

1. *An convenienter assignentur sex species luxuriae, idest, simplex fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus, et vitium contra naturam*. Ꝛ. Sic, quia species peccati mortalis non sumitur ex circumstantia, sed ex obiecto, quod est materia cum forma.

* Sacrilegium in violatione mulieris, quae vovit continentiam Deo, est quoddam adulterium spirituale. Item, peccatum coniugati cum sua uxore non est secundum indebitam materiam, sed secundum alias circumstantias, quae ex se non constituunt speciem actus moralis. Impudicitia est circa quosdam actus venereorum, ut oscula, tactus, et aliquando luxuria sumitur pro quacumque superfluitate.

2. *An fornicatio simplex sit peccatum mortale.* R'. Sic, quia excludit a regno coelorum, ad Galat. 5. et directe vergit in detrimentum prolis, quae cum sit a vago concubitu, pater non potest illam adiuvare, nec excusat quod in particulari aliquis provideat proli nasciturae, quia lex iudicat secundum quod communiter accidit.

* Excusatur Oseas ex praecepto Dei, alii aliter.

3. *An fornicatio sit gravissimum peccatum.* R'. Non, quia peccata carnalia sunt minoris culpae, quam spiritualia. Item gravitas peccati specifici consideratur secundum bonum, cui contrariatur, sed fornicatio est contra bonum prolis nasciturae, ergo gravius erit, quod est contra Deum, vel hominem natum. Item fornicatio non est contra speciem humanam, sed contra hunc hominem futurum.

4. *An in tactibus, amplexibus et osculis consistat peccatum mortale.* R'. Ex se non, quia possunt fieri ob aliquam necessitatem, vel causam rationabilem, vel morem patriae, sed absque libidine: sed si fiant propter delectationem luxuriae, sunt peccata mortalia; imo aspectus libidinosus est peccatum mortale, licet sit minus quam tactus. Imo consensus in delectationem peccati mortalis est peccatum mortale; ergo multo magis oscula, si fiant propter huiusmodi delectationem.

5. *An pollutio nocturna sit peccatum mortale.* R'. Ex se non, quia in somno fit sine iudicio rationis, sicut nec in furioso est culpa; si vero consideretur in sua causa, ex qua sequitur, si causa fuit superfluitas humorum, quae si sit ex vitio praecedenti. idest ex immoderantia cibi,

pollutio est culpabilis ex sua causa, si secus, non. Item, vel causa est animalis interior, ut si ex cogitatione praecedenti polluitur; et tunc si cogitatio fuit solum speculativa v. g. disputando quis cogitat de venereis, tunc pollutio non est culpabilis: sed si sit cum affectione quadam concupiscentiae, tunc est culpabilis. Item, si causa sit spiritualis et extrinseca, idest, Daemon ex sola sua malignitate, tunc homo non peccat; sed si homo vigilans non se paravit contra illusiones Daemonis, est culpabilis.

6. *An stuprum sit una species luxuriae.* R'. Sic, quando virgo defloratur, et est specialis deformitas ex parte puellae, et patris, et tenetur satisfacere puellae seductae, licet non vi corruptae, et etiam patri puellae.

7. *An raptus sit species luxuriae distincta a stupro.* R'. In aliquo casu sic, aliquando non, quia raptus est cum violentia, quando vi illam abducit, licet non vi violet. Item, si viduam, vel corruptam rapiat, est raptus.

* Item, sponsus vi auferens e domo patris sponsam, non est raptus, quia habet aliquod ius in sponsam, sed peccat ex violentia. Item, rapta est prius restituenda, antequam contrahatur cum ea matrimonium, secus matrimonium est illicitum (non tenet post Concilium Tridentinum).

8. *An adulterium sit determinata species luxuriae distincta ab aliis.* R'. Sic, et peccatur contra castitatem, et contra bonum generationis hominis, quia accedit ad non suam coniugem, et impedit bonum prolis alienae, et idem dicitur de adultera coniugata.

* Coniugatus peccans semper est adulter, sed

ex parte cognitae potest esse adulterium, stuprum, fornicatio. Item, adulter est qui violat fidem matrimonii, sed qui facit contra bonum matrimonii inhoneste eo utens, licet fidem non violet, tamen aliqualiter adulter dici potest. Item, in stupro et adulterio violatur mulier sine concubitu: si ob delectationem procuretur pollutio; vel in concubitu cum bestia, idest bestialitas; vel si cum concubitu non ad debitum sexum, ut masculi cum masculo, et foeminae cum foemina, et est sodomía: vel si non servetur modus naturalis concubendi, vel ratione instrumenti non debiti, vel quoad alios monstruosos et bestiales modos.

9. *An vitium contra naturam sit maximum peccatum inter species luxuriae.* Ꝛ. Sic, quia maxime fit contra ordinem naturae, post hoc est incestus, tertium adulterium, quartum stuprum. Item, raptus virginis est gravius quam stuprum; et raptus uxoris, quam adulterium.

* Item, peccatum contra naturam est gravius, quam sacrilegium, quia est contra naturam speciei, hoc individui. Item, in peccatis contra naturam gravior est bestialitas, secundo sodomia, tertio cum non servatur modus concubitus, et magis si in vase non debito.

155. *De partibus potentialibus temperantiae.*

1. *An continentia sit virtus.* Ꝛ. Si sumatur pro illa per quam homo abstinet ab omni delectatione venerea, principalis est virginitas, secundaria viduitas; si sumatur pro illa per quam homo resistit pravis concupiscentiis vehementibus habet aliquid de virtute, et est habitus invi-

ctus, a delectatione, sed non est perfecta virtus, quia in ea insurgunt vehementes passiones.

2. *An materia continentiae sint concupiscentiae delectationum tactus.* R'. Sic, quia circa has sunt continentia et incontinentia, circa quas sunt etiam temperantia et intemperantia.

3. *An subiectum continentiae sit vis concupiscibilis.* R'. Non, sed in voluntate, quia continens adhuc habet pravas concupiscentias, sed rectam rationem, et eligit illas non sequi. Incontinens eligit illas, et voluntas potest resistere passionibus.

4. *An continentia sit melior temperantia.* R'. Continentia, ut dicit resistentiam rationis ad concupiscentias pravas, est ut quid imperfectum respectu temperantiae, in qua appetitus sensitivus est subiectus rationi, sed continentia, ut dicit cessationem ab omnibus delectationibus venereis, est melior temperantia simpliciter dicta, ut virginitas castitate.

* Magnitudo, vel debilitas concupiscentiae, si sit ex causa corporali, vel naturali complexione, vel ex occasione delectationum, augent, vel minuunt meritum; si vero ex causa spirituali, ut ex vehementia charitatis, vel fortitudine rationis, tunc debilitas auget meritum ratione suae causae, magnitudo vero minuit.

156. *De incontinentia.*

1. *An incontinentia pertineat ad animam, vel corpus.* R'. Ad animam, quia est causa per se incontinentiae, corpus occasionaliter.

2. *An incontinentia sit peccatum.* R'. Proprie sic, quia est circa concupiscentias delectationum tactus.

* Licet homo egeat Dei auxilio, ut sit continens, tamen incontinentia est peccatum, quia quae per amicos possumus, aliqualiter per nos possumus.

3. *An incontinens plus peccet quam intemperatus.* R'. Non, quia maior inclinatio voluntatis ad peccandum est in isto, quia inclinatur ex habitu, qui permanet; in illo ex passione, quae transit; ignorantia subsequens in illo est minor, in isto autem maior.

4. *An incontinens irae sit peior quam incontinens concupiscentiae.* R'. Ex parte passionis non, quia haec habet maiorem deordinationem, quam motus irae, quae habet plus de ratione cum quaerat vindictam, et sequitur complexionem et velocitatem cholerae, et agit cum tristitia; sed qui ex concupiscentia, non, licet ira magis damnificet.

157. *De clementia et mansuetudine.*

1. *An clementia et mansuetudo sint penitus idem.* R'. Concurrunt in eundem effectum, idest refraenant impetum irae, sed mansuetudo moderatur passionem irae, clementia actionem. Item clementia est lenitas superioris erga inferiorem, mansuetudo est cuiuslibet ad quemlibet.

* Illa respicit poenas, haec appetitum vindictae: unde non sunt omnino idem.

2. *An tam mansuetudo quam clementia sint virtutes.* R'. Sic, quia per has appetitus rationi subditur, quia haec minuit poenas, illa moderatur iras: secundum rationem rectam consistunt in medio, nec sunt contra severitatem.

3. *An vraedictae virtutes sint partes temperan-*

iae. R'. Sic; quia ci, ut principali adiunguntur, quia et ipsae refraenant.

4. *An clementia et mansuetudo sint potissimae irtutes*. R'. Non, quia adiunguntur alteri ut rincipali.

138. *De ira*.

1. *An irasci sit licitum*. R'. Ut est appetitus indictae, non; sed si recta ratione fiat, sic; imo i minus irascitur, quam recta ratio postulat, st malum; idem si magis quam oportet. Item ppetere vindictam propter malum eius qui punendus est, non licet; sed propter correctionem, et ad bonum iustitiae, est laudabile. Item Deo possumus assimilari in appetitu boni, sed n modo, non; quia in Deo non est appetitus ensitivus ut in nobis, qui ideo irascimur.

2. *An ira sit peccatum*. R'. Aliquando sic, ut ppetere vindictam contra ordinem rationis est itiosum, si secundum rationem est laudabile, t dicitur zelus. Item etiam in modo irascendi i interius, vel exterius immoderate fervescat, on est sine peccato, etiam si iusta vindicta appetatur.

* Licet motus praevenientes iudicium non sint n potestate hominis in generali, tamen in singulari potest quemlibet impedire, quia est dominus suorum actuum, et sic peccat. Item irascibilis in homine naturaliter subest rationi hominis.

3. *An omnis ira sit peccatum mortale*. R'. Non, ed si appetat iniusta vindicta, et sic ex genere uo est mortale; nisi vel praevenat rationem, el ex parvitate materiae. Item potest esse mortale ex circumstantia, si sit contra charitatem.

4. *An ira sit gravissimum peccatum.* R'. Non quia gravius est odium, et invidia, et concupscentia.

5. *An Aristoteles bene dixerit, iracundi quidam sunt amari, quidam acuti, quidam difficiles.* R' Sic, quia in ira est facilitas et firmitas.

6. *An ira sit vitium capitale.* R'. Sic, quia ira multa vitia oriri possunt, cum habeat obiectum appetibile, idest vindictam.

7. *An convenienter assignentur sex filiae irae idest rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio et blasphemia.* R'. Sic.

8. *An sit aliquod vitium oppositum iracundiae proveniens ex defectu irae.* R'. Sic, si ira stat pro zelo rationabili; imo, et defectus talis irae est vitium. Passio irae est utilis ut homo promptus exequatur quod ratio dictat.

159. *De crudelitate.*

1. *An crudelitas opponatur clementiae.* R'. Sic quia illa est cruda et aspera, haec lenis et dulcis.

2. *An crudelitas differat a saevitia seu a feritate.* R'. Sic, ut malitia humana a bestialitate quae in poenis infligendis non considerat culpam eius, qui punitur, sed solam delectationem quae non est humana, sed bestialis.

160. *De modestia.*

1. *An modestia sit pars temperantiae.* R'. Illi adiungitur huic, ut pars principali, quia temperantia moderatur illa, quae sunt difficilia moderari, ut concupiscentias delectationum tactus sed modestia quae sunt mediocriter difficilia. Item modestia late sumpta requiritur in omnibus virtutibus.

2. *An modestia sit solum circa exteriores actiones.* R'. Non solum, sed etiam circa interiores minores; ideo distinguitur a temperantia et clementia, et haec minora videntur esse quatuor. Primo motus animi ad aliquam excellentiam, quam moderatur humilitas. Secundo desiderium cognoscendi, et hoc moderatur studiositas. Tertio motus corporales et actiones, ut decenter et honeste fiant, sive serio, sive ioco fiant. Quarto apparatus exterior, ut in vestibus, licet alii aliis nominibus vocent hanc virtutem, ut circa ludum eutrapelia.

161. *De speciebus modestiae, idest de humilitate.*

1. *An humilitas sit virtus.* R'. Sic, quae retinet animum ne immoderate tendat in excelsa, sicut magnanimitas impellit animum ad prosecutionem magnorum secundum rationem rectam.

* Humilitas si est a principio extrinseco, ut cum quis ab alio deiicitur, est poena; si ab intrinseco, idest, considerans suum defectum, tenet se in infimis secundum suum modum, est virtus, si fiat male, idest, cum suum honorem non intelligens comparat se iumentis, etc. non est virtus. Si est secundum signa exteriora tantum, est falsa. Item non opponitur magnanimitati, quia utraque agit secundum rationem. Item solus Deus est perfectus simpliciter, cui non competit humilitas, nisi secundum naturam humanam assumptam; sed cuilibet perfecto secundum quid, idest, homini convenit humilitas. Item humilitas, ut est specialis virtus, non est civilis, sed respicit subiectionem hominis ad Deum.

2. *An humilitas consistat circa appetitum.* R
Sic, quia moderatur motum eius, et cogniti
proprii defectus pertinet ad voluntatem, ut re
gula directiva appetitus.

* Qui non ex confidentia suarum virium, se
auxilii Dei tendit ad maiora, non facit contr
humilitatem, quia aliud est levare se ad Deum
aliud contra Deum. Item, humilitas secundari
reprimit superabundantiam in exterioribus sum
ptibus, quod ad iactantiam spectat.

3. *An homo debeat se omnibus per humilitate
subiicere.* R'. Sic, quantum ad id, quod est De
in proximo; sed non requiritur ut id, quod es
Dei in seipso, subiiciat ei, quod apparet esse
Dei in altero, sicut nec quod est suum in sei
pso subiiciat ei, quod est hominis in proximo
quia non oportet, ut quilibet existimet se magis
peccatorem quolibet alio, potest tamen putare
esse aliquid boni in proximo, quod in se non ha
bet, et in se mali, quod non sit in proximo.

* Dum humiliamur homini propter Deum,
non damus homini quod Deo debetur, quia est
alia reverentia. Item, humilitas praecipue est in
animo sine actu exteriori. Item, qui ex humili
tate alicuius scandalizatur, est passivum scan
dalum.

4. *An humilitas sit pars modestiae, vel tempe
rantiae.* R'. Sic, et sicut mansuetudo reprimit
motum irae, sic humilitas motum spei in ma
gna tendentis; est autem sub temperantia, seu
modestia propter modum, et non materiam.

5. *An humilitas sit potissima virtutum.* R'. Post
theologicas, et intellectuales, et iustitiam lega
lem, ponitur humilitas ratione finis, quia facit

hominem subiectum quantum ad omnia in ordinatione ad finem.

* Humilitas dicitur fundamentum spiritualis aedificii, per modum removentis prohibens, quia expellit superbiam et tollit impedimenta humanae salutis.

6. *An convenienter distinguantur secundum sanctum Benedictum duodecim gradus humilitatis.* Rſ. Sic (vide).

162. *De superbia.*

1. *An superbia sit peccatum.* Rſ. Sic, quia adversatur rectae rationi, quae dirigit in sibi proportionatum; et superbia facit, ut voluntas velit id quod est supra se, et supra regulam rationis; si excessus est secundum rationem, ut bonorum, non est peccatum; quia appetere excellentiam ex se non est peccatum; sed eam appetere cum excessu ad rectam rationem, sic.

2. *An superbia sit speciale peccatum.* Rſ. Sic, quia habet obiectum specie distinctum; est enim appetitus inordinatus propriae excellentiae; sed ut redundat ad alia peccata quae ex ipsa oriuntur per se, vel indirecte, est generale peccatum, non quod semper ex illa oriantur, quia aliquando ex ignorantia, vel ex infirmitate non servantur praecepta Dei, sed quia oriri possunt cum contemnat legem Dei, vel ob propriam excellentiam.

3. *An superbia sit in irascibili ut in subiecto.* Rſ. Sic, ut est in appetitu sensitivo et intellectivo.

4. *An convenienter Gregorius assignet quatuor species superbiae, idest existimare bonum a seipsis habere: secundo credere sibi datum bonum desuper*

suis accepisse meritis: tertio iactare se habere, quod non habet: quarto despectis aliis singulariter videri appetunt habere quod habent. Ꝛ. Sic.

* Credere aliquid esse in se, quod non sit a Deo, vel gratiam hominibus pro meritis dari, est infidelitas; sed quod aliquis de bonis suis ita glorietur, ac si ea ex se, vel ex meritis propriis haberet, est superbia.

5. *An superbia sit peccatum mortale.* Ꝛ. De genere suo semper, quia avertit a Deo, sed ex imperfectione actus est veniale.

6. *An superbia sit gravissimum peccatorum.* Ꝛ. Ex parte conversionis ad materiale, idest, celsitudinem, non; quia haec non habet maximam repugnantiam ad bonum virtutis, sed ex parte aversionis, quae est formalis, sic, quia avertit per se, et eius actus est contemptus Dei; sed alia peccata avertunt quasi consequenter per ignorantiam, vel infirmitatem, vel desiderium alicuius boni, sed haec per se se Deo opponit; et ideo specialiter Deus superbis resistit.

* Difficile est vitare superbiam, quia latet etiam in bonis operibus, sed cum deprehenditur, facile vitatur consideratione humanae miseriae, et magnitudinis divinae.

7. *An superbia sit primum omnium peccatorum.* Ꝛ. Sic, quia aversio a Deo, in qua consistit formaliter peccatum, est per se in superbia, et sic peccatum in genere, sed in aliis est ex consequenti.

* Non quod quodlibet peccatum ab ea oriatur, sed quia quodlibet genus peccati potest ab ea oriri, ideo dicitur initium omnis peccati. Item, apostasia est prima pars superbiae.

8. *An superbia sit vitium capitale.* ℟. Sic, imo secundum Gregorium est regina et mater omnium vitiorum.

* Superbia, quae inordinate appetit excellentiam, est causa inanis gloriae, quae vult manifestationem excellentiae.

163. *De peccato primi hominis.*

1. *An peccatum Adae fuerit superbia.* ℟. Sic, quia fuit initium omnis peccati, quod est superbia. Item in eo statu homo non potuit appetere sensibile bonum contra rationem, quia non erat rebellio carnis ad spiritum, sed tantum quia appetit spirituale bonum inordinate supra mensuram praestitutam a divina regula, et haec est superbia. Item inobedientia in Adam fuit causata a superbia, quae deordinavit voluntatem, nec fuit per se volita illa inobedientia. Item gula non fuit primum motivum, sed persuasio serpentis, cui credidit ex superbia.

2. *An superbia primi hominis fuerit appetere divinam similitudinem.* ℟. Sic, non acquipantiae, sed imitationis inordinate supra suam mensuram, quia voluit, ut per virtutem naturalem sciret bonum et malum ad agendum, vel quid sibi futurum. Item scire est naturale, sed velle scire supra naturam suam, est peccatum.

3. *An peccatum primi parentis fuerit caeteris gravius.* ℟. Secundum suam speciem, non; quia maior est superbia, qua quis Deum negat, vel blasphemat, quam superbia, qua quis inordinate divinam similitudinem appetit: sed fuit gravissimum secundum quid ex circumstantia per-

sonae et perfectionis status; et magnitudo poe nae non est ratione speciei illius peccati, sed quia erat primum, et fuit deordinata tota natura: et in peccatis primum non est maximum nisi per accidens.

4. *An peccatum Adae fuerit gravius peccato Evae.* R'. Ex conditione personae sic, quia erat perfectior vir; quantum ad genus fuit aequale quia utrumque fuit superbia: quantum ad speciem superbiae gravius peccavit Eva, quia credidit Diabolo, et sic voluit similitudinem Dei per esum ligni contra voluntatem Dei; sed Adam non credidit, et sic noluit similitudinem Dei contra voluntatem Dei: sed peccavit dum per seipsum eam consequi voluit. Item Eva peccavit in Deum et in proximum, quia induxit Adam, sed Adam consensit amicabili quadam benevolentia, et sic diminuitur Adae peccatum. Item ex Augustino Adam inexpertus divinae severitatis credidit illud peccatum esse veniale, sed non excusatur hac ignorantia.

164. *De poenis peccati primi hominis.*

1. *An mors sit poena peccati primorum parentum.* R'. Sic, sicut et omnes corporales defectus et rebellio carnis ad spiritum.

* Mors est naturalis propter conditionem materiae, sed est poenalis propter amissionem boni praeservantis a morte. Item illi fuerunt instituti a Deo ut prima principia humanae naturae derivandae in posteros cum dono praeservationis a morte, sed per eorum peccatum fuit tota natura destituta, et incurrit mortem. Item mors est a Deo, non ut defectus naturae, sed

ut poena iusta, quae habet rationem boni.

2. *An convenienter determinentur particulares poenae primorum parentum in scriptura.* R'. Sic, ut fuerunt privati integritate naturae, et sic ceciderunt in defectus poenales. Item Paradiso terrestri. Item mulieri dicitur, in dolore paries. Item subiecta est viro. Item viro terrae sterilitas, laboris anxietas, spinae. Item in anima confusio, et rebellio rationis ad spiritum; comminatio mortis, increpatio culpae tunicis pelliceis designata.

165. *De tentatione primorum parentum.*

1. *An fuerit conveniens ut homo a Diabolo tentaretur.* R'. Sic, quia Deus disponit omnia suaviter, tribuens cuique secundum suam naturam, sed convenit homini ab aliis creaturis adiuvari vel impediri, quia habebat ex gratia posse resistere cuilibet per voluntatem suam.

* Tentare inducendo ad malum est Diaboli. Item, ut Deus sciebat hominem lapsurum, ita sciebat per voluntatem posse tentationi resistere et convenire ei naturae, ut suae voluntati relinqueretur. Item in statu innocentiae homo poterat sine difficultate resistere tentationi; nam impugnatio, cui cum difficultate resistitur, est poenalis.

2. *An fuerit conveniens modus et ordo primae tentationis.* R'. Sic, quia Diabolus incitavit intellectum per scientiam, et sensum per pomum.

166. *De studiositate.*

1. *An materia studiositatis sit proprie cognitio.* R'. Sic, studium importat maximam apoli-

cationem mentis ad aliquid, cognoscendo illud, et sic ad cognitionem, deinde ad alia operando per cognitionem.

2. *An studiositas sit pars temperantiae.* R'. Est secundaria ei adiuncta, ut pars potentialis, et comprehenditur sub modestia. Item curiositas prohibetur per studiositatem moderatam, et sic est temperantia.

167. *De curiositate.*

1. *An circa cognitionem intellectivam possit esse curiositas.* R'. Sic, et vitiosa, quia in ea potest dari appetitus inordinatus, qui est curiositas. Item sequi possunt multae inordinationes, ut si quis ex ea superbit, vel ea utitur ad peccandum; si studium est malum, ut si fiat propter superbiam vel peccatum; vel si per minus utile studium retrahitur ab eo, quod ei ex necessitate incumbit; vel si studet discere ab eo, a quo non licet, ut a Daemone; vel non discit ad debitum finem, vel si studet supra facultatem ingenii. Eccles. 3.: Altiora te ne quaesieris.

2. *An vitium curiositatis sit circa sensitivam cognitionem.* R'. Cognitio sensitiva si ordinatur ad necessitatem naturae sustentandae, vel intelligendae veritatis, est virtuosa studiositas; sed si avertit hominem ab utili cognitione, vel si ordinatur ad noxium, ut aspectus mulieris ad concupiscendum, est mala.

* Curiositas potest esse in delectatione omnium sensuum. Item inspectio ludorum redditur vitiosa, si per hoc homo fit proclivior ad vitia lasciviae, vel crudelitatis, per ea quae repraesentantur. Item inquirere facta aliena bono animo ad utilitatem propriam, est laudabile;

sed inquirere vitia proximi ad despiciendum, vel detrahendum, est vitiosum.

168. *De modestia, secundum quod consistit in exterioribus motibus corporis.*

1. *An in exterioribus motibus corporis sit aliqua virtus.* Ꝛ. Sic, quia sunt ordinabiles per rationem, nam ad imperium rationis membra exteriora moventur, et circa hos motus est decor honestatis.

* Ordinatio exteriorum motuum, ut nos ordinant ad alios, pertinet ad amicitiam, vel affabilitatem, ut sunt signa interioris dispositionis ad veritatem, idest talem se exhibet homo in verbis et in factis, qualis est interius.

2. *An in ludis possit esse aliqua virtus.* Ꝛ. Sic, quia ex Augustino sapientem decet interdum remittere animum rebus agendis intentum, sed haec remissio fit per ludicra verba, vel facta, et animus indiget quiete, ut corpus, et quies animi est ludicra, seu iocosa delectatio in dictis, vel factis, sed non in turpibus, vel nocivis. Item ut congruant personis et tempori et aliis circumstantiis, nec totaliter gravitas animi resolvatur. Item haec virtus in ludis dicitur eutrapelia, idest affabilitas; et licet ludi non ordinentur ad aliquem finem, satis est ut sint ad aliquam animi recreationem et quietem, et hoc sufficit ad virtutem.

3. *An in superfluitate ludi possit esse peccatum.* Ꝛ. Sic, vel mortale, vel veniale; nam vel est in ipsa specie actionum, ut cum quis utitur verbis vel factis turpibus, vel his, quae proximo nocent, et est mortale; vel ex circumstantia, ut temporis, loci, personae, et est ve-

niale; nisi velit agere contra Deum, vel proximum, quia esset mortale.

* Officium hystrionum, quod ordinatur ad solatium hominibus exhibendum, non est ex se illicitum, nec ipsi sunt in statu peccati, modo moderate ludo utantur; quia ad ea, quae sunt utilia conversationi humanae possunt deputari aliqua licita officia.

4. *An in defectu ludi sit aliquod peccatum.* R'. Sic, quia est contra rationem, ut quis se aliis onerosum exhibeat, v. g. cum nil delectabile exhibet, vel etiam aliorum moderatas delectationes impedit, est enim vitiosum in rebus humanis.

169. *De modestia.*

1. *An circa exteriorem ornatum possit esse virtus, vel vitium.* R'. Sic, quia in eo est honestas et vitium ex parte hominis, qui moderate, vel immoderate eo utitur; vel in comparatione ad consuetudinem hominum, cum quibus vivit: vel ex inordinato affectu quo utitur, v. g. si ex superfluo usu vestium gloriam quaerit, vel delicias, cum vestes sint ordinatae ad corporis fomentum; vel ex nimia sollicitudine; quibus opponitur humilitas, sufficientia, simplicitas; item ex defectu, id est, si non adhibet studium, quod oportet, vel si eum ad gloriam ordinat.

* Item in dignitate constituti, et ministri Altaris pretiosissimis vestibus induuntur, non ad inanem gloriam, sed ad significandam excellentiam sui ministerii et cultus divini. Item defectus in his non est peccatum, si fiat ad macerationem carnis, vel humiliationem spiritus, secus si fiat propter iactantiam, vel super-

biam. Item excessus et defectus vestium reducitur ad veritatis virtutem, quae est circa facta et dicta; et est quoddam indicium conditionis humanae.

2. *An ornatus mulieris sit sine peccato.* R. Si coniugata ad hoc se ornet, ut placeat viro, fit sine peccato. Item mulier, quae non habet virum, nec vult habere, vel non est in statu habendi, non potest sine peccato appetere placere aspectibus virorum, et ad concupiscendum; quia hoc est dare incentivum peccati, et si hac intentione se ornent ut provocent ad concupiscendum, peccant mortaliter: si ex levitate vel vanitate propter iactantiam, non semper est mortale, sed aliquando veniale: idem de viris: item possunt excusari in aliquo ornamento ob consuetudinem, licet non laudabilem (vide quod dixit in articulo primo).

* Fucatio mulierum est species fictionis, quae non est sine peccato, non tamen semper est mortale, nisi fiat propter lasciviam, vel in Dei contemptum. Item aliud est fingere pulchritudinem, quam non habet, quod non licet; aliud est occultare turpitudinem ex aliqua causa provenientem, quod ex S. Paulo est licitum. Item, quod mulier utatur veste virili, et contra, est vitiosum; quia cultus debet competere conditioni personae; sed propter aliquam necessitatem potest fieri sine peccato. Item artifices peccant quando per artem ea faciunt, quibus homines uti non possunt absque peccato; sed si possunt male et bene uti, non est peccatum, ut est ars ornamentorum mulierum.

170. *De praeceptis temperantiae.*

1. *An praecepta temperantiae convenienter tradantur in scriptura.* Ꝛ. Sic, dum prohibetur adulterium, quod maxime dilectioni proximi contrariatur, per quod abutitur homo uxore proximi, et hoc sive facto, sive desiderio.

2. *An convenienter in scriptura tradantur praecepta de virtutibus annexis temperantiae.* Ꝛ. Sic, quia ex ira aliquando nascitur homicidium, vel subtrahitur debitus honor parentibus.

* Superbia est initium peccati latens in corde; cuius inordinatio non cognoscitur communiter ab omnibus, ideo non prohibetur in Decalogo, in quo sunt principia per se nota. Item praecepta quae inducunt ad observandam legem supponunt legem; ideo non possunt poni inter prima praecepta legis. Item inordinatio exteriorum motuum non pertinet ad offensam proximi ex sua natura, ut adulterium, homicidium.

171. *De prophetia.*

1. *An prophetia pertineat ad cognitionem.* Ꝛ. Sic principaliter, quare propheta olim dicebatur videns, et videt ea quae sunt procul, et remota a cognitione hominum, unde dicitur a pro, idest procul, et phanos, idest apparitio, quia ei, quae sunt procul apparent; sed secundario consistit in locutione. Item ad eam pertinet operari miracula in confirmationem prophetiae, quia quae supra humanam cognitionem divinitus revelantur, non possunt confirmari ratione humana, quam excedunt. Item in prophetia requiritur inspiratio, quae elevet mentem ad percipienda divina; et revelatio quoad

ipsam perceptionem divinorum, in quo perficitur prophetia.

2. *An prophetia sit habitus.* R'. Proprie, non. quia non potest ea homo uti cum voluerit. Item lumen propheticum, quod est intellectuale excedens rationem, non potest inesse intellectui per modum formae permanentis, ut est habitus, quia sic semper propheta posset prophetare, quod est falsum. Item, nec prophetae vident Deum per essentiam, ut beati. Item lumen propheticum inest animae per modum passionis, vel impressionis transeuntis.

* Cessante actuali illustratione adhuc dicitur propheta, quia remanet habilitas ut facilius illustretur iterum, vel quia fuit deputatus a Deo ut sic. Item donum gratiae elevat hominem ad aliquid supranaturale, vel quantum ad substantiam actus, ut facere miracula, cognoscere occulta, et ad hoc non datur donum habituale gratiae; vel quantum ad modum actus, ut diligere Deum, et ad hoc datur donum habituale gratiae.

3. *An prophetia sit solum futurorum contingentium.* R'. Sic proprie, quia longe distant ab humana cognitione, sed secundario ad eam pertinent praeterita et praesentia, ut Moyses scripsit creationem mundi, et aliqui vident cogitationes cordis praesentes.

4. *An propheta per revelationem cognoscat omnia, quae prophetice cognosci possunt.* R'. Non, sed secundum revelationem specialem huius, vel illius, quia quae prophetice divino lumine cognoscuntur sunt diversa, et pendent a prima veritate, nec inter se necessario connexa.

5. *An propheta semper discernat quid dicat p spiritum proprium, et quid per spiritum proph tiae.* R'. Prophetae mens aliquando instruitu per expressam revelationem, et tunc certissim habet quod haec sunt ei divinitus revelata; al quando per quendam instinctum, quem huma na mens nesciens patitur, et tunc aliquand nescit discernere an haec cogitaverit instinct divino, vel spiritu proprio.

6. *An ea quae prophetice cognoscuntur vel di cuntur possint esse falsa.* R'. Non, quia verita divina inspirando errare non potest; nec immo bilis certitudo praescientiae divinae vel prophe tiae excludit futurorum contingentiam, qui fertur in ea, ut sunt praesentia et iam deter minata; si vero quis prophetat prout Deus co gnoscit ordinem causarum ad effectus, tunc ali quando aliter evenit quam prophetat; non ta men subest falsum, quia sensus prophetiae est quod ordo causarum hoc habet, ut talis effe ctus eveniat, sic intelligitur illud, Moriris, e non vives, idest, dispositio tui corporis ad mor tem ordinatur, et illud, Post quadraginta dies Ninive subvertetur, id est hoc exigunt eius pec cata, ut subvertatur. Item prophetatum est ne cessarium, ut consideratur in suo praesenti prout subest praescientiae divinae.

172. *De causa prophetiae.*

1. *An prophetia possit esse naturalis.* R'. Non, quia praecognitio futurorum secundum quod sunt in seipsis, quorum est prophetia, non pot est esse a natura, sed solum a Deo revelante, qui habet in sua aeternitate omnia praesentia

em praecognitio futurorum in suis causis non abetur a natura, quia homo posset semper hanc abere cum vult, sed habetur per experien-am, quae iuvatur per naturalem dispositio-em, et differt ab illa, quae habetur per re-elationem, quia haec est fallibilis, et quorun-am eventuum, illa infallibilis et quorum-inque.

2. *An prophetica revelatio fiat per Angelos.* R'. ic, quia sunt medii inter Deum et homines, ad uos deferunt divinas illuminationes et revela-ones, quia opera Dei sunt ordinata, idest, in-ma per media disponit.

* Charitas, quae est perfectio voluntatis, in-nditur immediate a Deo, sed prophetia est erfectio intellectus, in quem etiam Angeli pos-unt imprimere. Item gratiae gratis datae attri-uuntur Spiritui sancto, ut primo principio, sed er medios Angelos; et operatio instrumenti di-itur esse principalis agentis.

3. *An ad prophetiam requiratur dispositio na-uralis.* R'. Non, quia Deus causa universalis n agendo non praerequirit dispositionem in ma-eria, sed simul potest inducere et materiam, et ispositionem, et formam: sed speculatio scien-iae requirit dispositionem naturalem.

4. *An requiratur bonitas morum ad prophe-iam.* R'. Non, quia pertinet ad intellectum, cu-us actus praecedit actum voluntatis, in qua est charitas; et quia prophetia datur in utilitatem Ecclesiae, sicut aliae gratiae gratis datae, sed charitas, ut affectus hominis ordinetur in Deum. tem prophetia potest impediri per passiones a-nimae et exteriores actiones, quia ad eam re-

quiritur maxima mentis elevatio ad contempl
tionem spiritualium.

*Item, quando prophetia datur non solu
pro aliis, sed pro illustratione propriae menti
tunc non est sine gratia gratum faciente. Ite
divina dona non semper dantur optimis simpl
citer, sed quandoque aliis, qui sunt optim
quantum ad doni perceptionem.

5. *An aliqua prophetia sit a Daemonibus.* R
Prophetia proprie et simpliciter per solam divi
nam revelationem, sed Daemon potest prophe
tizare secundum quid, idest facere, ut homo co
gnoscat quae procul sunt a cognitione intelle
ctus humani, quae Daemones cognoscunt natu
raliter, et non quae soli Deo cognita sunt.

* Item Daemones manifestant quae sciunt
non per illuminationem intellectus, sed pe
imaginariam visionem, vel sensibiliter loquen
do, et sic etiam deficit ista manifestatio a ver
prophetia. Item prophetia Daemonis a Divin
potest cognosci aliquibus signis exterioribus
quia Diabolus aliquando falsum dicit, Spiritu
sanctus nunquam.

6. *An prophetae Daemonum aliquando praedi-
cent verum.* R'. Sic, saltem secundum aliquid.

* Prophetiae Daemonum non semper loquun-
tur ex Daemonum revelatione, sed aliquando
ex inspiratione divina, quia Deus utitur malis
ad bonum, immo bonus Angelus potest revelare
Daemonibus. Item propria Daemonum dicuntur
esse illa, quae habent a seipsis, idest mendacia
et peccata; sed quae pertinent ad propriam na-
turam non habent a seipsis, sed a Deo, et sic
possunt vera quandoque praedicere.

173. *De modo propheticae cognitionis.*

1. *An prophetae videant ipsam Dei essentiam.* ℟. Non, sed vident in quibusdam similitudinibus secundum illustrationem divini luminis. Item essent beati; et ratio idealis non addit super essentiam divinam, nisi respectu ad creaturam; et prius est cognoscere Deum in se, quam in ordine ad creaturas, ergo cognoscunt ex revelatione divina absque eo quod essentiam videant.

2. *An in prophetica revelatione imprimantur menti prophetae novae rerum species, vel solum lumen novum.* ℟. Per influxum luminis intellectualis, quantum ad iudicium confertur aliquid supra naturalem facultatem. Item quantum ad acceptionem rerum fit per speciem, et in hoc prophetia est similis disciplinae, qua discipulo repraesentantur res locutione et signis, sed non in illuminatione. Item non est censendus propheta is, cui fit repraesentatio rerum per similitudines imaginarias vel corporales, ut Pharaoni, nisi illuminetur mens ad iudicandum. Item, qui illuminatur, ut iudicet de apparitionibus imaginariis aliorum, est propheta, ut Ioseph, sed maxime qui in utroque excellit.

3. *An visio prophetica semper fiat cum abstractione a sensibus.* ℟. Non semper, quia non potest fieri abstractio a sensibus quando aliquid repraesentatur per species sensibiles, sive divinitus formatas, ut rubus Moysis; sed aliquando potest fieri, ut quando fit per formas imaginarias.

4. *An prophetae semper cognoscant ea quae prophetant.* ℟. Non semper, quia Spiritus sanctus

intendit in his ut agens principale per instru mentum deficiens: sed propheta cognoscit se Spiritu sancto moveri ad aliquid aestimandu vel significandum (ex August.) verbo vel fact

174. *De divisione prophetiae.*

1. *An convenienter dividatur in prophetia praedestinationis, Dei praescientiae, et commina tionis.* R'. Sic, quia obiectum prophetiae, quo est in cognitione divina supra humanam facu tatem, sic dividitur; nam futurum in divina co gnitione inest dupliciter, primo prout est in su causa, et sic est prophetia comminationis, qua non semper impletur, sed per eam pronuntia tur ordo causae ad effectum; secundo in s ipso, ut facienda a Deo, et sic est prophet praedestinationis: vel ut fienda per liberum ar bitrium hominis, et sic est prophetia praescien tiae, quae potest esse bonorum et malorum; se illa praedestinationis tantum bonorum.

* Item Isidorus eam distinguit secundum mo dum prophetandi, et sunt extasis, visio, som nium, per nubem, vox de coelo accepta, para bola et repletio Spiritus sancti.

2. *An perfectior sit prophetia, quae habet vi sionem intellectualem et imaginariam, quam eo quae habet visionem intellectualem tantum.* R' Non, sed haec, quia est potior et dignior, qua magis appropinquat ad visionem patriae.

3. *An gradus prophetiae possint distingui se cundum visionem imaginariam.* R'. Proprie di ctae sic, quia visio imaginaria in prophetia es quoddam medium; nam alia fit in somnis, ali in vigilia, alia per verba, quae propheta audi

lia per signa, quae videt, sed super omnes radus excellentior est, quae fit absque imagiatione.

4. *An Moyses fuerit excellentior omnibus prohetis.* R'. Sic, quia in visione intellectuali vit essentiam Dei, ut Paulus in raptu quantum d imaginariam visionem, quam, quasi ad nuum habebat, non solum audiens verba, sed viens loquentem in specie Dei; non solum dorniendo, sed etiam vigilando. Item quia loquebatur toti populo ex persona Dei, quasi de novo egem proponens: alii vero inducebant ad obervantiam legis Moysis Item quoad miracula, quae fecit toti populo infidelium.

5. *An in Beatis sit aliquis prophetiae gradus.* R'. Non, quia non sunt in caligine, nec veritas supranaturalis est procul, nec cognoscunt per figuras corporales, et tandem iam sunt in perfectione.

* Christus ut viator fuit propheta, non ut comprehensor.

6. *An gradus prophetiae secundum tempus sint variati.* R'. Sic, ante legem, sub lege, et in gratia, praecipue de cognitione Dei et incarnationis.

175 *De raptu.*

1. *An anima hominis rapiatur ad divina.* R'. Sic, nota, Raptus dicit violentiam ab extrinseco nullam vim conferente passo, idest contra, vel finem inclinationis, ut lapis rapitur sursum, et sic non homo ad coelum, sed ad poenas sic; vel quantum ad modum tendendi, ut lapis si citius deorsum ferretur, quam motu naturali, et sic anima abstrahitur a sensibilium appre-

hensione virtute divina ad supernaturalia, licet sit naturale homini per sensibilium apprehensionem tendere in divina; sed non tali modo. Item ex infirmitate potest quis alienari a mente, sed non est raptus, sicut nec si a Daemone, ut in arreptitiis.

2. *An raptus magis pertineat ad vim appetitivam, quam ad cognoscitivam.* R'. Ad cognoscitivam quantum ad id, in quod rapitur, sed potest habere causam ex parte virtutis appetitivae, idest, quando ex magna affectione appetitus homo abstrahitur ab omnibus aliis, praesertim si delectetur in his ad quae rapitur.

* Divinus amor facit extasim, sed raptus supra extasim addit violentiam. Item tradere se appetitui sensitivo facit extasim, sed quia voluntas potest resistere passioni deficit a vera ratione raptus.

3. *An Paulus in raptu viderit essentiam Dei.* R'. Probabilius quod sic, quia dicit se audivisse ineffabilia verba, quod pertinet ad visionem beatorum, et excedit statum viae, sed non fuit beatus, quia lumen gloriae in eo non fuit per modum permanentis, et tunc non habuit fidem actu, sed habitu, sicut non fuit beatus habitualiter, sed actu, et consequenter habuit delectationem, ratione cuius dicitur fuisse in Paradiso, sicut per contemplationem in coelo.

* Item tertium coelum est empyreum, vel visio super mundana, vel Deus.

4. *An Paulus in raptu fuerit alienatus a sensibus.* R'. Sic, quia vidit essentiam Dei, et nil aliud intellexit.

* Christus dum erat viator videbat divinam

essentiam absque abstractione a sensibus, quia erat beatus per habituale lumen gloriae, non sic caeteri. Item Paulus post raptum fuit memor divinae essentiae per aliquas species intelligibiles habitualiter relictas in eius intellectu. Item in beatis qui vident divinam essentiam non fit abstractio a sensibus, sed est redundantia ab intellectu ad inferiores vires usque ad corpus, non sic in via.

5. *An anima Pauli in illo statu fuerit omnino a corpore separata.* R/. Non, quia informabat corpus, sed eius intellectus fuit abstractus a phantasmatibus et a perceptione sensibilium ut Deum videret.

6. *An Paulus ignoraverit, an anima eius fuerit a corpore separata.* R/. Sic, idest, an informaverit.

176. *De gratiis gratis datis, quae pertinent ad locutionem.*

1. *An qui habebant donum linguarum loquerentur omnibus linguis.* R/. Apostoli sic, quia toti mundo missi.

2. *An donum linguarum sit excellentius, quam gratia prophetiae.* R/. Non, sed contra, quia haec est ad res, illa ad voces.

176. *De gratia gratis data, quae consistit in sermone.*

1. *An in sermone consistat aliqua gratia gratis data.* R/. Sic, ut efficaciter loquatur, ut doceat ad instruendum intellectum, ad movendum affectum, ut libenter audiant verbum Dei; ut inflectat animum auditoris ad implendum verbum Dei, quod libenter audit. Item sic loqui ut a diversis audiatur pertinet ad donum linguarum,

sed ut bene loquatur ad gratiam. Item gratiae gratis datae dantur in utilitatem aliorum.

* Rhetorica perficit sermonem modo naturali, sed Spiritus sanctus excellentius operatur per gratiam sermonis, id quod potest ars operari inferiori modo.

2. *An gratia sermonis, sapientiae et scientiae pertineat etiam ad mulieres.* R'. Loqui publice toti Ecclesiae non, sed privatim ad unum, vel paucos familiariter loquendo potest illis competere gratia sermonis.

* Gratia prophetiae conceditur mulieribus, quia attenditur secundum mentem illuminatam a Deo, unde non est differentia sexuum; non sic gratia sermonis, quae ad instructionem hominum pertinet.

178. *De gratia miraculorum.*

1. *An sit aliqua gratia gratis data ad miracula facienda.* R'. Sic, ut sermo prolatus confirmetur, et fiat credibilis per miracula; et Spiritus sanctus sufficienter providit Ecclesiae in his, quae sunt utilia ad salutem, prout sunt gratiae gratis datae, et sic per supranaturales effectus, idest miracula, homo ducitur ad aliquam supranaturalem cognitionem credendorum.

* Principium operandi miracula non est qualitas habitualis in anima, quia non se extenderet ad omnia supranaturalia, quae fieri possunt, sed est Deus, qui principaliter operatur. Item, quae fiunt a Daemone non sunt vera miracula, quia fiunt virtute causarum naturalium, licet nobis sint vera miracula. Item gratia sanitatum praeter beneficium commune, quod exhibetur in omnibus miraculis, ut scilicet homines ad-

ducantur in Dei notitiam, confert aliquid particulare homini, id est sanitatem; ideo commemoratur seorsum. Item operatio miraculorum attribuitur fidei, quia est ad manifestationem fidei, et quia procedit ex omnipotentia Dei, cui innititur fides.

2. *An mali possint miracula facere.* R. Sic, ut sunt ad confirmationem veritatis fidei, quam malus praedicat invocando nomen Christi, sed si fiant ad manifestationem sanctitatis alicuius, quam Deus vult aliis proponere in exemplum virtutis, et tunc non fiunt nisi a sanctis, sive in vita, sive post mortem; sive per eos, sive per alios peccatores invocantes aliquem sanctum, quia oratio in impetrando non innititur merito, sed divinae misericordiae, quae etiam ad malos se extendit. Item aliqua non sunt miracula vera, sed facta phantastica, quibus ludificatur homo, ut videatur ei aliquid quod non est; aliqua sunt vera facta, sed non habent veram rationem miraculi, quia fiunt per causas naturales, et haec fieri possunt a Daemone.

179. *De vita activa et contemplativa.*

1. *An vita convenienter dividatur per vitam activam et contemplativam.* R. Sic, quia est divisio vitae hominis secundum intellectum, qui est vel practicus vel speculativus, cuius cognitionis finis vel est ipsa cognitio veritatis, et spectat ad vitam contemplativam; vel est actio, et spectat ad activam. Item mixta comprehenditur in illis. Item voluptuosa est brutalis, ideo non ponitur in divisione, quia est communis nobis et brutis.

2. *An sufficienter dividatur per activam et contemplativam.* R'. Sic, ut in primo articulo.

180. *De vita contemplativa.*

1. *An vita contemplativa nihil habeat in affectu, sed totum in intellectu.* R'. Haec vita, quantum ad essentiam actionis pertinet ad intellectum, sed quantum ad id, quod movet ad exercendum talem actum, spectat ad voluntatem, quia voluntas movet ut homo intendat contemplationi veritatis, tanquam ad finem voluntatis; et licet contemplativa essentialiter sit intellectus, tamen terminatur in delectationem, quae est in affectu.

2. *An virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam.* R'. Essentialiter non, quia ordinantur ad exteriores actiones, haec quiescit in interiori, idest in consideratione veritatis, sed dispositive sic, ne per vehementiam passionum contemplatio impediatur.

3. *An ad vitam contemplativam pertineant diversi actus.* R'. Finaliter unus, idest contemplatio veritatis, licet habeat diversos actus antecedentes pro principiis, vel eorum deductionibus ad veritatem cognoscendam, sed finalis est unus.

4. *An vita contemplativa solum consistat in contemplatione Dei, vel etiam cuiuscunque veritatis.* R'. Principaliter Dei, qui est finis humanae vitae, hic imperfecte per speculum in aenigmate, sed secundario in contemplatione divinorum effectuum, quia invisibilia Dei per ea quae facta sunt, etc. et sunt sex gradus.

5. *An vita contemplativa secundum statum praesentis vitae possit pertingere ad visionem essentiae*

divinae. R'. Prout homo sensibus corporis utitur, est impossibile, si potentialiter tantum, et non secundum actum, prout eius anima actu informat corpus, sed non ut utatur sensibus corporis, neque imaginatione, tunc potest, ut accidit sancto Paulo in raptu, et est supremus gradus contemplationis viae.

6. *An operatio contemplationis convenienter distinguatur per tres motus, idest circularem, rectum et obliquum*. R'. Sic similitudinarie, idest contemplatio uniformis dicitur circularis; quando est ab uno in aliud, recta; denique dicitur obliqua, quasi composita ex utroque.

7. *An contemplatio habeat delectationem*. R'. Sic, tum quia est operatio connaturalis rationi, et de obiecto amato.

8. *An vita contemplativa sit diuturna*. R'. Secundum se sic, quia est circa incorruptibilia, nec habet contrarietatem. Item etiam in nobis, quia est actio animae incorruptibilis, nec corpore laboramus, licet quoad suum summum diu durare non potest.

181. *De vita activa.*

1. *An omnes actus virtutum moralium pertineant ad vitam activam*. R'. Sic, quia huius finis est operatio, ad quam ordinantur omnes virtutes morales, et ad tollenda vitia. Item disponunt ad contemplativam, et ut sic sunt sub ea.

2. *An prudentia pertineat ad vitam activam*. R'. Sic, quia est recta ratio agibilium, et ordinatur ad operationes virtutum moralium.

3. *An docere sit actus vitae activae, vel contemplativae*. R'. Ut est sermo instruens audien-

tem, pertinet ad activam; ut est interior locutio, idest conceptio veritatis, per quam in exteriori actu dirigatur, pertinet ad activam; si ut delectetur solum in conceptione veritatis, pertinet ad contemplativam.

4. *An vita activa maneat post hanc vitam.* R'. Non, quia in futura vita cessat finis, qui est in exterioribus actibus.

* Virtutes morales post hanc vitam manebunt, non secundum actus circa ea, quae sunt ad finem, in quibus est vita activa, sed secundum actus circa finem. Item Angeli et Sancti habent aliquid de vita activa circa ea, quae pertinent ad dispensationem ministeriorum Dei, dum mundus durat, sed semper Deum contemplantur.

182. *De comparatione vitae activae ad contemplativam.*

1. *An vita activa sit potior, quam contemplativa.* R'. Non, sed haec est melior tum quia est secundum intellectum, et de obiecto proprie, idest intelligibili, et homo in hac est magis sibi sufficiens, cum paucioribus indigeat; et haec propter se diligitur, illa ad alios; haec secundum divina, illa secundum humana. Item potest esse magis continua, licet non in summo contemplationis. Item secundum quid propter necessitatem praesentis vitae, aliquando est eligibilis magis vita activa, ut propter paupertatem. Item praelati non solum in activa, sed debent excellere in contemplativa. Cum quis a contemplativa ad activam vocatur, id non fit per modum subtractionis, sed additionis propter aliquam necessitatem praesentis vitae.

2. *An vita activa sit maioris meriti, quam contemplativa.* R'. Ex genere suo, non; sed contra; quia haec directius pertinet ad dilectionem Dei, quae est radix meriti; activa directius ad amorem proximi; sed si quis ob maiorem amorem Dei vellet ad tempus carere dulcedine contemplationis propter proximum, magis mereretur.

3 *An vita activa impediat contemplativam.* R'. Quatenus activa componit et ordinat interiores passiones animae, non impedit, sed adiuvat contemplationem; sed quantum ad exercitium exteriorum actionum impedit, quia non potest quis occupari in exterioribus et contemplari.

4. *An vita activa sit prior, quam contemplativa.* R'. In via generationis sic, quia disponit ad eam; sed simpliciter non, imo contra; quia haec movet activam, et eam dirigit, ut vir mulierem.

183. *De officiis et statibus hominum.*

1. *An status in sui ratione importet conditionem libertatis vel servitutis.* R'. Sic, sive in spiritualibus, sive in civilibus, quia dicit obligationem hominis cum quadam firmitate, prout scilicet aliquis est sui iuris, vel alterius, non ex levi causa, et de facile commutabili.

2. *An in Ecclesia debeant esse diversi status, vel officia.* R'. Sic, ut corpus Ecclesiae sit perfectum, idest cum membris.

3. *An officia distinguantur per actus.* R'. Sic, quia deputantur ad diversas actiones formales.

4. *An differentia statuum attendatur secundum incipientes, proficientes et perfectos.* R'. Sic, quia

datur principium, medium et finis in libertate iustitiae a servitute peccati; et agit de libertate et servitute spirituali.

184. *De his quae pertinent ad statum perfectionis in communi.*

1. *An perfectio christianae vitae attendatur specialiter secundum charitatem.* ℟. Sic, quia est vinculum perfectionis. Item, quia unit nos Deo, qui est finis humanae mentis, et est perfectio sensuum hominis; et facit alias virtutes esse perfectas.

2. *An aliquis in hac vita possit esse perfectus.* ℟. Amare Deum, ut totaliter est diligibilis, non est creaturae, sed solius Dei. Item amare secundum totalitatem diligentis, idest, ut homo toto affectu semper Deum amet actu, non est possibile in via, sed in patria. Item perfectio non secundum totalitatem diligentis, neque secundum totalitatem diligibilis potest in hac vita haberi dupliciter. Primo, ut ab affectu hominis excluditur peccatum mortale contrarium charitati, et haec est de necessitate salutis. Secundo, quando etiam excluditur illud, quod impedire potest, ne mens totaliter feratur in Deum, ut in incipientibus et proficientibus, et sine hac potest esse charitas. Item perfecti in hac vita habent peccata venialia ex infirmitate viae, et sic habent aliquid imperfectum. Item dilectio proximi vel est sine qua charitas esse non potest, vel esse potest.

3. *An perfectio consistat in praeceptis, an in consiliis.* ℟. Essentialiter in praeceptis, secundario in consiliis, quae sunt media ad eam.

4. *An quicumque est perfectus sit in statu perfectionis.* R'. Potest quis esse perfectus, et non esse in statu perfectionis, ut bonus secularis, qui se non obligavit ad perpetuam servitutem, quae dicitur status. Item potest quis esse in statu perfectionis, idest obligatus, et non esse perfectus, ut religiosus malus, quia status hic sumitur pro eo, quem exterius solemnizat Ecclesia, nam de interiori statu Deus solus iudicat.

5. *An religiosi et praelati sint in statu perfectionis.* R'. Sic, quia habent perpetuam obligationem cum solemni voto in his, quae sunt perfectionis, nam religiosi voto solemni, Episcopi obligant se ad pastorale officium, idest animam ponere pro ovibus, et hoc per solemnitatem consecrationis, et dum statum assumunt, non profitentur se perfectos, sed tendere ad perfectionem. Item actus perfectionis non sufficit ad statum perfectionis: unde martyrium non ponit in statu perfectionis, quamvis consistat in perfectissimo actu charitatis.

6. *An omnes praelati ecclesiastici sint in statu perfectionis.* R'. Non, sed solum Episcopi, qui obligantur ad perpetuam curam, nisi Papa dispenset, et per accidens in occidentali Ecclesia Sacerdotes emittunt votum castitatis: licet nomen Presbyteri significet Episcopum et Sacerdotem, ut in primitiva Ecclesia, tamen in re semper fuerunt distincti.

7. *An status religiosorum sit perfectior, quam status praelatorum.* R'. Non, sed Episcoporum status est perfectior, unde religiosus potest fieri Episcopus, sed non contra.

* Abrenuntiatio rerum, ut est actu, non est

perfectio, ut est in praeparatione animi, sic, et hanc habent Episcopi, quia tenentur omnia contemnere pro honore Dei, vel salute gregis, vel pauperibus dando. Item ultra activam vitam Episcopis magis convenit contemplativa quam religiosis, quia tenentur contemplari non solum propter se ipsos, sed etiam ad instructionem aliorum.

8. *An Presbyteri, Curati et Archidiaconi sint maioris perfectionis, quam religiosi.* ℣. Non. sed religiosi, quia hi possunt facere omnia quae illi, et Presbyteri possunt relinquere sua munera, et ingredi religionem. Item magis peccaret clericus in sacris faciens contra sanctitatem ordinis, quam laicus regularis.

185. *De his, quae pertinent ad statum Episcoporum.*

1. *An liceat Episcopatum appetere.* ℣. Appetere Episcopatum ratione reverentiae et honoris, vel sufficientiae bonorum temporalium, non licet, quia est ambitio et cupiditas. Item ratione gradus alti est praesumptio. Item ratione pascendi, idest aliis prodesse, quamvis ex se liceat, tamen quia habet annexam celsitudinem gradus est praesumptio, ut qui praeesse appetat ut aliis prosit, nisi manifesta necessitas immineat, vel si sit in tali officio, vel sciat se dignum tali opere, ita ut in desiderio cadat opus bonum, non primatus dignitatis.

* Bonum opus desiderat, quia tunc primus in martyrio, sed addit, oportet irreprehensibilem esse, et debet esse perfectus.

2. *An liceat Episcopatum iniunctum omnino*

recusare. R'. Non, quia est inobedientia, et inordinata voluntas.

* Vita contemplativa et amor Dei est potior, quam activa et amor proximi; sed bonum multitudinis est praeferendum bono unius, nec Episcopus ita transfertur ad activam, ut relinquat contemplativam, secus si habet impedimentum ad officium non removibile a superiore, tunc non tenetur obedire. Item qui vovit non suscipere dignitatem, si intendat etiam si praecipiatur a superiore, illicite vovit.

3. *An qui assumitur ad Episcopatum oporteat esse meliorem caeteris.* R'. Non, sed meliorem pro Ecclesia, qui possit Ecclesiam instruere, defendere, pacifice gubernare. Item ministratio Ecclesiae non datur in remunerationem personae, quia haec erit post mortem. Item in electione non debet esse acceptio personarum. Item electus non debet se meliorem aliis putare, esset enim praesumptio, sed satis est, ut in se non cognoscat impedimentum. Item in eligendo attenditur eminentia dilectionis, sed magis idoneitas ad regimen.

4. *An Episcopus possit licite Episcopatum relinquere, ut religionem ingrediatur.* R'. Quandiu potest proficere subditis ad salutem non, quia perpetuo obligatur, quod non debet relinquere nec pro quiete suae contemplationis, nec propter adversa evitanda, vel lucra acquirenda: sed si non potest proficere in Episcopatu, vel defectu suo, vel aliorum, de licentia Papae potest.

5. *An liceat Episcopo propter aliquam persecutionem corporalem deserere gregem sibi commis-*

sum. R/. Cum damno salutis gregis non licet: sed si sufficienter in absentia pastoris per alium providetur, licet propter commodum Ecclesiae, vel periculum personae suae, et non tenetur ingredi religionem.

6. *An liceat Episcopo aliquid proprium habere*. R/. Sic, quia non vovent paupertatem, nec munus Episcopi hoc requirit.

* Perfectio vitae christianae non consistit in paupertate essentialiter, quia perfectissimus fuit Abraham et dives; imo res proprias et acquisitas possunt Episcopi relinquere haeredibus.

7. *An Episcopi mortaliter peccent, si bona ecclesiastica, quae procurant, pauperibus non largiantur*. R/. Non, quia de superfluis possunt ampliare redditus Ecclesiae, si non adsit necessitas pauperum. Item si bona sunt divisa, et Episcopus ultra partem suam sibi aliquid accipit de his, quae debentur pauperibus, vel ministris, vel cultui Ecclesiae, peccat, et tenetur restituere. Item de propriis, et de parte ecclesiasticorum bonorum sibi debita potest disponere ut ei libet, quia est dominus; et in his peccaret vel propter inordinationem affectus, vel si aliis non subveniat, prout charitas requirit: sed determinare quando sit talis necessitas, quae ad peccatum mortale obligat, pertinet ad humanam prudentiam. Item Episcopus de bonis ecclesiasticis sibi deputatis, potest dare consanguineis, vel aliis sine peccato, dummodo moderate faciat, scilicet ne indigeant, et non ut ditiores fiant.

7. *An religiosus factus Episcopus teneatur ad observantiam regularem*. R/. Sic, nisi impediat

munus episcopale. Item non possunt testari nisi ex dispensatione Papae.

186. *De his, quae pertinent ad statum religionis.*

1. *An religio importet statum perfectionis.* R'. Sic, quia antonomastice est via ad perfectionem, et virtus denominatur ab intentione finis, quia religiosus ut holocaustum totaliter se dedicat divino servitio, in quo est perfectio.

2. *An quilibet religiosus teneatur ad omnia consilia.* R'. Non, sed ad ea, quae in regula promittit. Item non est perfectus, sed in via.

3. *An ad perfectionem religionis requiratur paupertas voluntaria.* R'. Sic, ut tollat affectum a rebus mundanis.

4. *An ad perfectionem religionis requiratur perpetua continentia.* R'. Sic, quia coitus maxime impedit ire in Deum, etc.

5. *An obedientia pertineat ad perfectionem religionis.* R' Sic, quia ab ea dirigitur, et in ea Christum imitatur.

6. *An ad perfectionem religionis requiratur ut haec tria cadant sub voto, scilicet paupertas, continentia, obedientia.* R'. Sic, quia ad statum perfectionis requiritur obligatio, ergo et votum.

7. *An convenienter dicatur in his tribus consistere perfectionem religionis.* R'. Sic, quia tolluntur omnia impedimenta, et fit holocaustum.

8. *An votum obedientiae sit potissimum inter tria vota.* R'. Sic, quia offertur voluntas, quae est potior.

9. *An religiosus semper peccet mortaliter transgrediendo ea, quae sunt in regula.* R'. Non, nisi sit praeceptum, vel fiat ex contemptu.

10. *An religiosus in eodem genere peccati gravius peccet quam secularis.* R. Si est contra votum, si ex contemptu, si propter scandalum, sic; secus non, sed levius, quia facilius resurgit propter bonam intentionem et auxilium aliorum.

187. *De his, quae competunt religiosis.*

1. *An liceat religiosis docere, praedicare, et alia huiusmodi facere.* R. Si habent ordinem et iurisdictionem delegatam, possunt; quia ex voto, vel ex regula non prohibentur, aut si eis committatur, praesertim si religio sit ad hoc specialiter instituta.

2. *An liceat religiosis secularia negotia tractare.* R. Causa cupiditatis non, sed causa charitatis cum debita moderatione et licentia superioris, licet.

* Frequentare palatia regum propter delicias, vel gloriam, non competit eis, sed propter pias causas, sic.

3. *An religiosi teneantur manibus laborare.* R. Non magis quam seculares, nisi per regulam ad hoc obligentur. Item labor corporalis valet ad quatuor. Primo ad victum quaerendum, et si non habetur aliunde, est sub praecepto. Secundo ad tollendum otium, et non est sub praecepto, quia aliis viis potest tolli. Tertio, ad refraenandam concupiscentiam, et non est sub praecepto. Quarto, ad eleemosynam faciendam, et non est sub praecepto, nisi forte in aliquo casu. Item sub opere manuali intelliguntur omnia officia membrorum, ut linguae, pedum, et quibus homo licite lucratur victum. Item qui vacant operibus spiritualibus, ut o-

rationi, psalmis, propter bonum commune, excusantur ab opere manuali. sed si vacant privatis, non excusantur a manuali. Item qui omnia spernunt propter Deum, si habent unde vivant, non tenentur manibus laborare.

4. *An religiosis liceat de eleemosynis vivere.* R'. Sic, quia eleemosynae ex liberalitate donantis debentur eis ob necessitatem, vel ob corporis infirmitatem ex qua non possunt laborare, vel si labor non sufficit, vel quia non sunt assueti laborare manibus. Item debentur ex eo, quod aliquid aliis exhibent, sive spirituale, sive temporale, ut si praedicent auctoritate Praelatorum si ministrent in Altare, si studeant sacrae scripturae in bonum commune, si bona temporalia, quae habebant monasterio largiantur. Item usus eleemosynarum est religiosis illicitus, si desistunt ab actibus religiosis, quia defraudant mentem dantium, quae fuit, ut religiose vivant, et dantes participent. Item est illicitum, si otiosi vivant, et si ex servili, vel rusticana vita veniunt, et nolunt laborare, tunc enim non manducent. Item si alii sunt in extrema necessitate, ipsi abstineant ab eleemosynis. Item, quando est manifesta necessitas et utilitas, et religiosi vivunt ex eleemosynis absque opere manuali infirmi non scandalizantur, sed tantum malitiosi, de quorum scandalo non est curandum, quia pas-

5. *An religiosis liceat mendicare.* R'. Si ex cupiditate, vel ut otiosi vivant, non licet: si ob abiectionem, ut humilientur, licet: si ex necessitate, vel ad utilitatem, v. g. aedificandi Ecclesiam, licet.

6. *An liceat religiosis indui vilioribus vestibus quam caeteri.* R'. Si est poenitentia, vel in contemptum fastus, vel pro humiliatione licet; secus, non, idest non ob iactantiam, non ex avaritia, vel negligentia.

188. *De differentia religionum.*

1. *An sit tantum una religio.* R'. Non, quia diversa sunt opera charitatis, et diversi modi exercitiorum; licet omnes totaliter se tradant ad serviendum Deo, et in hoc non est differentia, sed in diversis modis serviendi Deo.

2. *An aliqua religio instituí debeat ad opera vitae activae.* R'. Sic, quia ad perfectionem charitatis pertinent dilectio Dei, et sic est vita contemplativa; et dilectio proximi, et sic est activa, et in hac fit sacrificium Deo.

3. *An aliqua religio possit ordinari ad militandum.* R'. Sic, propter defensionem divini cultus, et publicae salutis, et pauperum oppressorum, sicut licet advocare pro suo monasterio, et pro pauperibus.

4. *An aliqua religio possit institui ad praedicandum, vel confessiones audiendas.* R'. Sic, quia est pro salute animae.

5. *An sit instituenda aliqua religio ad studendum.* R'. Sic, quia iuvat directe ad contemplandum, et indirecte ne erremus in contemplatione. Item ad compescendam carnem, sed cum charitate, ne inflet, et fiant dissensiones.

6. *An religio, quae vacat vitae contemplativae, sit potior illa, quae vacat vitae activae.* R'. Illae religiones tenent summum gradum, quae ordinantur ad praedicandum, et docendum, quod

opus activum oritur ex plenitudine contemplationis, quod praefertur simplici contemplationi, sicut maius est illuminare, quam solum lucere, etc., quia ordinantur ad finem absolute potiorem, qui est maius bonum, vel sunt plura bona, et sunt comparanda in fine, nam ratione exercitii non est comparatio nisi respectiva, quia non propter se, sed propter finem quaeritur, et non attenditur quantitas exercitii, sed proportio eius ad finem; secundo loco est religio quae est ad contemplandum; tertio quae ad opera exteriora.

* Religio non est potior ex eo, quia habet maiores, seu arctiores observantias, sed ex eo si sit magis ordinata ad finem religionis cum maiori discrimine.

7. *An habere aliquid in communi minual perfectionem religionis.* ℟. Non, quia perfectio non consistit essentialiter in paupertate, sed in sequendo Christum; sed habere praesertim moderate in communi non impedit, sed adiuvat; et illa tractare est charitas, quia non distrahuntur religiosi a contemplatione.

8. *An perfectior sit religio viventium in societate, quam in solitudine.* ℟. Vita solitaria est perfectior, quia competit perfectis, sed socialis est ad exercitium perfectionis; sed si sumatur absque praecedenti exercitatione, est periculosissima, nisi Deus suppleat quod in aliis acquiritur per exercitium. Item sine spiritu est vita bestialis.

189 *De ingressu religionis.*

1. *An qui non sunt in praeceptis exercitati debeant ingredi religionem.* R'. Sic, ut facilius vitent peccata, et proficiant.

2. *An debeat aliquis voto obligari ad ingressum religionis.* R'. Est secundum se laudabile; et opus factum ex voto est laudabilius.

3. *An qui obligatus est ex voto ingredi religionem, teneatur intrare religionem.* R'. Sic, vel absolute, vel si posuit conditionem post eam; et si vovit certam religionem, tenetur facere quantum in se est ut ingrediatur; si absolute, et in unam non recipitur, adeat aliam. Item rationabiliter dici potest aliquem per ingressum religionis consequi remissionem omnium peccatorum.

4. *An qui vovit ingredi religionem, teneatur perpetuo permanere in religione.* R'. Secundum intentionem voventis, si intendit se obligare ad perpetuo remanendum, tenetur; si nil cogitavit, intelligitur secundum formam iuris quae est, ut actu detur annus probationis. Item qui ingreditur ut statim exeat, non satisfacit voto, quia vovendo non intendit hoc, quare tenetur mutare propositum, id est, ut velit saltem experiri.

5. *An pueri recipiendi sint in religionem.* R'. Ante usum rationis votum non tenet, et si ante annos pubertatis, ut frequentius in pueris circa decimum quartum, in puellis duodecimum, accederetur usus rationis, votum ex se obligat, sed obligatio potest auferri auctoritate parentum; sed post annos pubertatis non potest votum revocari. Item professio non valet ante decimum sextum annum, possunt tamen a parentibus tradi ut ibi nutriantur.

6. *An propter obsequium parentum debeant aliqui retrahi ab ingressu religionis.* R. Si sunt in necessitate, nec commode aliter subveniri potest eis, nisi obsequio filiorum, licet; sic multo minus parentes possunt ingredi relicta cura filiorum; sed si non sunt in tali necessitate ut multum indigeant obsequio filiorum, possunt contra praeceptum parentum ingredi religionem.

7. *An Presbyteri curati possint licite religionem ingredi.* R. Sic, quia non obligantur voto solemni ad curam. Episcopi non possunt sine licentia Papae.

8. *An liceat de una religione transire ad aliam.* R. Nisi propter magnam utilitatem, vel necessitatem, non est laudabile; sed potest laudabiliter transire ad arctiorem, sed petat licentiam, quae non est neganda: et si dubitatur an illa sit perfectior, petat iudicium superioris. Secundo, si in sua arctiori declinatur a perfectione, et remissius vivant, potest ad minorem si melius vivatur, et petat a superiore, ut in primo casu. Tertio ex infirmitate si non potest arctioris statuta servare, et laxioris potest, sed in hoc casu requiritur dispensatio.

* Habens votum simplex arctioris, si profiteatur in laxiori, non tenetur ad votum simplex.

9. *An aliquis debeat alios inducere ad religionem intrandam.* R. Sic, et cum merito, non tamen vi, vel simoniace, non mendaciis, ne ingrediens deceptus retrocedat, potest tamen munusculis allicere ad amicitiam, et ingressum.

* Obligatus ex voto, vel iuramento ad minorem religionem, potest induci ad maiorem, sed

non contra; nisi ex causa, et dispensatione Superioris.

10. *An sit laudabile ingredi absque multorum consilio, et diuturna deliberatione.* R. Sic, nisi adsit infirmitas; et tunc consulat, qui possunt prodesse, non impedire. Item potest consulere in quam religionem, et quoad modum intrandi.

EX

TERTIA PARTE SUMMAE D. THOMAE

1. *De convenientia incarnationis.*

1. *An fuerit conveniens Deum incarnari.* ℟. Sic, tum quia per Deum visibilem cognoscuntur attributa invisibilia Dei: ut Bonitas, Iustitia, Sapientia; tum quia summa bonitas, idest Deus, convenit ut communicetur naturae humanae, licet non conveniret naturae humanae uniri Deo, nec tamen Deus est mutatus.

* Et licet assumpserit malum poenae, non tamen malum culpae, quia ei non convenit: est tamen Deus ubique, quia non clauditur carne.

2. *An fuerit necessarium incarnari.* ℟. Non simpliciter, quia potuit aliis viis, sed secundum quid, idest melius quantum ad fidem, spem, charitatem, ad operationem, ad communicationem sui, ad removenda mala, etc.

* Purus homo non potuit satisfacere adaequate pro tota natura, quia peccatum erat infinitum respectu Dei, nisi ex acceptatione Dei, et reverentia in Deum, et eius maiestas augetur.

3. *An si homo non peccasset, Deus fuisset incarnatus.* ℟. Non, quia non fuisset morbus, ergo nec medicina, et in Scriptura incarnatio semper attribuitur peccato, licet sine peccato potuisset incarnari, quia omnipotens.

* Praedestinatio supponit cognitionem futurorum, et sic praedestinavit opus incarnationis in remedium peccati. Item Adae fuit revelata incarnatio, et non causa incarnationis, et lapsus eius.

4. *An incarnatio sit principaliter ad delendum peccatum originale, vel actuale.* R'. Ad omnia, licet principaliter ad originale: quia est maius extensive: sed actuale est maius intensive, quia magis voluntarium.

* Item originale non inducit poenas sensus in Limbo, sed poenalitates hic; quas Christus assumpsit.

5. *An debuerit ab initio mundi incarnari.* R'. Non, ut homo humiliaretur, et pro maiestate venientis.

* Et charitas pro loco et tempore dat beneficium.

6. *An debuerit differri usque ad finem mundi.* R'. Non, quia non expediebat saluti humanae.

2. *De modo unionis Verbi incarnati.*

1. *An unio sit facta in natura, idest in essentia.* R'. Non, sed quaelibet natura, idest divina, et humana est perfecta in Christo, et non se habent, ut materia, et forma, essent enim in potentia, nec sunt unitae accidentaliter, nec faciunt tertium quid.

* Cum dicitur natura divina incarnata, sensus est, sibi univit carnem in persona, et non est, quod sit conversa in carnem: sic dicitur caro deificata, idest facta Dei, non Deus.

2. *An unio Verbi fuerit facta in persona.* R'. Sic, quia natura significat essentiam speciei, persona significat totum habens naturam, sicut

partem formalem, et perfectivam sui. Cum ergo humana natura non pertineat ad essentiam Verbi, pertinebit ad personam, alioquin nullo modo est unita Verbo.

* In Deo natura, et suppositum idem sunt secundum rem, sed differunt ratione, quae sufficit, ut fiat unio in persona, non in natura, cum naturae nihil addatur, sed personae. Item personalitas dicit perfectionem, ut dicit existentiam in se, sed natura humana perfectius existit in Verbo, ut in nobiliori, et digniori se. Item natura humana Christi erat singularis, sed non suppositata, nisi in Verbo.

3. *An unio sit facta in supposito, vel in hypostasi.* R'. In supposito, vel hypostasi quia persona ad hypostasim non addit, nisi determinatam naturam, idest rationalem, idest intellectualem. Unde in Christo multiplicare personas, seu subsistentias, et hypostases, seu suppositа, vel dividere, est damnatum.

* Christus dicitur aliud, et aliud propter naturas, et non alius, et alius, ut dicitur in Trinitate, propter personas. Item Christus est in specie humana, ratione naturae assumptae, et res non ponitur in specie ratione individuationis, sed naturae.

4. *An persona, vel hypostasis Christi sit composita.* R'. Licet in se sit summe simplex, tamen, ut subsistit duabus naturis, duae erant rationes subsistendi, ergo persona erat composita, sed haec compositio non est per modum partium, sed per modum numeri, idest id, in quo duo conveniunt.

5. *An in Christo anima fuerit unita corpori.*

℟. Sic, est de fide, quia fuit animatus, et univoce homo.

* Ex unione animae, et corporis insurgit persona in puro homine, non sic in Christo, sed utrunque advenit personae praeexistenti digniori. Item Verbum est principium omnis vitae effective, et non formaliter, sed anima formaliter.

6. *An natura humana sit unita Verbo accidentaliter.* ℟. Non, quia est error, nam Christus esset homo per accidens.

* Et licet natura sit mutata, tamen Verbum non est mutatum, et quod advenit enti completo, est accidens, non quod advenit personaliter, nisi trahatur ad communionem eiusdem esse completi. Item substantia sumitur etiam pro supposito, et sic unio fuit substantialis; et haec unio non fuit solum instrumenti cum causa, licet natura humana sit instrumentum divinitatis.

7. *An unio naturae humanae, et divinae sit quid creatum.* ℟. In humana est creatum, quia coepit in tempore, et est relatio realis nata ex mutatione naturae humanae; in divina est rationis tantum, quia non est mutata.

* Deus dicitur unitus creaturae, quia creatura est realiter unita Deo absque Dei mutatione. Item homo dicitur creator, et Deus, propter unionem, idest prout terminatur ad hypostasim divinam; sed unio non est Deus, vel creator, et dicitur quid creatum respectu esse, quod habet a subiecto, non rationis, quam habet a termino.

8. *An unio Verbi sit idem quod assumptio.* ℟. Non, quia natura divina dicitur unita non assumpta. Unio importat relationem, assumptio actionem, vel passionem. Item assumptio est in

fieri, unio in facto esse: ideo uniens dicitur unitum, sed assumens non dicitur assumptum.

* In incarnatione praeter relationem fuit necessaria aliqua mutatio, ex qua nascitur relatio. Pater, et Spiritus sanctus uniunt, sed non assumunt: Filius utrumque fecit. Item natura divina est unita, sed non assumpta.

9. *An haec unio sit maxima unionum.* R'. Respectu eius, in quo uniuntur est maxima, non respectu naturae humanae, quae unitur.

* Et sic unitas personae divinae est maior, quam unitas numeri, quia est increata independens, non pars numeri. Item est maior, quam unitas animae et corporis, quia unitas divinae personae est maior.

10. *An unio naturarum in Christo sit facta per gratiam.* R'. Sic, idest libera et grata Dei voluntate, non tamen per gratiam, quae sit habitus, ut in sanctis, sed in persona, et per gratiam, idest donum gratuitum.

* Gratia habitualis est participatio divinae similitudinis; sed gratia unionis est participatio esse, quod est maius.

11. *An praecesserint aliqua merita hanc unionem Verbi.* R'. Non, quia non Christi qui non erat, non puri hominis, cum purus homo non possit mereri regenerationem, praesertim totius mundi.

* Patres sancti de congruo meruerunt incarnationem Christi desiderando et petendo, quia congruum fuit exaudiri. Item non omne necessarium ad praemium cadit sub merito, ut incarnatio et gratia. Beata Virgo meruit ex

gratia sibi data gradum puritatis, ut congruc posset esse mater Dei.

12. *An gratia unionis fuerit Christo homini naturalis.* R'. Gratia sive unionis, sive habitualis non fuit causata a principiis naturae humanae, et sic non fuit naturalis, sed ut provenit a natura divina Christi in naturam humanam dici posset naturalis: si sumatur naturalis, ut dicitur a nativitate, utraque est naturalis.

* Unio non est facta in natura, sed est causata a natura divina, et dicitur naturalis, ut inest humanitati a principio.

3. *De modo unionis ex parte personae assumentis.*

1. *An personae divinae conveniat assumere naturam humanam.* R'. Sic, quia est principium, et terminus huius assumptionis, et actiones sunt suppositorum.

* In hoc non perficitur persona divina cum sit infinita, sed humanitas, sic in unione per gratiam perficitur homo, non Deus. Item persona dicitur incommunicabilis, quia non potest de pluribus praedicari, tamen plura de illa possunt praedicari, et est proprium personae divinae pluribus substantialiter communicari propter eius infinitatem. Item humana natura in unione constituit personam divinam non simpliciter, sed in esse humano.

2. *An divinae naturae conveniat assumere.* R'. Natura divina est principium assumptionis secundum seipsam, quia eius virtute facta est assumptio, sed persona dicitur proprie assumere, ut assumptio dicit terminum, sed secundario

dicitur natura assumpsit naturam ratione personae; sic dicitur incarnata.

* Natura divina dicitur ad se sumere humanam, quia non differt supposito a persona Verbi, sed Pater licet assumat, tamen non ad se, quia differt a Verbo. Item, quod convenit naturae divinae secundum se, convenit omnibus personis, sed assumere convenit ei ratione Verbi, ideo non datur tribus. Item in Deo est idem quod est, et quo est; et quo agit, et quod agit, et sic natura divina est id, quo Deus agit, et est Deus agens.

3. *An abstracta personalitate per intellectum natura possit assumere.* R'. Intellectus cognoscens Deum, ut in se est, non potest abstrahere unum relicto alio, quia quicquid est in Deo, est unum salva distinctione personarum; sed secundum modum nostrum, idest intelligendo divisim, et per partes unum, et idem potest abstrahere.

* Et sic abstractis personis remanet natura, ut subsistens, et ut persona cum sit in natura intellectuali, ut intelligunt Hebraei, et sic natura intelligeretur assumere ratione suae subsistentiae, et personalitatis.

4. *An una persona possit sine alia naturam creatam assumere.* R' Ut dicit terminum sic; ut dicit actionem non, quia omnes tres personae fecerunt, ut natura uniretur personae Filii.

* Natura dicitur incarnata, et assumens ratione personae, et dicitur tota incarnata, quia nihil perfectionis de natura divina deest personae incarnatae.

5. *An quaelibet persona potuerit humanam na-*

turam assumere. R'. Sic, quia eadem potentia, et principium assumens, et ratio termini, idest personae, est communis tribus, licet sint proprietates personales differentes.

* Filiatio temporalis Christi non constituit personam, sed est consequens nativitatem temporalem, quod posset convenire Patri, et Spiritui sancto. Item, incarnato Patre, nos essemus filii adoptivi Patris per attributionem. Item Pater incarnatus esset innascibilis in divinitate, nec diceretur missus.

6. *An plures personae divinae possent unam naturam numero assumere.* R'. Possunt, sicut subsistunt uni naturae divinae, ergo possunt et uni humanae. Item haec unio fit sola potentia divinae personae, sed haec potentia est eadem in tribus, et tota ratio facti est potentia facientis, sed est impossibile assumere unam personam humanam, ut ait Anselmus.

* Et tunc tres personae essent unus homo, quia est una natura, ut in Trinitate est unus Deus. Item natura esset assumpta non in unitate unius, sed in unitate singularum, sicut natura divina habet unitatem cum personis. Item hic homo esset ingenitus, ut supponeret pro Patre, sed esset genitus, ut supponeret pro Filio.

7. *An una persona divina possit assumere duas naturas humanas.* R'. Potest, quia potentia divinae personae est infinita, tum ut principium, tum ut terminus, nec potest limitari a natura particulari.

* In humanis natura multiplicatur secundum supposita, sed in incarnatione unio materiae, et formae non multiplicat supposita, et sic possunt

multiplicari naturae, non supposita. Item diceretur unus homo, quia unum suppositum, nec diceretur quod una natura humana assumeret aliam, sed quod natura divina utrasque assumeret.

8. *An fuerit magis conveniens, quod Filius assumeret naturam humanam, quam alia persona.* R'. Sic quia sapientia, et virtus, quae ostenditur in incarnatione, appropriatur Filio: sunt et aliae congruentiae.

4. *De modo unionis ex parte naturae humanae assumptae.*

1. *An natura humana fuerit magis assumptibilis a Filio Dei, quam alia natura.* R'. Secundum congruentiam sic; imo et sola, quia est dignior creatura irrationali, quae non potest cognoscere, et amare Verbum; et quia in necessitate, in qua non est Angelus, quia non est in peccato originali.

* Quod non assumat irrationale non est impotentia Dei, sed propter ineptitudinem eius. Item maior est unio secundum esse, quam secundum operationem, et hanc non potest habere, ergo neque illam. Item Angelus est assumptibilis, sed eius peccatum inemendabile. Item perfectio universi non est unius personae, sed ut sit unum ordine, in quo multae partes non sunt congruenter assumptibiles.

2. *An Filius Dei assumpserit personam humanam.* R'. Non, sed naturam in individuo, quod non est aliud a supposito increato praestantiori.

3. *An persona divina assumpserit hominem.* R'. Proprie, non, quia homo dicit suppositum, quod est terminus, at quod assumitur praeintelligitur termino.

* Cum dicitur assumpsit hominem, intelligitur homo pro natura hominis. Item Filius Dei non est homo, quem assumpsit, sed est homo, cuius naturam assumpsit.

4. *An Verbum debuerit assumere humanam naturam abstractam ab omnibus individuis.* R'. Non, quia non illam Platonis, quae non datur: non ut est in intellectu divino, quia sic est natura divina: non ut est in intellectu nostro, quia solum intelligeretur assumpsisse, sed non assumeret, et esset fictio.

* Christus est communis Salvator, quia est causa salutis omnium, nec homo est, nisi in individuo.

5. *An Christus debuit assumere naturam humanam in omnibus individuis.* R'. Non, quia tolleretur multitudo suppositorum, quia omnium unum esset suppositum, idest Verbum, nec Christus esset primogenitus inter homines.

* Naturae divinae convenit assumere ratione personae, sed naturae humanae non convenit assumi ratione personae, sed sui. Item dilectio Dei ostenditur non solum in assumptione, sed in his, quae passus est, et frustra fit per plura.

6. *An fuerit conveniens eam assumere ex stirpe Adae.* R'. Sic, ut vinceretur inimicus huius generis ab uno ex eodem genere, ut iustitiae satisfieret, ut Dei potentia ostendatur in natura assumpta.

* Debuit Christus esse segregatus a peccatoribus quoad culpam, non autem quoad naturam. Item natura Adae habuit culpam, et sic illa natura non accipienda, et a parentibus sanctis, ut daret aliquod signum sanctitatis.

3. *De modo unionis ex parte partium humanae naturae.*

1. *An Verbum debuerit assumere verum corpus.* R'. Sic, secus falleret, nec assumpsisset naturam humanam, nec fuisset mortuus, nec vera salus inde secuta.

* Dicitur factus in similitudinem hominum, quia omnes homines sunt similes in natura. Item, nec eius dignitas diminuitur, quia Deitas non est facta corporis forma. Item, figurae non debent esse secundum rem, sed secundum similitudinem quandam verae rei figuratae.

2. *An Filius debuerit assumere corpus terrenum.* R'. Sic, secus non esset vera natura humana, nec vera passio.

* Christus descendit de coelo ratione naturae divinae, quia hic novo modo apparuit, vel quia corpus virtute coelesti fuit formatum. Item caro, idest, corruptio non possidebit regnum. Item est gloria Christi limum ad tantam gloriam ducere.

3. *An assumpserit animam.* R'. Sic, secus in Christo non fuissent duae naturae, quia caro specificatur ab anima, quae non fuisset sanata.

* Verbum est caro, sumitur pro toto homine, idest cum forma, seu anima.

4. *An debuerit assumere intellectum.* R'. Sic, quia curavit mentem, quae est capax gratiae nec est vere anima humana sine mente, sicut non vera caro humana sine anima humana.

* Et praesentia Verbi perficit mentem humanam, non destruxit.

6. *De modo assumptionis quantum ad ordinem.*

1. *An Filius Dei assumpserit carnem mediante anima.* R'. Sic, non ordine temporis, sed perfectionis naturae, idest caro, si non fuisset animata, non fuisset assumpta; et causalitatis, quia ab ea habet, ut sit animata, et assumptibilis.

* Ordine essendi omnia immediate pendent a Deo, ordine ad finem, mediate ordinantur ad Deum, et sic est in assumptione. Item licet hypostasis humana sit vicinior corpori, sed hypostasis Verbi est altior natura humana, ideo propinquior animae, quia perfectior. Item, separata anima, remanet in corpore divina hypostasis, quia caro fuit causa congruentiae in fieri, sed in facto esse non pendet ab ea.

2. *An assumpserit animam mediante mente, seu spiritu.* R'. Congruenter sic, quia secundum mentem est imago, et capax Dei.

* Quamvis intellectus secundum essentiam non distinguatur ab anima, sed ratione. Item Angelus, quia irreparabilis non congruit assumi. Item hic anima sumitur pro potentiis inferioribus.

3. *An prius fuerit sumpta anima, quam caro.* R'. Non, quia anima creando infunditur, secus habuisset subsistentiam.

* Anima est media ad unionem Verbi, non tempore, sed ordine. Item, anima Christi excedit nostram virtute, non genere.

4. *An caro Christi fuerit prius assumpta, quam animae unita.* R'. Non tempore, quia non fuisset caro humana, et propter animam est assumpti-

bilis, et sicut anima non debuit assumi, nisi unita carni, sic nec contra.

* In Christo Spiritus sanctus unico instanti materiam disposuit, et perfecit. Item nostra caro prius concipitur, quam animetur, non sic illa Christi. Item Verbum prius natura intelligitur unitum carni, quam animae secundum modum communem essendi in omnibus, non secundum proprium personale esse.

5. *An tota humana natura sit assumpta mediantibus partibus.* ℟. Non tempore, quia omnia simul, sed ordine naturae, idest mediante toto accepit partes ordine intentionis, et contra ordine executionis.

6. *An humana natura sit assumpta mediante gratia.* ℟. Non gratia habituali, quia est accidens, et effectus unionis. Item gratia unionis est ipsum esse personale, quod est terminus unionis, et non medium, sed per gratiam, quae est voluntas Dei; quae gratis aliquid facit, non per medium, sed per causam efficientem.

* Unio nostra ad Deum fit per operationem, et ideo fit per gratiam: et gratia est perfectio accidentalis corporis.

7. *De gratia Christi, prout est quidam singularis homo.*

1. *An in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.* ℟. Sic, quia per operationes cognitionis, et amoris propinque Deum attingebat, sed anima per gratiam ad hoc elevatur, et haec redundabat in alios, ut a mediatore.

* Anima Christi non erat divina per essentiam, sed per participationem, et per actum

creatum fruebatur Deo, et erat instrumentum animatum divinitatis, quod motum a gratia agebat.

2. *An in Christo fuerint virtutes.* R'. Sic quae fluebant a gratia, et perficiebant potentias, et fuerunt heroice idest perfectissimo modo.

* Fuit liberalitas, et magnificentia, qua omnia contempsit. Item, fuit temperantia, quia caruit pravis concupiscentiis. Non tamen continentia secundum Aristotelem, quae cum eisdem concupiscentiis luctatur.

3. *An in Christo fuerit fides.* R'. Non quia ab instanti conceptionis perfecte vidit Deum per essentiam.

* Fides importat aliquam imperfectionem in materia nobili. Item Christus habuit meritum fidei, quia ex obedientia assentiebatur rebus fidei. Item fides improprie dicitur de rebus visis.

4. *An in Christo fuerit spes.* R'. Non spem theologicam, quia est de Deo non habito, ut fides de non viso; sed de aliquibus aliis habuit, ut de immortalitate corporis: de nullo tamen obiecto fidei, quia videbat omnia perfecte.

5. *An in Christo fuerint dona.* R'. Sic, quia sunt perfectiones potentiarum, ut sunt aptae moveri a Spiritu sancto, et anima Christi perfectissime movebatur a Spiritu sancto.

* Christus dat ut Deus, recipit ut homo, a quo Spiritus sanctus nunquam recedit, ex cuius divinitate procedit. Item, et si fuit comprehensor, fuit et viator.

6. *An in Christo fuerit donum timoris.* R'. Sic, ut timor dicit reverentiam divinitatis; sed non fuit timor separationis a divinitate, vel punitionis ob culpam.

* Dona respiciunt bonum per se, malum ex consequenti, et sic de ratione doni timoris non est malum. Item charitas pellit timorem servilem, quia respicit poenam principaliter.

7. *An in Christo fuerint gratiae gratis datae.* ℟. In Christo plenissime, in sanctis dividuntur.

* Christus est Dei virtus, ut Deus est, et sic non accipit dona gratis data. Item, Christus novit omnium linguas, qui novit corda omnium; non frustra, si non est usus, quia non fuit occasio.

8. *An in Christo fuerit prophetia.* ℟. Sic, quia erat viator, et procul videbat: et sic Angelus non est propheta, quia non viator.

9. *An in Christo fuerit plenitudo gratiae.* ℟. Sic intensive, et in summo, ut haberi potest, et quantum ad virtutem, idest secundum omnes effectus; ut universali principio in genere habentium gratiam.

* Fides, et Spes in Christo fuerunt, ut dicunt perfectionem, et non cum defectu ex parte recipientis. Item haec plenitudo gratiae Christi secundum capacitatem creaturae; non Dei infiniti.

10. *An plenitudo gratiae sit propria Christo.* ℟. Plenitudo ex parte gratiae intensive, et extensive, est propria Christi; sed ex parte subiecti, idest quod impleatur pro sua capacitate, non est propria Christi, sed communicatur Beatae Virgini, et aliis sanctis per Christum.

11. *An gratia Christi sit infinita.* ℟. Unionis respectu personae est infinita; habitualis est finita, quia creata; et anima Christi est finita; sed secundum propriam rationem gratiae potest

dici infinita, quia habet quicquid pertinet ad rationem gratiae; et non datur ei ad mensuram, sed ad omnes effectus. Item gratia alterius hominis ad illam Christi est ut virtus particularis ad universalem, ut virtus ignis ad virtutem solis, et sic non poterit eam adaequare, licet augeatur.

12. *An gratia Christi potuerit augeri.* R'. Non ex parte formae, quia attingit ultimam perfectionem, quam forma in sua natura habere potest; nec ratione subiecti, quia ab instanti habuit omnia; sed in viatore alio potest augeri, tum ratione formae, quia non attingit summum gradum, tum ratione subiecti, quia non est in termino.

* Quantitati mathematicae potest fieri additio sed non naturali. Item Deus potest facere aliquid maius, et melius habituali gratia Christi; sed non quod ordinetur ad maius, quam sit Filius incarnatus, cui respondet talis mensura gratiae habitualis secundum definitionem divinae sapientiae. Item Christus proficiebat in sapientia, non secundum habitum, sed secundum effectus, prout secundum processum aetatis opera perfectiora faciebat.

13. *Qualiter se habeat gratia habitualis Christi ad unionem.* R'. Gratia unionis in Christo est prior gratia habituali non tempore, sed natura.

8. *De gratia Christi, secundum quod est caput Ecclesiae.*

1. *An Christus sit caput Ecclesiae.* R'. Sic, ordine, perfectione, et motu; quia per similitudinem corporis humani, Ecclesia dicitur unum corpus.

* Christus ut homo dat gratiam non auctoritative, sed meritorie, et efficienter instrumentaliter; caeteri dant ministerialiter. Item Christus habet Deum supra se, cum tamen ipse sit caput Ecclesiae. Item Christus, ut visibilis comparatur capiti, et Spiritus sanctus cordi, quia invisibiliter vivificat Ecclesiam.

2. *An Christus sit caput hominum solum quoad animas, vel etiam quoad corpora.* ℟. Quoad utrunque, sed principaliter quoad animas.

3. *An Christus sit caput omnium hominum.* ℟. Sic per fidem, vel per charitatem, vel per gloriam, et in membris etiam in potentia, quae nunquam reducetur ad actum ab origine mundi, vel aliquando reducetur.

* Infideles sunt membra in potentia, quae fundantur in merito Christi, et in libero arbitrio. Item Ecclesia sine ruga, et macula erit in patria.

4. *An Christus sit caput Angelorum.* ℟. Sic, quia Angeli, et homines sunt una multitudo ordinata ad unum finem, idest fruitionem Dei, cuius caput est Christus, qui est propinquior Deo, et perfectius participat dona et influit etiam in omnes Angelos, licet principaliter Christus influat in animam, in qua in genere conveniunt homines cum Angelis, et Christi humanitas potest aliquid causare in Angelis, propter conunctionem ad divinitatem.

5. *An gratia Christi ut caput Ecclesiae, sit eadem cum gratia habituali eius, ut est homo singularis.* ℟. Est eadem re gratia, qua est iustus, et qua influit in alios, sed differunt ratione; quia licet idem est quo aliquid est actu, et quo

agit, tamen differunt ratione, quatenus eadem gratia animam sanctificat, et in alios influit.

* Haec gratia non derivatur a natura corrupta, sed mediante personali actione Christi, nec hi actus requirunt habitus distinctos. Item gratia unionis est ad esse, sed habitualis est ad actum.

6. *An esse caput Ecclesiae sit proprium Christi.* ℟. Esse caput per influxum est proprium Christi, quia sola humanitas Christi habet vim iustificandi, quia est unita Verbo: sed esse caput Ecclesiae in gubernatione, est commune cum aliis, qui gerunt vicem Christi, qui solus est ostium: quia per ipsum solum habemus accessum.

7. *An Diabolus sit caput omnium malorum.* ℟. Secundum exteriorem gubernationem, sic; quia malos avertit a suo fine, suggerendo exterius; licet non suggerat omnia peccata, tamen quia illum imitantur, vel sponte, vel ex suggestione, caput omnium malorum dicitur.

8. *An Antichristus etiam possit dici caput omnium malorum.* ℟. Non ab initio mundi, sed aliorum, quos avertet a Deo suo tempore.

9. *De scientia Christi in communi.*

1. *An Christus habuerit aliquam scientiam, praeter divinam.* ℟. Creatam, et cognitionem naturalem, quia potentia animi perficienda est.

* Christus scientia increata omnia novit, quae est idem quod essentia Dei; et ne potentia animae sit frustra, erat scientia creata, quae magis clarescit cum scientia divina. Item, scientia non dicitur de supposito, nisi ratione naturae. Unde scientiae in Christo ponuntur ex parte

unitorum, idest naturarum in supposito, non ex parte unionis.

2. *An Christus habuerit scientiam Beatorum.* R'. Sic, quia plene cognoscebat Deum.

* Naturae in Christo erant distinctae, ideo eius cognitio erat per lumen participatum a natura divina. Item Christus per unionem erat beatus beatitudine increata, quia Deus; et creata, quia anima. Item visio creata est supra naturam animae rationalis, sed secundum naturam, quia est eius capax; sed scientia increata omnibus modis est supra eius naturam.

3. *An Christus habuerit scientiam inditam, seu infusam.* R'. Sic, quia cognovit res per species intelligibiles proportionatas menti, ne intellectus possibilis esset in actu primo, et imperfectus, cum eandem habeant Angeli per Verbum, ex Augustino.

* Haec cognitio non opponitur visioni beatae, sicut fides. Item in Christo manet scientia indita cum beata, non quasi via ad eam, sed ut effectus, vel ad ea confirmata.

4. *An Christus habuerit aliquam scientiam acquisitam, sive experimentalem.* R'. Sic, quia intellectus agens faciebat species intelligibiles actu; et possibilis producebat cognitionem. Item erat in eo scientia secundum lumen infusum, ut in Angelis: ergo et secundum lumen connaturalem intellectui agenti debet poni scientia.

* Hanc scientiam habuit per inventionem, non per disciplinam, et ut habebat respectum ad inferiora phantasmata; sed infusam, quae est altioris ordinis a superiori in animam, et sic non est eadem ratio.

10. *De scientia beata animae Christi.*

1. *An anima Christi comprehenderit Verbum, vel divinam naturam.* ℟. Non, quia finita.

* Licet Trinitas fuerit nota Christo secundum excellentiam.

2. *An anima Christi in Verbo cognoverit omnia.* ℟. Sic, omnia, quae sunt, fuerunt, et erunt, et quae sunt in potentia creaturae, quia pertinent ad suum statum, cum sit iudex omnium; sed non omnia, quae potest Deus, quia comprehenderet potentiam infinitam, et Deum.

* Nescit diem, quia non facit scire. Item anima Christi scit omnia, quae Deus, scientia visionis, sed non simplicis intelligentiae. Item, et illa Deus scit clarius.

3. *An anima Christi in Verbo cognoscat infinita.* ℟. Non infinita actu, quia non dantur; sed per cognitionem simplicis intelligentiae cognoscit infinita, quae sunt in potentia creaturae, quia potest redimere infinitos mundos; non ratione materiae discurrendo per singula, sed formae; tamen plura scit Deus, quia plura sunt in potentia Dei, quam in potentia creaturae, et infinitum, vel secundum quid, vel simpliciter.

4. *An anima Christi clarius videat divinam essentiam, quam alia creatura.* ℟. Sic, quia vicinior Verbo, quod est fons luminis.

* Licet absolute secundum Dei omnipotentiam possit dari aliquis sublimior gradus.

11 *De scientia infusa animae Christi.*

1. *An Christus per hanc scientiam omnia sciat.* ℟. Omnia, excepta divina essentia, quia erat

perfecta secundum omnem potentiam passivam, et naturalem, quae respicit agens naturale: et obedientialem, quae respicit primum agens: tandem per hanc scivit omnia, quae naturaliter sciri possunt, et quae per revelationem divinam.

* Cognoscebat Angelos, quia erat comprehensor. Item omnia singularia praesentia, praeterita, et futura, quia habuit summam prudentiam, et consilium.

2. *An per hanc cognoverit sine conversione ad phantasmata.* R'. Sic, quia cognovit Angelos; et ut comprehensor eius anima non subdebatur corpori.

* Sine phantasmate, non sine speciebus, quia erat in alio statu, quam nos; poterat tamen per phantasmata.

3. *An haec scientia fuerit collativa.* R'. Quoad acquisitionem non, quoad usum sic.

* In Christo non fuit consilium per dubitationem, sed fuit consilium simpliciter.

4. *An haec scientia in Christo fuerit maior scientia Angelorum.* R'. Sic, quia plura, et certius cognoscebat, et perfectiori lumine. Item licet haec scientia ex parte influentis fuerit maior, tamen ex parte recipientis quoad modum, scilicet quoad conversionem ad phantasmata, et discursum, fuit inferior Angelica.

5. *An haec scientia fuerit habitualis.* R'. Sic. et fuit univoca cum nostra, quia anima intelligit per modum habitus, sed cognitio beata Christi erat sine habitu, et illa reducebatur ad actum pro voluntatis imperio.

6. *An haec scientia fuerit distincta per diversos habitus.* R'. Sic pro diversitate scibilium,

quia connaturale est homini, ut singulas res naturales per singulas species in minori universalitate intelligat, quam Angeli.

* Haec scientia Christi superat Angelicam respectu influentiae, non tamen respectu subiecti. Item Christus est auctor fidei nostrae secundum divinam scientiam, quia fides innititur primae veritati.

12. *De scientia animae Christi acquisita.*

1. *An secundum hanc scientiam Christus cognoverit omnia.* ℟. Omnia, quae sciri possunt virtute intellectus agentis, ne aliquid desit in Christo, et sit imperfectus; et intellectus agens per acquisitam debuit omnia scire, sicut intellectus possibilis per infusam omnia scivit.

* Per experientiam aliquarum rerum cognovit alia, quae non est expertus; non tamen Angelos, nec singularia praeterita, et futura, sed haec cognovit per infusam, seu inditam.

2. *An Christus profecerit in hac scientia.* ℟. Sic, tum quoad habitum, tum quoad effectum.

* Haec scientia fuit semper perfecta secundum tempus, non secundum naturam, quia ut sic potuit augeri; secus de infusa, vel divina.

3. *An Christus aliquid ab homine didicerit.* ℟. Non, quia primus Doctor.

* Et quando interrogabat, erat ut erudiret. Item dignius est accipere species per creaturas, quae sunt signa sapientiae Dei, quam per voces hominum, quae sunt signa conceptus humani.

4. *An Christus aliquid acceperit ab Angelis.* ℟. Non per doctrinam; sed a Verbo accepit omnem doctrinam.

* Fuit confortatus ab Angelo non per instructionem, sed ut ostenderet humanitatem, anima non fuit subiecta impressionibus Angeli, quia perfecta, sed corpus sic impressionibus coelorum.

13. *De potentia animae Christi.*

1. *An anima Christi habuerit omnipotentiam simpliciter.* R'. Non, quia est proprium Dei.

* Nisi in communicatione idiomatum, ratione personae. Item anima Christi habuit scientiam speculativam creandi, sed non practicam, et factivam.

2. *An anima Christi habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.* R'. Non, quia non potest annihilare, solus enim Deus annihilat, et conservat; sed potuit gubernare corpus suum, dirigere actus humanos, iluminare homines ad gratiam: sed dicta anima, ut instrumentum Verbi potuit efficere omnes operationes miraculosas ordinabiles in finem incarnationis, idest instaurare omnia, quae in coelis et quae in terris sunt.

* Christo data est omnis potestas ratione unionis, et sic erat homo omnipotens, ut in resurrectione. Item gratia miraculorum perfectissime fuit in Christo, et potuit eam aliis communicare.

3. *An anima Christi habuerit omnipotentiam respectu proprii corporis.* R'. Ex propria virtute non, ut in nutritione, quia naturalia soli Deo subsunt, et Christus in natura per omnia fuit similis fratribus, sed, ut instrumentum Verbi erat omnipotens; vel ex voluntate Dei, naturalia erant subiecta Christo.

4. *An anima Christi habuerit omnipotentiam respectu executionis suae voluntatis.* R'. Anima Christi quicquid voluit, potuit propria virtute, vel naturali, vel divina instrumentaliter; nec potuit velle quod non erat sub potestate sua.

* Noluit voluntate humana publicare miracula, ut fugeret honores, sed voluit divina, ut converterentur. Item orabat, quia virtus pendebat a Deo.

14. *De defectibus corporis assumptis a Filio Dei.*

1. *An Filius Dei in humana natura debuerit assumere defectus corporis.* R'. Sic, ut satisfaceret; ut probaret incarnationem; ut iuvaret nos etiam exemplo; sed anima debuit esse perfecta, ut esset vera virtus.

2. *An Christus assumpserit necessitatem subiacendi his defectibus.* R'. Necessitate naturali sic, coactionis ab extrinseco cogente non.

* Dicitur oblatus, quia voluit, idest humana voluntate deliberata, et divina; sed contra naturalem motum.

3. *An contraxerit defectus corporales.* R'. Non, sed voluntarie suscepit, quia non habuit peccatum, nec ex debito peccati, quia sicut assumpsit naturam in puritate innocentiae, sic potuisset assumere sine defectibus (Quid de Beata Virgine sentiat vide).

4. *An Christus debuerit assumere omnes defectus corporales hominum.* R'. Non, sed humana infirmitates, quae communiter sunt in homine ex natura humana corrupta, ut est mors, fames sitis; non particularium, quia non decebat.

* Et sic curavit omnes defectus etiam parti-

cularium creaturarum deductos ex principiis primis.

15. *De defectibus animae a Christo assumptis.*

1. *An in Christo fuerit peccatum.* R'. Nullum, quia peccatum non valet ad satisfaciendum, nec ad ostendendam veritatem naturae, nec ad exemplum virtutis.

* In persona nostra dixit Christus, Verba delictorum meorum. Item materialiter accepit naturam ab Adam, sed a Spiritu sancto active.

2. *An in Christo fuerit fomes peccati.* R'. Non, quia in Christo fuerunt virtutes in perfectissimo gradu, quae excludunt fomitem, licet non excludant passibilitatem corporis.

* Caro Christi secundum rationem appetit cibum, sed non praeter rationem aliquid ex fomite. Item, fortitudo spiritus magis ostenditur, quando penitus comprimitur fomes, ut in Christo.

3. *An in Christo fuerit ignorantia.* R'. Non, quia in eo erat plenitudo scientiae.

* Natura Christi ut unita Verbo non est ignorans, licet esset in sua specie. Item Christus nescivit peccatum per experientiam, sed scivit simplici notitia. Item dicitur, antequam sciat puer vocare patrem, idest antequam ostendat se scire, vel antequam fiat homo, scientiam humanam habens.

4. *An anima Christi fuerit passibilis.* R'. Sic, passione corporali, et animali, sed non praeveniebat, nec trahebat rationem, ut in nobis.

* Anima Christi poterat resistere passionibus, ut non venirent, sed voluntarie se subiecit illis. Item passiones peccatorum sunt idem cum fomite, qui non fuit in Christo.

5. *An in Christo fuerit dolor sensibilis* ℟. Sic, quia in eo fuit vera laesio sensus, sed non fuit ex necessitate, vel peccato.

* Beatitudo animae Christi dispensative non derivabat ad corpus, nec delectatio contemplationis mentis ad vires sensitivas, ne dolor sensibilis excluderetur.

6. *An in Christo fuerit vera tristitia.* ℟. Sic, quia non impediebatur a delectatione contemplationis, sed aliter quam in nobis, ut in articulo quarto.

* Passio Christi secundum se fuit involuntaria causans tristitiam, sed ex fine fuit voluntaria, ut medicina.

7. *An in Christo fuerit timor.* ℟. Timor, prout nascitur ex apprehensione mali futuri, fuit in Christo; sicut tristitia causatur ex malo praesenti: sed non fuit ex incertitudine futuri eventus, quia in Christo non fuit ignorantia.

* Iustus est sine timore, idest perturbante rationem, qui non fuit in Christo. Item mala futura caro infirma vitare non potest.

8. *An in Christo fuerit admiratio.* ℟. Quoad scientiam experimentalem sic, quoad alias, non; et hoc propter nostram instructionem.

* Christus est admiratus de fide Centurionis, quoad alios, non quoad se.

9. *An in Christo fuerit ira.* ℟. Ira, ut est vitium contra rationem, non fuit in Christo; ut est zelus rationabilis, fuit.

* Quae secuta est rationem, et non opponitur mansuetudini.

* Et in Christo una operatio non impediebat alias ex divina virtute, non sic in nobis.

10. *An Christus fuerit simul viator, et comprehensor.* R'. Sic, quia clare videbat Deum; et erat passibilis in anima, et in corpore.

* Non secundum idem erat in fine, et movebatur ad finem, quod est impossibile. Item beatitudo principaliter quidem consistit in anima, secundario autem, et instrumentaliter corporis bona requirit.

16. *De consequentibus unionem quantum ad ea, quae conveniunt Christo, secundum esse et fieri.*

1. *An haec sit vera, Deus est homo.* R'. Est vera propter veritatem, et terminorum, et praedicationis, quia nomen significans naturam in communi potest in concreto supponere pro quolibet contento sub natura communi; sic Deus supponit pro Filio, et homo stat pro supposito naturae humanae, quod in Christo est Verbum, et sic de Deo praedicatur homo, quia nomen, quod natura in concreto significat, praedicatur de quolibet sub se, et sic refutantur errores haereticorum.

* Cum in Trinitate personae sint distinctae, et conveniant in natura, non praedicantur invicem: at in Christo naturae, quia distinctae non praedicantur invicem in abstracto, sed in concreto, quia sunt in uno supposito. Item anima, et caro non praedicantur invicem, quia abstracta, ut divinitas, et humanitas, sed in concreto, ut animatum, incarnatum. Item homo praedicatur de Verbo ratione unionis, quae dicit relationem, ideo non est praedicatio aeterna.

2. *An haec sit vera, homo est Deus.* R'. Sic, et in primo articulo, quia supponit pro Filio

Dei, qui non dicitur Pater, et est persona aeterna.

3. *An Christus possit dici homo dominicus.* R'. Non, quia est Dominus essentialiter, et denominative dominicus; ut humana natura non dicitur Deus, sed deificata in unione hypostatica.

* Dicitur Deus humanatus, quia assumpsit humanam naturam, sed non dicitur homo deificatus, vel dominicus, quia suppositum humanum non univit sibi naturam divinam. Item dicitur oratio dominica, quia est Domini.

4. *An ea, quae conveniunt Filio hominis, possint praedicari de Filio Dei, et e contra.* R'. Sic, quia est eadem hypostasis ambarum naturarum, et de homine possunt dici, quae sunt divinae naturae, et de Deo, quae sunt humanae, sed diversa ratione, secundum quam praedicamus de eadem persona.

* Possunt praedicari opposita de eodem secundum diversa. Item attribuere defectum Deo secundum naturam divinam esset blasphemia, sed secundum humanam non. Item assumi non convenit naturae humanae ratione suppositi, sed ratione sui ipsius: et ideo non convenit Deo.

5. *An quae conveniunt Filio hominis possint dici de natura divina; et quae Filio Dei de natura humana.* R'. Quae sunt unius naturae non praedicantur de altera abstracta; sed concreta nomina, sic; quia notant eandem personam.

* In divinis idem est natura, et persona, et ideo propter identitatem divina natura dicitur de Filio Dei; sed quia non est idem modus significandi, aliqua dicuntur de Filio, et non de natura, ut esse genitum, esse passum. Item u-

traque natura est unita Verbo. Hinc una dicitur incarnata, altera deificata. Item, quae sunt naturae divinae, dicuntur de humana, non essentialiter, sed participative, ut scire futura; sed quae participari non possunt, non dicuntur, ut esse increatum; sed quia natura divina nihil participative recipit ab humana; ideo quae sunt huius, nullo modo dicuntur de illa.

6. *An haec sit vera, Deus factus est homo.* R'. Sic, quia de novo praedicatur de Deo homine propter naturam assumptam: sicut ista, Deus est homo, ut dixi.

* Deum fieri hominem, non est Deum simpliciter fieri, sed quia natura incipit esse in supposito naturae divinae. Item unio est relatio, et mutatio fit in homine, ut homo fit dexter sine sua mutatione, quando aliquid ponitur in sinistra. Item haec, Deus factus est persona Filii, est falsa; sed haec, Deus factus est homo, est vera.

7. *An haec sit vera, homo factus est Deus.* R'. Est falsa, quia homo supponit personaliter; suppositum autem naturae humanae, de quo verificatur esse Deum, semper fuit Deus.

8. *An haec sit vera, Deus est creatura.* R'. Non est communicandum cum haereticis in modo loquendi, quia incurritur haeresis Arii, qui dicebat Christum esse creaturam simpliciter, et minorem Patre, sed potest dici, Christus est passus, quia non potest suspicari, quod divinae personae conveniat secundum seipsam; ut de illis, quae sunt dicenda cum determinatione, scilicet secundum humanam naturam: et ita explicandi Patres, qui sic sunt locuti.

9. *An haec sit vera, iste homo, idest Christus incepit esse.* R̸. Non est sine additione dicenda; quia suppositum semper fuit: propter Arium, qui dicebat incepisse, et quod erat quando non erat.

10. *An haec sit vera, Christus secundum quod est homo, est creatura.* R̸. Si ly homo dicat suppositum est falsa, si naturam est vera.

*Creatura dicitur etiam de concretis. Item homo in reduplicatione magis respicit naturam, sed in subiecto suppositum.

11. *An haec sit vera, Christus secundum quod homo, est Deus.* R̸. Si ly homo stat pro natura, est falsa, et quia communiter ita accipitur, est neganda, si pro supposito est vera.

*Christus, ut homo, dimittit peccata instrumentaliter. Item melius est dicere, Christus, secundum quod iste homo, est Deus, quam Christus secundum quod homo, est Deus, quia pronomen denotat suppositum.

12. *An haec sit vera, Christus secundum quod homo est hypostasis, vel persona.* R̸. Si reduplicatio dicit personam divinam, vel in communi, est vera; si nullam, vel humanam est falsa.

17. *De pertinentibus ad unitatem in Christo, quantum ad esse.*

1. *An Christus sit unum, vel duo.* R̸. Christus est unus masculine, et unum neutraliter, quia unum est suppositum.

*Cum dicitur aliud, et aliud de Christo, exponitur habens aliam, et aliam naturam. Item Christus est tantum homo, est falsa, quia excludit naturam divinam.

2. *An in Christo sit tantum unum esse.* R'. Est unum esse simpliciter personale, quia ei natura humana advenit personaliter, et non ut esse album homini accidentaliter.

* Quia in divinis non est aliud esse naturae et personae: ideo tres personae non habent nisi unum esse.

18. *De pertinentibus ad unitatem in Christo, quantum ad voluntatem.*

1. *An in Christo sint duae voluntates.* R'. Sic, divina et humana, quia natura humana erat perfecta in Christo, licet Christus semper moveretur motu voluntatis divinae, sicut etiam sancti.

2. *An in Christo fuerit aliqua voluntas sensualitatis, praeter voluntatem rationis.* R'. Sic, quia in eo fuit appetitus sensitivus, qui dicitur sensualitas, et voluntas, ut tristitia, et quia natura humana fuit perfecta in Christo, non tamen corrupta.

3. *An in Christo fuerint duae voluntates quoad rationem.* R'. Voluntas si sumatur pro potentia, fuit una, ut in quolibet homine; si pro actu fuit duplex, una ut natura, altera ut ratio.

4. *An in Christo fuerit liberum arbitrium.* R'. Sic, quia fuit voluntas in finem, et in media, quae ratio, et electio vocatur; non fuit tamen dubitatio, nec ignorantia, vel aliqua imperfectio.

5. *An voluntas humana Christi fuerit omnino conformis voluntati divinae in volito.* R'. Sic, nam Christus voluntate sensualitatis, et voluntate naturae potuit nolle dolorem, et mortem, et sic aliud quam Deus, sed voluntate, quae est per

modum rationis, non potuit, quia voluit media ad finem.

6. *An in Christo fuerit contrarietas voluntatum.* R'. Non, quia contrarietas debet esse in eodem, et secundum idem, et sic velle aliquid secundum rationem, et aliud secundum appetitum, non est contrarietas; sic in Christo voluntas naturalis, et sensualitatis nolebant mortem, sed voluntas divina, et rationalis sic, et placebat rationi, ut sensus suo motu moveretur, et procedebat ex voluntate divina, quae non retardabatur a sensu. Item agonia non fuit in parte rationali Christi; quia Christus sciebat quod esset melius, sed tantum in sensu, idest timor infortunii.

19. *De pertinentibus ad virtutem Christi, quantum ad operationem.*

1. *An in Christo sit tantum una operatio divinitatis et humanitatis.* R'. Sunt duae operationes distinctae, una divinitatis, alia humanitatis, sed natura divina utitur hac humanitatis, ut instrumento, et haec illius, ut principalis agentis, quia movens, et motum sunt diversae formae, ergo diversas habent operationes cum communione utriusque, secus vel Christus esset imperfectus, vel facta esset confusio naturarum.

* Nota, operatio naturae humanae, ut instrumentum Deitatis, non est alia ab operatione divinitatis, v. g. salvatio; sed natura humana ex se habet operationem propriam, ut operatio serrae secundum formam est incisio, nec pertinet ad moventem, ut instrumentum est, facere scamnum, sed una utriusque, sic in Christo. Item operatio est hypostasis, sed secundum formam,

a qua specificatur, et sic in Christo est una numero secundum hypostasim, multiplex specie secundum formas, ut ambulatio. Item sanatio leprosi est divina operatio, contactus est humanus, sed conveniunt in operato, idest sanato, cum communicatione alterius.

2. *An in Christo fuerint plures operationes humanae.* ℟. Operatio humana est quae procedit a ratione per voluntatem, et sic est una in Christo, sicut et in quolibet homine puro, quae in Christo regebat omnes motus sensitivos et irrationales; et est una respectu principii, sed multiplex respectu obiectorum.

3. *An actio humana Christi potuerit esse sibi meritoria.* ℟. Omnis perfectio, quae non minuit eius dignitatem est ponenda in Christo, et sic Christus per meritum habuit id, cuius carentia non praeiudicat dignitati eius, et sic meruit gloriam corporis, ascensionem, veneracionem, sed non gratiam, beatitudinem animae, divinitatem etc., quia nunquam his caruit.

*Christus meruit, ut viator, nunc non est in statu merendi. Item redundantia gloriae in corpus fuit secundum congruentiam meritorum, Deo sic ordinante. Item manifestatio fuit sub merito, quia est bonum Christi, quod habet in notitia aliorum.

4. *An Christus aliis meruerit.* ℟. Sic, quia caput, et nos membra, in quae influit; et ut peccatum Adae in omnes, non ut singularis persona.

20. *De conveniențibus Christo secundum quod Patri fuit subiectus.*

1. *An dicendum sit, Christus est subiectus Patri.* R'. Sic, sed secundum humanam naturam, non simpliciter, sic dicitur creatura.

* Quaelibet hypostasis secundum hanc, vel illam naturam, potest dici domina vel serva, sed natura proprie non dicitur serva, quia relatio convenit supposito, seu personae.

2. *An Christus sit subiectus sibi ipsi.* R'. Non ratione personae, sed ratione naturarum est dominus et servus sui.

* Christus est maior se ipso secundum naturam humanam, sicut Pater est maior Filio, sic est servus Dei, et qui est servus Patris, est servus Filii. Item Christus est nomen personae, et sic quae illi conveniunt ratione personae, simpliciter possunt illi tribui; quae ratione naturae humanae, potius determinate. Item relatio potest esse ad se ipsum secundum diversas partes.

21. *De oratione Christi.*

1. *An Christo competat orare.* R'. Ut homo sic, quia voluntas humana in Christo non erat efficax ad implendum quod vult.

* Christus ut homo non erat omnipotens, et oravit ad nostrum exemplum, et ut ostenderet se esse a Patre. Item inter alia futura Christus cognovit aliqua implenda sua oratione. Item oratio, idest ascensus intellectus in Deum, in Christo erat actus perfecti.

2. *An Christo conveniat orare secundum suam sensualitatem.* R'. Oratio non est actus sensualitatis, sed intellectus, et sic non; sed in ora-

tione expressit affectum sensualitatis, ut in advocato. Item unio personae fuit ad omnes partes Christi, sed orare est solius rationis.

3. *An fuerit conveniens Christum orare pro se.* ℟. Sic, ob multa, et ut nobis exemplum daret; et gloria, quam Christus petebat erat etiam ad nostram salutem, quia surrexit propter iustificationem nostram.

4. *An Christi oratio semper fuerit exaudita.* ℟. Voluntas absoluta Christi semper fuit exaudita, quia semper voluit quod sciebat Deum velle; velleitas, seu motus sensualitatis non.

* Christus oravit pro omnibus praedestinatis crucifixoribus, ut per ipsum salvarentur.

22. *De sacerdotio Christi.*

1. *An Christo conveniat esse sacerdotem.* ℟. Sic, quia est sacra dans, et mediator inter Deum et populum.

* Christus noluit nasci ex progenie sacerdotali, sed regia; ut monstraret non esse idem sacerdotium figurale cum vero, sed ambo concurrunt in Christo: est enim rex et sacerdos.

2. *An Christus fuerit simul sacerdos et hostia.* ℟. Sic, quia fuit etiam hostia, idest se ipsum obtulit pro peccatis nostris.

* Christus non se occidit, sed sponte se tradidit, et sic fuit hostia respectu sui, non respectu occidentium.

3. *An effectus sacerdotii Christi sit expiatio peccatorum.* ℟. Sic, quia dedit gratiam, qua tollitur peccatum; et sanctificationem, qua tollitur reatus.

* Unum et idem erat sacerdos et Deus; et

humanitas virtute divinitatis dimisit peccatum, et satisfecit. Item sacrificium, quod quotidie offertur non est aliud ab illo Christi, sed eius commemoratio, in quo sunt omnia sacrificia antiqua consummata.

4. *An effectus sacrificii Christi pertinuerit non solum ad alios, sed etiam ad se ipsum.* ℟. Non, quia unitus Deo, et non habebat peccatum, sed in similitudine.

* Christus consecutus est gloriam resurrectionis non ex vi sacrificii per modum satisfactionis, sed ex devotione et charitate, qua sustinuit passionem. Item vetus sacerdos non erat perfectus, ideo pro se indigebat.

5. *An sacerdotium Christi maneat in aeternum.* ℟. Sic, quantum ad consummationem, idest, ut nos consequamur vitam aeternam.

*Virtus passionis manet in aeternum, et consummavit sanctificatos in aeternum: licet in triduo Christus non fuerit homo.

6. *An sacerdotium Christi fuerit secundum ordinem Melchisedech.* ℟. Sic, quia excellentia sacerdotii Christi supra legale fuit figurata in Melchisedech, qui ab Abraham decimas sumpsit, in cuius lumbis quodammodo fuit decimatus sacerdos legalis.

* Licet in legali per effusionem sanguinis expressius significabatur sacerdotium Christi, tamen melius per panem et vinum Melchisedech exprimitur communicatio Eucharistiae et unio Ecclesiae. Item, dicitur Melchisedech sine patre et matre, in quo assimilatus est Filio Dei, qui in coelis sine matre, in terra sine patre fuit.

23. *De adoptione Christi.*

1. *An Deo conveniat filios adoptare.* R. Sic, quia admittit homines ad participationem suae beatitudinis. Item Deus adoptando sua gratia facit homines idoneos sua gratia; sed homo non, sed eligit idoneos ad haereditatem.

* Homo est extraneus Deo secundum bona supranaturalia, non secundum naturalia. Item homo adoptat ad supplendam suam indigentiam. Deus ad communicandam suam perfectionem, v. g. similitudinem filiationis.

2. *An adoptare conveniat toti Trinitati.* R. Sic, quia nos cum dicimus Abba pater, vocamus totam Trinitatem, et nomina dicta relative ad creaturas sunt communia toti Trinitati, sicut et effectus ab extra.

* Adoptio in humanis convenit singulis, qui possunt generare, quia omnes non sunt una natura, cui conveniat una operatio, ut in divinis. Item Deus est pater Christi; et quia nos sumus eius fratres, ergo et noster pater; sed Christi naturaliter, noster voluntarie, quod est communi toti Trinitati. Item adoptio licet sit communis, tamen appropriatur Patri, ut auctori, qui misit Filium et Spiritum sanctum; et Filio, ut exemplari: Spiritui sancto, ut imprimenti in nobis similitudinem exemplaris.

3. *An adoptari sit proprium rationalis creaturae.* R. Sic, quia sola potest esse haeres Dei, et quia assimilatur in aliquo Filio naturali.

* Deus dicitur pater creaturae rationalis per participationem similitudinis, ut domus est similis ideae in mente artificis. Item Angeli sunt filii adoptivi, quia primo adoptionem accepe-

runt: adoptio sequitur gratiam et non naturam

4. *An Christus secundum quod homo sit filius Dei adoptivus.* R'. Non quia est natura filius, non per participationem filiationis, sed naturaliter, quia filiatio tribuitur personae.

* Improprie humanitas dicitur adoptata, id est unita, sicut improprie filiatio convenit naturae humanae. Item gratia habitualis in Christo non facit de non filio filium, sed est effectus filiationis in anima Christi. Item esse creaturam et servum non solum respicit personam sed etiam naturam, quod non potest dici de filiatione.

24. *De praedestinatione Christi.*

1. *An conveniat Christo esse praedestinatum.* R'. Sic ratione unionis naturarum in persona quia praedestinatio est divina praeordinatio ab aeterno eorum, quae per gratiam sunt facienda in tempore, ut Deum esse hominem.

* Christus ut singulari modo est Filius, sic singulariter praedestinatus, et Paulus Ephes. 1. loquitur de praedestinatione nostra. Item praedestinari non convenit naturae, sed personae non secundum se, vel in natura divina sed in humana per gratiam. Item praedestinatus refertur ad naturam humanam; quia persona licet sit aeterna, non tamen semper fuit subsistens. Unde est magis vera, praedestinatus est filius Dei, quam factus.

2. *An haec sit vera, Christus ut homo, est praedestinatus esse filius Dei.* R'. Sic, quia esse praedestinatum in Filium Dei, convenit ei, ut homo.

* Si intelligatur sic, ut Christus sit Filius Dei secundum quod homo, est falsa; si ut dici

gratuitum effectum, est vera. Item convenit praedestinatio Christo secundum humanam naturam, non ut effectiva, sed ut susceptiva gratiae. Item haec, Filius Dei praedestinatus est esse hominem, est vera; et haec, Filius hominis praedestinatus est esse Filium Dei, est verior, quia gratia facta est naturae humanae.

3. *An praedestinatio Christi sit exemplar nostrae praedestinationis.* R'. Ex parte actus praedestinantis, non; quia unico actu ab aeterno Deus praedestinavit nos, et Christum; ex parte termini et effectus, sic, quia nostra filiatio est participata; et quia est exemplar consequendi hoc bonum per gratiam, licet natura humana in Christo fuerit unita sine meritis.

4. *An praedestinatio Christi sit causa nostrae praedestinationis.* R'. Secundum actum non, quia est unicus; secundum terminum sic, quia Deus ab aeterno praedestinavit, ut nostra salus compleretur per Christum, quia sub praedestinatione cadit etiam modus et ordo.

* Si Christus non fuisset incarnatus, Deus praeordinasset hominem salvari per aliam causam.

25. *De adoratione Christi.*

1. *An una et eadem adoratione sit adoranda divinitas Christi et eius humanitas.* R'. Ex parte personae est una adoratio, quia est totum subsistens, v. g. in homine licet honorari dicatur manus et vestes, etc., tamen dicitur totum honorari, sic in Christo: si causa honoris, quae est aliqua excellentia personae, possunt dici plures adorationes, v. g. ob sapientiam increatam, ob sapientiam humanam, etc.

* In Trinitate est unus honor ob unam causam honoris, in Christo ob unam personam. Item operatio non honoratur, sed est causa honoris, et sic duae operationes in Christo non sunt duae adorationes, sed duae causae honoris. Item honor debetur digniori, idest Verbo Dei, cui anima Christi est unita, et in hoc augetur dignitas animae.

2. *An humanitas Christi sit adoranda adoratione latriae.* R'. Ut res adorata sic, quia est adorare Verbum incarnatum, v. g. adorare vestem regis, est adorare regem vestitum; sed ut est ratio adorandi non, sed duliae propter perfectionem humanitatis; et sic persona Christi, propter divinitatem, latria; propter humanitatem, dulia est adoranda: sicut Deo Patri propter Deitatem debetur latria; propter dominium, quo creaturas gubernat, debetur dulia.

* Carni per intellectum separatae a divinitate debetur hyperdulia, sed seorsum a divinitate non adoratur.

3. *An imago Christi sit adoranda latria.* R'. Ut imago repraesentans, latria, quia est unus motus, et idem est in rem repraesentatam; sed imago Christi, ut res quaedam est, puta lignum, non adoratur.

* Deus prohibuit fieri sculptile, ne adoraretur more gentium, sed quia iam Deus factus est homo in imagine corporali, potest adorari. Item anima, quae est imago Dei, non adoratur latria, ne detur occasio erroris, ut motus adorationis sisteret in homine.

4. *An crux Christi sit adoranda latria.* R'. Sic, quia repraesentat Christum, cui coniungi-

tur, in qua est spes salutis; et eam precamur, ut Christum; et aliae cruces sunt imagines crucis Christi: idem de lancea, clavis, etc. ratione contactus, sicut eodem modo honoramus vestem regis ut regem.

5. *An Mater Christi sit adoranda latria.* R. Non, quia est pura creatura, sed hyperdulia; quia ut Mater Dei est eminentior caeteris.

* Honor Matris refertur ad Filium, non eo modo, quo honor imaginis ad exemplar.

6. *An reliquiae Sanctorum sint adorandae.* R. Sic, etiam vestes et corpora, quia fuerunt templum Spiritus sancti; sunt membra Filii Dei, intercedunt pro nobis, etc.

* Et honor, quem eis damus redundat in Dominum, et corpus adoratur propter animam, quae nunc fruitur Deo. Item licet non sint idem corpus numero; tamen est idem identitate materiae, iterum formae uniendae.

26. *De eo, quod Christus mediator Dei, et hominum dicitur.*

1. *An esse mediatorem inter Deum et homines, sit proprium Christi.* R. Sic, et alii fuerunt ministerialiter, et secundum quid.

* Spiritus sanctus non est mediator, quia est aequalis, sed et interpellat, idest facit interpellare.

2. *An Christus secundum quod homo, sit mediator Dei et hominum.* R. Sic, quia ut homo distat a Deo in natura, et ab homine in dignitate.

* Si a Christo subtrahas naturam divinam, subtrahes plenitudinem gratiae ab homine, et sic non erit mediator. Item satisfacit ut homo,

secundum quod dicitur mediator, sed aufert peccatum auctoritative, ut Deus est.

27. *De sanctificatione B. Virginis Mariae.*

1. *An beata Virgo fuerit sanctificata ante nativitatem ex utero.* R'. Sic, quia Ecclesia celebrat nativitatem eius, sed festum non celebratur, nisi pro aliquo sancto. Item, maiora privilegia creduntur concessa Beatae Virgini, quam aliis, ut Ieremiae, et Ioanni Baptistae, qui fuerunt sanctificati in utero.

* Haec fuit ex privilegio. Item in utero sanctificata a peccato originali quantum ad maculam, non quantum ad reatum, quo tota natura tenebatur; unde si ante passionem Christi mortua esset, non intrasset in Paradisum, cuius ostium est Christus.

2. *An Beata Virgo fuerit sanctificata ante animationem.* R'. Post, quia prius contraxit culpam.

* Si non in originali, Christus non esset eius Salvator, et sic derogatur dignitati Christi. Item, licet Ecclesia romana non celebret conceptionem Beatae Virginis, tamen tolerat aliquas Ecclesias illam celebrare, et haec celebritas non est totaliter reprehendenda; sed ex hoc non infertur quod sine peccato, sed quia nescitur dies sanctificationis, ideo celebratur in conceptione.

3. *An per sanctificationem fuerit Beatae Virgini fomes totaliter sublatus.* R'. Non, quia ante Christum nulla caro fuit sine fomite; fuit tamen ligatus in Beata Virgine per abundantiam gratiae, quam recepit; et per divinam providentiam prohibentem in ea omnem motum sensualitatis; et non per actum rationis suae, quia

hoc fuit speciale Christo. Item, sed post conceptionem Christi totaliter ei fuit sublatus fomes.

* Licet fomes sit occasio virtutis perfectae in Sanctis, tamen in Beata Virgine fuit perfecta virtus ex abundantia gratiae. Item purgatio Spiritus sancti in Beata Virgine praeparatoria ad conceptionem Christi, non fuit a culpa, vel fomite; sed fuit colligere mentem in unum a multitudine sustollens.

4. *An per sanctificationem sit consecuta, ut nunquam peccaret.* R. Sic, quia nullum habuit peccatum nec mortale, nec veniale.

5. *An Beata Virgo per hanc sanctificationem sit adepta plenitudinem omnium gratiarum.* R. Sic, eamque diffundit in omnes.

6. *An sic sanctificari sit proprium Beatae Virginis.* R. Non, quia Ioannes Baptista simili modo: sed Maria non potuit peccare venialiter, Ille sic.

28. *De virginitate Beatae Mariae.*

1. *An Beata Maria fuerit virgo concipiendo.* R. Sic, est de fide, et fuit conveniens ob multa.

* Ioseph dictus est pater Iesu ad conservandam famam Beatae Mariae, et ut dicitur vir Mariae, licet eam non cognoverit, et quia erat de eadem tribu cum Maria, deducitur Christus ab eo. Item, semen maris in generatione est veluti agens; foeminae, ut materia; et virtus Dei potest transmutare materiam in omnem formam.

2. *An Mater Dei fuerit virgo in partu.* R. Sic, est de fide.

* Aperitio vulvae solum significat exitum pro-

lis ex utero, nec Christus exivit per subtilitatem, quia id est corporis beatificati, sed per miraculum virtute divina.

3. *An Mater Dei remanserit virgo post partum.* R'. Sic, est de fide, nec cognita a Ioseph, vel alio, et exponuntur scripturae.

4. *An mater Dei voverit virginitatem.* R'. Sic, sed prius sub conditione, si Deo placuerit; post desponsationem vovit absolute.

29. *De Matris Dei desponsatione.*

1. *An Christus nasci debuerit de Virgine desponsata.* R'. Sic, ad tollenda scandala, et pro auxilio Matris et Filii.

* Poterat Diabolus cognoscere virginitatem Matris, sed prohibebatur a Deo. Item lapidabatur etiam quae nuptura erat.

2. *An inter Mariam et Ioseph fuerit verum matrimonium.* R'. Sic, quia uterque consensit in copulam coniugalem, sed non in carnalem, nisi sub conditione, si Deo placeret.

* Noluit eam traducere, idest eam in publicum diffamare, non quod simul non habitaverint.

30. *De Annuntiatione Beatae Virginis.*

1. *An necessarium fuerit annuntiari Mariae, quod in ea erat agendum.* R'. Fuit congruum.

* Maria habuit fidem incarnationis; sed quia humilis, non tam alta de se sapiebat, ideo instruenda fuit.

2. *An Annuntiatio debuerit fieri per Angelum.* R'. Sic, et per summum Angelum in ordine Archangelorum, qui summa nuntiant.

3. *An Angelus nuntians apparuerit visione corporali.* R'. Sic convenienter.

4. *An Annuntiatio fuerit perfecta ordine convenienti.* ℣. Sic ob multa.

31. *De conceptione Salvatoris quoad materiam, de qua corpus eius conceptum est.*

1. *An corpus Christi fuerit sumptum ab Adam.* ℣. Sic, quia natura fuit vitiata ab Adam.

* Dicitur secundus homo esse de coelo quantum ad divinitatem et virtutem formativam eius corporis; sed corpus fuit terrenum. Item mysterium Incarnationis fuit miraculosum ex modo conceptionis et partus. Item corpus Christi fuit in Adam secundum materiam, non secundum ationem seminalem, ideo non contraxit peccatum.

2. *An caro Christi fuerit sumpta ex David.* ℣. Sic, et Abraham; quia Maria fuit ex cognatione David, ut Ioseph, ideo simul in Bethleem iverant.

* Et tribus sacerdotalis, ex qua Elisabeth, et regia iungebantur matrimonio, quod Christus rex et sacerdos futurus erat. Item nemo de lechonia regnabit, idest seculari honore.

3. *An convenienter texatur genealogia Christi ab Evangelistis.* ℣. Sic, quia scriptura est divinitus inspirata.

4. *An fuerit conveniens Christum nasci de foemina.* ℣. Sic, ob multa.

* Et dum erat in utero Christus, tamen ut Deus erat ubique totus. Item non erat immunditia peccati; et si quae alia esset, tamen verbum Dei non inquinabatur, ut radius solis in luto non inquinatur sordibus, quas exsiccat.

5. *An corpus Christi fuerit formatum ex pu-*

rissimo sanguine Beatae Virginis. R'. Sic, et ut ex foemina conceptio fuit naturalis, sed quia erat Virgo, ideo principium activum fuit supranaturale.

* Christus dicitur sumpsisse carnem, quia sanguis in potentia est totum. Item semen foeminae non est materia, quae necessario requiratur ad generationem, nec fuit in conceptione Christi, sed sanguis virtute Spiritus sancti fuit adunatus et formatus in prolem.

6. *An corpus Christi in antiquis patribus fuerit secundum aliquid signatum.* R'. Non, sed accepit a Matre, et sic ea mediante fuit in patribus.

7. *An caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.* R'. Non, quia non fuit secundum rationem seminalem, nec per concupiscentiam; imo corpus Christi fuit medicina vulneris, idest peccati originalis.

8. *An Christus in lumbis Abrahae fuerit decimatus.* R'. Non, quia fuisset imperfectus, et non secundum ordinem Melchisedech.

32. *De conceptione Christi quoad principium activum.*

1. *An Spiritus sanctus fuerit principium activum conceptionis Christi.* R'. Conceptio corporis Christi effective est a tota Trinitate, sed attribuitur Spiritui sancto, quia Filius Dei incarnatus est ob amorem, et ex sola gratia sine meritis, quae Spiritui sancto tribuitur.

2. *An Christus debeat dici conceptus de Spiritu sancto.* R'. Sic, et Spiritus sanctus ad Filium Dei, qui est conceptus habet habitudinem

consubstantialitatis, et ad corpus causae efficientis.

* Christus dicitur natus de Beata Maria corporaliter, et de Spiritu sancto effective.

3. *An Spiritus sanctus debeat dici pater Christi secundum carnem.* R. Non, nec totius Trinitatis Filius. Christus secundum perfectam rationem filiationis est Filius Dei, ergo non debet dici Filius Dei ratione creationis, vel iustificationis: et cum aliquid dicitur de aliquo secundum perfectam rationem, non debet dici secundum imperfectam, ut dicuntur homines filii Dei.

4. *An Beata Virgo aliquid active egerit in conceptione corporis Christi.* R. Non, quia tota virtus est in mare, et passive in foemina, sed Beata Virgo solam materiam ministravit, et nil active est operata.

* Haec conceptio habuit tria privilegia, scilicet, ut esset sine peccato; ut esset Dei, et hominis; et ut esset conceptio Virginis. Item ad transmutationem naturalem sufficit principium passivum.

33. *De modo et ordine conceptionis Christi.*

1. *An corpus Christi fuerit formatum in primo instanti conceptionis.* R. Conceptio fuit in instanti propter infinitam virtutem agentis, idest Spiritus sancti, licet reductio sanguinis ad locum generationis fuerit in tempore; et in eodem instanti corpus fuit conceptum et assumptum; et ideo Filius Dei dicitur conceptus; et deinde in tempore fuit cum determinato augmento formatum usque ad partum ab anima Christi.

* Non assignatur instans in quo materia illa fuit sanguis et caro, sed assignatur ultimum tempus continuatum formationis carnis, qui fuit terminus motus localis sanguinis ad locum generationis.

2. *An corpus Christi fuerit animatum in primo instanti suae conceptionis.* R'. Sic, alias non diceretur Filius Dei conceptus de Spiritu sancto, quia corpus assumpsit mediante anima, et hanc mediante intellectu.

* In generatione hominum est prius et posterius; sed corpus Christi simul perfectam animam accepit.

3. *An corpus Christi in primo instanti suae conceptionis fuerit assumptum a Verbo.* R'. Sic, est de fide; quia secus prius habuisset propriam hypostasim, et diceretur hominem fuisse factum Deum, non contra.

* In illa carne simul in eodem instanti fuit concipi et esse conceptum, et sic assumptum fuit quod erat.

4. *An conceptio Christi fuerit naturalis, vel miraculosa.* R'. Secundum causam agentem, id-est Spiritum sanctum, est miraculosa, sicut quia ex Virgine; sed secundum quid ratione materiae fuit naturalis, et sic dicitur Christus naturalis Filius hominis, quatenus habet veram naturam humanam, licet miraculose habuerit.

34. *De perfectione prolis conceptae.*

1. *An Christus in primo instanti conceptionis fuerit sanctificatus per gratiam.* R'. Sic, quia corpus animatum fuit assumptum in primo instanti suae conceptionis, plenum gratia sanctifican-

te animam Christi, quae derivabatur ex unione Verbi.

* Christus fuit sanctus ex negative et privative opposito; nos ex contrario.

2. *An Christus in primo instanti suae incarnationis habuerit usum liberi arbitrii.* R. Sic, quia perfectus; et ultima perfectio est in operatione.

* Esse est prius natura quam agere, sed sunt simul tempore; Christus statim omnia novit, ideo non indigebat consilio.

3. *An Christus in primo instanti conceptionis potuerit mereri.* R. Sic, meruit per actum liberum, quod fuit perfectissima sanctificatio.

* Liberum arbitrium in primo motu, natura integra, potest moveri ad bonum merendo, non ad malum peccando. Item Deus dedit Christo in creatione gratiam, quam poterat mereri. Item gloria immortalitatis debetur Christo ex pluribus causis.

4. *An Christus fuerit perfectus comprehensor in primo instanti suae conceptionis.* R. Sic.

* Christus non meruit gloriam animae, sed corporis. Unde patet cum dicitur, oportuit Christum pati.

35. *De nativitate Christi.*

1. *An nativitas sit personae vel naturae.* R. Nativitas proprie est personae, quia ut subiecto datur, ut sic; sed ut termino, qui est forma, datur naturae, et ideo nativitas dicitur via ad naturam.

* Propter identitatem naturae et personae aliquando natura ponitur pro persona, et dicitur nata. Item motus denominatur a termino,

idest natura, non a subiecto, idest persona.

2. *An Christo sit attribuenda nativitas temporalis.* R'. Sic a Matre, sicut aeterna a Patre; et potest dici bis natus.

3. *An secundum temporalem Christi nativitatem Beata Virgo possit dici Mater Christi.* R'. Cic, quia corpus est ex eius sanguine purissimo.

4. *An Beata Virgo debeat dici Mater Dei.* R'. Sic, quia concepit et genuit Deum, idest personam habentem divinitatem et humanitatem; quia nomen significans quamlibet naturam potest supponere pro hypostasi.

* Et nomen Deus hic supponit pro persona Filii, et ita non est Mater aliarum personarum, contrarium est haereticum.

5. *An in Christo sint duae filiationes.* R'. Respectu nativitatum sunt duae filiationes, respectu personae est una, et haec aeterna. Filiatio Christi ad Matrem non est realis, sed rationis, quia ex tempore Deo advenit, sed aeterna est realis; dicitur tamen realiter filius Matris relatione, quae cointelligitur relationi reali maternitatis ad Christum.

6. *An Christus sit natus sine dolore Matris.* R'. Sic, imo cum iucunditate, quia ex virgine sine aperitione claustri, nec fuit obstetrix.

7. *An Christus debuerit in Bethlehem nasci.* R'. Sic, quia ex David, qui ibi natus est; non Romae, vel ab Imperatore, quia divinitas mundum mutat, non homines; ideo Matrem et patriam elegit pauperem.

8. *An Christus fuerit natus tempore congruo.* R'. Sic, quia ipse elegit sibi tempus, Matrem et locum, et quia quae a Deo sunt, ordinata sunt.

36. *De manifestatione Christi nati.*

1. *An nativitas Christi debuerit omnibus esse manifesta.* ℟. Non, ob meritum fidei, et ne redemptio impediretur.

* In iudicio manifestus veniet.

2. *An nativitas Christi aliquibus debuerit manifestari.* ℟. Sic, ut per illos ad alios perveniret.

3. *An convenienter fuerint electi illi, quibus fuit nativitas Christi manifestata.* ℟. Sic, quia Deus scit quos elegerit.

4. *An Christus per seipsum debuerit manifestare suam nativitatem.* ℟. Non, sed ut esset fides de divinitate et humanitate eius, ideo per alios.

5. *An debuerit per Angelos et stellam manifestari.* ℟. Sic, et congruenter, quia fuit opus Dei, ergo perfectum.

6. *An ordine convenienti fuerit manifestata.* ℟. Sic, plenitudo gentium prius intravit ad fidem; tamen primitiae Iudaeorum praevenerunt primitias gentium, ideo Pastoribus prius est manifestata, quam Magis.

7. *An stella quae apparuit Magis fuerit ex coelestibus stellis.* ℟. Non, quia in diverso motu; sed fuit nova creata in aëre, terrae vicina, quae secundum divinam voluntatem movebatur.

8. *An Magi convenienter venerint ad adorandum Christum.* ℟. Sic, quia a Spiritu sancto inspirati; et erant primitiae gentium in Christum credentium.

37. *De legalibus circa puerum Iesum servatis.*

1. *An Christus debuerit circumcidi.* ℟. Sic, ut ostenderetur veritas carnis, et approbaret circumcisionem, ut filius Abrahae; ut servemus leges, quia eo tempore circumcisio erat in praecepto; et ut nos a legis iugo liberaret.

2. *An convenienter fuerit Christo nomen impositum.* ℟. Sic, quia per ipsum salvamur, et hoc nomen significatur aliquo modo in aliis nominibus, quibus nominatur in Scriptura.

3. *An Christus convenienter fuerit in templo oblatus.* ℟. Sic, ut impleret legem, licet semper fuerit Deo praesens, reliqua mystice declarantur.

3. *An Mater Dei convenienter purgationis causa ad templum accesserit.* ℟. Sic, licet non ob indigentiam, sed ob legis praeceptum, ne daret scandalum.

38. *De baptismo Ioannis.*

1. *An fuerit conveniens Ioannem baptizare.* ℟. Sic, ut nuntiaret Christum, et disponeret homines ad baptismum Christi.

* Non erat sacramentum, sed sacramentale disponens ad baptismum Christi, et sic pertinebat ad legem novam. Item baptismata Iudaeorum erant inania ordinata ad munditiam carnis.

2. *An baptismus Ioannis fuerit a Deo.* ℟. Ritus fuit a Deo, et effectus ab homine, quia mundabat tantum corpus, sed erat directus ad Christum.

3. *An in baptismo Ioannis daretur gratia.* ℟. Non, sed inducebat ad poenitentiam, ideo erat baptismus poenitentiae.

* Circumcisio remittebat peccatum originale ex institutione, ad quod non erat baptismus Ioannis institutus; at Sacramenta ex vi institutionis habent effectum.

4. *An alii praeter Christum fuerint baptizandi baptismo Ioannis.* R'. Sic, quia erat praeparatio ad baptismum Christi, nec erat dignior illo.

5. *An baptismus Ioannis debuerit cessare, Christo baptizato.* R'. Non, quia adhuc manebat umbra legis. Item non erat Christus plene cognitus.

6. *An baptizati baptismo Ioannis essent mox baptizandi baptismo Christi.* R'. Sic, ut reciperent characterem et gratiam.

39. *De baptizatione Christi.*

1. *An fuerit conveniens Christum baptizari.* R'. Sic, quia in similitudinem carnis peccati. Item, ut sanctificaret aquam. Item fecit quod praecipit fieri.

2. *An Christus debuerit baptizari baptismo Ioannis.* R'. Sic, quia non egebat suo, idest in Spiritu, sed in aqua, ut nos induceret ad eum, quo indigemus.

3. *An Christus convenienti tempore fuerit baptizatus.* R'. Sic, trigesimo anno, idest in denario ter ducto, idest in fide Trinitatis, et in decem praeceptis est perfectio. Item in aetate perfecta.

4. *An in Iordane debuerit baptizari.* R'. Sic, quia per hunc fluvium Israel intravit in terram promissionis, et nos in coelum per baptismum.

5. *An Christo baptizato debuerit coelum aperi-*

ri. ℟. Sic, quia baptismus nobis coelum aperit. Item debemus orare ad coelum.

* Aperitio multis modis fit, vel per visionem imaginariam, vel intellectualem, vel corporalem.

6. *An Spiritus sanctus convenienter descenderit in forma columbae super Christum baptizatum*. ℟. Sic, quia in baptismo ad nos descendit per gratiam, et propter qualitatem columbae.

7. *An illa columba fuerit verum animal*. ℟. Sic, sed eam Spiritus sanctus non assumpsit; et quia Spiritus sanctus non erat columba, dicitur in similitudine columbae descendisse.

8. *An convenienter sit audita vox Patris: Hic est Filius meus dilectus*. ℟. Sic, quia illam vocem formavit tota Trinitas, in cuius virtute consecratur noster baptismus, in quo salvamur.

40. *De modo conversationis Christi.*

1. *An fuerit conveniens Christum inter homines conversari*. ℟. Sic, quia venit ad manifestandam veritatem, et ut medicus et mediator.

* Vita activa, quae tradit aliis, quae contemplatur, est perfectior quam vita, quae solum contemplatur, quia illa supponit abundantiam contemplationis. Item, ut daret exemplum vitae mixtae.

2. *An fuerit conveniens Christum ducere vitam austeram*. ℟. Non, sed communem, et pro omnibus statibus; et habebat compressam carnem per virtutem divinitatis.

3. *An Christus debuerit pauperem vitam ducere in mundo*. ℟. Sic, ut nos doceret auferre impedimenta.

* Potest esse vita communis non solum divi-
s possidendo, sed etiam ab aliis necessaria ac-
piendo, ut Christus fecit.

3. *An Christus in hac vita fuerit conversatus
undum legem.* ℟. Sic, ut legem veterem ap-
obaret, et nos a servitute legis liberaret.

* Et per legem potuit fieri opus divinum in
bbato, vel necessitatis.

41. *De tentatione Christi.*

1. *An fuerit conveniens Christum tentari.* ℟.
c, ob nostram cautelam et instructionem, et
luciam de sua misericordia.

* Christus non est tentatus a carne, quia ten-
tio carnis non est sine peccato.

2. *An in deserto debuerit tentari* ℟. Sic, quia
aemon magis tentat solitarium, vel ad me-
ora tendentem, quia Daemon invidet ad me-
ora tendentibus.

3. *An debuerit tentari post ieiunium.* ℟. Sic,
uia nos ieiunio armamur contra diabolum, et
hristus prius invisibilibus tentationibus fuit
ntatus.

4. *An ordo et modus tentationis fuerit conveniens.*
. Sic, quia a levioribus, et gradatim, primo
e corporis sustentatione; deinde de inani glo-
ia; postremo ut divitias et gloriam mundi ap-
eteret in contemptum Dei.

42. *De doctrina Christi.*

1. *An fuerit conveniens Christum Iudaeis et non
Gentibus praedicare.* ℟. Sic, quia promissus illis,
t ad gentes per suos.

2. *An Christus debuerit praedicare Iudaeis si-*

ne eorum offensione. ℟. Offensio fuit ex malitia Iudaeorum, ideo non timenda.

3. *An Christus omnia publice debuerit docere?* ℟. Sic, sed in parabolis, ut caperent, nec imperfectis omnia dicenda.

4. *An debuerit docere solum verbo, vel etiam scripto.* ℟. Non scripto, quia imprimebat loquendo, ut potestatem habens.

43. *De miraculis a Christo factis in generali.*

1. *An Christus debuerit facere miracula.* ℟. Sic, ad confirmandam doctrinam, et ad ostendendam praesentiam Dei in Christo.

2. *An Christus fecerit miracula divina virtute?* ℟. Sic, quia sola virtute divina fiunt: et humanitas erat instrumentum.

3. *An inceperit in nuptiis.* ℟. Sic, quia in aetate perfecta ut crederetur humanitas.

* Et sine miraculis discipuli secuti sunt eum.

4. *An miracula Christi sufficienter divinitatem ostenderint.* ℟. Sic, quia erant supra naturam, faciebat ex propria virtute, et ut probaret se Deum.

44. *De singulis miraculorum speciebus.*

1. *An miracula facta per Christum circa spirituales substantias fuerint convenientia.* ℟. Sic, ut Daemones eiiciendo.

* Non circa Angelos, quia homines ab his non liberandi, sed cum his erant sociandi. Item, Christus tantum innotuit Daemonibus quantum voluit et oportuit. Item Daemon cognovit Christum promissum, sed esse Filium Dei ex susuicione: ideo non est impedita pas-

o. Item ad nostram instructionem misit eos
porcos.

2. *An convenienter sint facta miracula Christi rca coelestia corpora.* ℟. Sic, ut evidentius se stenderet Deum, quia sola virtute Dei mutur coelestia.

* Non corrumpitur coelum cum mutatur a Deo ursus siderum. Item tenebrae in morte erant, uia vel radii solares non pervenerunt in terum; vel nubes, vel luna interposita sunt.

3. *An convenienter Christus circa homines fecerit miracula.* ℟. Sic, quia venit pro salute huana, ergo cognoscendus erat Deus.

* Iustificatio debet esse libera, ideo non fecit miracula circa animam. Item modus miraculorum erat cum mysterio. Item ne quaerarius laudem prohibet loqui.

4. *An convenienter circa creaturas irrationales.* ℟. Sic, quia ei ut Deo omnia sunt subiecta, ut isces, ficulnea. Item panis multiplicatio non uit per creationem, sed per additionem extraeae materiae; et sic in gubernationis operius non est usus creatione.

45. *De transfiguratione Christi.*

1. *An fuerit conveniens Christum transfigurari.* ℟. Sic, ut ostenderet finem tribulationum esse gloriam.

* Figura rei consideratur in extremitate corporis, ideo dicitur transfiguratus; et non in aiis dotibus, ut in agilitate cum ambulavit supra nare; subtilitate cum ex utero exivit, etc.

2. *An claritas Christi in transfiguratione fuerit claritas gloriosa.* ℟. Sic, quantum ad essentiam,

quia ab anima gloriosa redundavit, non quantum ad modum, quia non fuit permanens sed fuit per modum transeuntis, sicut visio Beati Pauli.

* Corpus Christi nondum erat immortale, ideo dicitur assumpsisse gloriam, quae repraesentabat gloriosum. Item, claritas vestium significabat claritatem Sanctorum; et illa corporis, illam Christi.

3. *An illi tres testes convenienter fuerint inducti.* ℟. Sic, quia partim praecesserunt, partim secuti sunt.

* Non Angeli, quia non habent corpori gloriam. Item Elias apparuit in proprio corpore. Moyses in assumpto, ut Angeli apparere solent.

4. *An convenienter sit auditum testimonium Patris.* ℟. Sic, quia adoptio nostra est ad similitudinem naturalis per fidem in baptismo imperfecta, sed perfecta in gloria; et in utraque apparuit tota Trinitas. Item sunt testes, quia de futuro promisit.

46. *De passione Christi.*

1. *An fuerit necessarium Christum pati pro liberatione generis humani.* ℟. Non absolute, nec ex causa cogente, sed ex suppositione, quia si Deus praefinivit pro nostra salute et exaltatione Christi.

* Pro iustitia, et ex abundantiore misericordia. Item non pro salute angelica; quia peccatum Angeli est irremediabile.

2. *An alio modo potuerit nos Deus redimere quam per passionem.* ℟. Absolute sic, ex suppositione praescientiae, et praeordinationis Dei, non

* Si sine satisfactione nos salvasset, non fecisset contra iustitiam; quia condonando nulli facit iniuriam.

3. *An fuerit alius modus convenientior ad liberationem nostram, quam per Christi passionem.* R'. Non, ob multa bona, ut exempla Christi obedientiae, humilitatis, constantiae, iustitiae, etc.

4. *An Christus debuerit pati in cruce.* R'. Sic, ut instruamur in multis virtutibus.

* Figurae debet veritas respondere, non quantum ad omnia.

5. *An Christus sustinuerit omnes passiones.* R'. In specie non, in genere sic, ut ab hominibus in omnibus sensibus: sed minima passio satis fuisset.

6. *An dolor passionis Christi fuerit maior omnibus doloribus.* R'. Sic, tam interior, quam exterior, ob multas causas. Vide ibi.

7. *An Christus sit passus secundum totam animam.* R'. Tota ratione suae essentiae est passa: quia est tota in toto corpore, est enim actus corporis, et tota in qualibet parte. Item tota quoad omnes potentias inferiores patiebatur, quia in omnibus passus est Christus. Item ratio superior non patiebatur, quia erat beata.

8. *An tota anima Christi in passione frueretur beata fruitione.* R'. Tota secundum essentiam, quia est subiectum partis superioris, cuius est frui, sed tota ratione potentiarum non fruebatur.

* Dolor et fruitio non erant respectu eiusdem. Item non omnes vires animae attingunt Deum.

9. *An Christus fuerit convenienti tempore passus.* ℟. Sic, quia ex eius voluntate, et divina sapientia; declaratur pascha, hora, aetas etc.

10. *An Christus sit passus convenienti loco.* ℟. Sic, quia tempora, et loca erant in manu eius: et sic in Hierosolymis extra portam, in Calvario.

11. *An fuerit conveniens Christum cum latronibus occidi.* ℟. Sic, quia prophetatum, et ob alias causas, ut quia crux est quasi tribunal Iudicis Christi.

12. *An passio Christi sit tribuenda eius divinitati.* ℟. Supposito Christi ratione naturae humanae, non divinae; et sic mors Christi est mors Dei.

* Iudaei puniti sunt tanquam homicidae Dei ut qui chartam frangeret, in qua esset verbum Principis.

47. *De causa efficiente passionis Christi.*

1. *An Christus fuerit ab alio occisus, an a se ipso.* ℟. Christus non fuit causa suae mortis directe, sed indirecte, quia potuit prohibere; sed alii fuerunt causa directe.

* Nemo tollit animam meam, idest me invito. Item fuit miraculum conservare spiritum tamdiu.

2. *An Christus fuerit mortuus ex obedientia.* ℟. Sic, quia sacrificium, ob victoriam contra inobedientiam Adae, et implevit omnia praecepta.

3. *An Deus Pater tradiderit Christum passioni.* ℟. Sic, quia praeordinavit; spiravit voluntatem patiendi; et non impedivit.

* Christus, ut Deus, eadem voluntate Patris

tradidit se morti, ut homo, voluntate distincta; quare se tradidit, et traditus est ab alio. Item Christus, et Pater ex charitate; alii ex timore, invidia, et cupiditate.

4. *An fuerit conveniens Christum pati a Gentibus, sicut a Iudaeis.* ℣. Ab utrisque, quia fructus passionis ad utrosque pro quibus oravit pervenire debebat.

5. *An persecutores Christum cognoverint.* ℣. Principes cognoverunt Messiam, sicut et Daemones; sed non divinitatem eius, ex ignorantia affectata, quia videbant signa divinitatis; sed minores populi neque ut Messiam, paucis exceptis.

6. *An peccatum crucifigentium Christum fuerit gravissimum.* ℣. Sic, licet in populis ignorantia minuebat genus peccati.

48. De modo passionis Christi quantum ad effectum.

1. *An passio Christi causaverit nostram salutem per modum meriti.* ℣. Sic, quia erat caput meruit nobis; sicut ego mereor mihi.

* Passio fuit meritoria non quia ab alio, sed quia ab intrinseco voluntarie patitur. Item passio habuit quosdam effectus, quos non habuerunt praecedentia merita, non propter maiorem charitatem, sed propter genus operis, propter rationes allatas quaest. 26, art. 3.

2. *An passio Christi sit causa nostrae salutis per modum satisfactionis.* ℣. Sic, et abundanter, quia exhibuit maius, quam compensatio offensae requirebat; ob magnitudinem charitatis, et personae, et doloris; imo pro crucifigentibus,

quia in eo erat maior charitas, quam eorum iniquitas; et quia erat caro Dei potuit satisfacere offensae factae Deo.

3. *An passio Christi sit operata per modum sacrificii.* ℟. Sic, qui se obtulit ex charitate, et ut excellens sacrificium fuit acceptum Deo, licet ex parte occidentium fuerit maleficium. Item caro animalium fuit figura.

4. *An passio Christi sit operata nostram salutem per modum redemptionis.* ℟. Sic, quia fuit pretium redimens nos a peccato, et reatu poenae.

* In hac redemptione pretium non fuit datum Daemoni, quia iniuste detinebat, nisi in ordine ad Deum.

5. *An esse Redemptorem sit proprium Christi.* ℟. Nostra redemptio potest attribui toti Trinitati, ut primae causae, cuius erat vita Christi, et Christo inspiravit ut pateretur; sed immediate redemptor est Christus ut homo, qui factus est maledictum; et vita corporalis quam obtulit erat Christi hominis, et sic pretium.

6. *An passio Christi sit operata nostram salutem per modum efficientiae.* ℟. Principalis causa efficiens est Deus; passio instrumentalis.

* Agens corporale non agit, nisi per contactum, sed passio corporalis habet ex divinitate unita spiritualem virtutem; et sic per spiritualem contactum, idest per fidem, et ideo operatur in omnes. Item passio operatur per modum meriti diversimode, ut per efficaciam comparata ad divinitatem; per meritum ad voluntatem Christi; per satisfactionem in carne Christi; per sanctificationem, ut liberamur a servitute culpae;

per Sacramentum, ut per eam Deo reconciliamur.

49. *De effectibus passionis Christi.*

1. *An per passionem Christi simus liberati a peccato.* R. Sic, provocans nos ad charitatem; et quia Christus ut caput redemit nos membra, pretio suae passionis; et quia caro eius erat efficiens instrumentum divinitatis, cuius virtute habet vim dimittendi peccata, a qua sortitur virtutem spiritualem. Item fecit medicinam, quae est causa salutis nostrae, quae applicatur singulis per sacramenta. Item etiam per fidem applicatur passio Christi; sed ut liberat a peccato debet esse formata.

2. *An per passionem Christi simus liberi a potestate Diaboli.* R. Sic, quia remittit peccatum; reconciliat nos Deo; repressit Diabolum sacramentis.

3. *An per passionem Christi homines sint liberati a poena peccati.* R. Sic directe, quia sufficiens; indirecte, quia est causa remissionis peccati, in quo fundatur reatus poenae.

*Damnatis non potuit passio applicari per fidem, et sacramenta, ideo non liberati. Item liberatis per poenitentiae sacramentum imponitur poenitentia, quia debent configurari Christo aliquid patiendo, non sic baptizatis; et sic remanet mors, quae est poena peccati, ut nos simus conformes Christo.

4. *An per passionem Christi simus Deo reconciliati.* R. Sic, et ut tollit peccatum, et ut est sacrificium.

*Deus diligit omnes quoad naturam, odit quoad peccatum. Item reconciliamur Deo, non

quod de novo Deus incipiat nos amare, sed quia sublata est odii causa. Item maior fuit charitas Christi patientis, quam iniquitas occisorum, ideo praevaluit passio.

5. *An Christus sua passione aperuerit nobis ianuam coeli.* R. Sic, quia tollere peccata quoad culpam, et poenam, est aperire coelum.

*Patres meruerunt per passionem Christi venturi. Item ascendens non aperuit coelum, sed possessionem accepit pro nobis.

6. *An Christus per suam passionem meruerit exaltari.* R. Sic, quia se humiliavit; non tamen meruit maiorem charitatem, sed claritatem.

50. *De morte Christi.*

1. *An fuerit conveniens Christum mori.* R. Sic, ut nobis satisfaceret; ut veram humanitatem ostenderet; ut nos liberaret a timore mortis.

*Non ex morbo, sed violenter.

2. *An in morte fuerit separata divinitas a carne.* R. Non, sed caro erat unita Verbo.

*Dicitur derelictus a Patre, quia non protectus. Item caro est unita mediante anima, non quasi a ligante, sed quia ab anima habet ut iterum sit unibilis cum ea, quia ordo unionis semper manet. Item divinitas non vivificat formaliter, sed effective, unde remota anima caro non est viva.

3. *An in morte Christi fuerit facta separatio Verbi ab anima.* R. Non, quia sicut nec a corpore, quia anima est unita Verbo immediatius, quam corpus.

*Caro ponit, et assumit animam virtute Verbi inhabitantis. Item Verbum per unionem non di-

citur anima, nec corpus, nec natura humana, sed habens animam, vel corpus. Item in utroque fuit una hypostasis, quamvis corpus, et anima sint separatae: quia utrumque remansit unitum divinae personae, ut ante.

4. *An Christus in triduo fuerit homo.* ℟. Simpliciter non, quia corpus non erat vivum, et ad veritatem mortis est, ut desinat esse homo, sed bene erat homo mortuus.

* Non cessavit in morte susceptio Verbi, sed partium unio: sed fuit sacerdos, ratione animae, in qua est character ordinis.

5. *An fuerit idem numero corpus Christi viventis, et mortui.* ℟. Sic simpliciter, idest absolute, et nullo addito, quia idem suppositum: sed non omnino totaliter, quia vita est quid intrinsecum corpori viventis, ergo remota vita non remanet totaliter idem.

* Corpus simplicis hominis mortui non remanet unitum hypostasi permanenti, ideo non est simpliciter idem, sed secundum quid ratione materiae; idem numero dicitur aliquid secundum suppositum; idem specie secundum formam, et sic non remansit unum. Item mors Christo non competit ratione suppositi, quo est unum, sed ratione naturae humanae, cui vita, et mors competit.

6. *An mors Christi sit aliquid operata ad nostram salutem.* ℟. Mors Christi in fieri sic, quia est eadem cum ipsius passione; sed in facto esse, non per modum meriti, sed efficientiae ratione divinitatis. Item mors Christi operata est destructionem utriusque mortis nostrae, scilicet animae, et corporis.

* Mors Christi non ut privatio, sed virtute divinitatis unitae operatur nostram salutem.

51. *De sepultura Christi.*

1. *An fuerit conveniens Christum sepeliri.* Ꝛ. Sic, ad probandam veritatem mortis, ut spem resurrectionis nobis daret; et ad exemplum nostrum, qui mortui peccatis abscondimur a conturbatione hominum.

* Non impeditur pro resurrectione sua; et profuit nobis; et quae salvant hominem, non faciunt iniuriam Deo.

2. *An Christus convenienti modo fuerit sepultus.* Ꝛ. Sic, et in honore sepulturae ostenditur virtus morientis, qui contra intentionem occidentium honorifice sepelitur.

* Item in sepultura est servandus mos gentis. Item omnia, quae narrantur de sepultura Christi habent mysticam significationem.

3. *An corpus Christi fuerit in sepulchro incineratum.* Ꝛ. Non, quia mors non fuit ex infirmitate, sed voluntate eius. Item corpus Christi cum nostro fuit eiusdem conditionis, quantum ad naturam; non quantum ad meritum, et virtutem.

4. *An Christus fuerit in sepulchro solum una die, et duabus noctibus.* Ꝛ. Sic, idest per triginta sex horas: tribus diebus, et tribus noctibus intelligitur sumendo partem pro toto.

52. *De descensu Christi ad inferos.*

1. *An fuerit conveniens Christum descendere ad inferos.* Ꝛ. Sic, ut vinctos a diabolo liberaret, et sic descendit non ut reus culpae, sed ut li-

berator poenae, et sic eius passio fuit applicata mortuis. Item, anima Christi non descendit motu, quo corpora, sed quo angeli moventur.

2. *An Christus descenderit ad infernum damnatorum.* ℟. Secundum effectum ad omnes inferos descendit, ad damnatos confutans eos de malitia, et incredulitate; ad purgatorium dando spem gloriae; ad limbum infundendo lumen gloriae his, qui solo peccato originali tenebantur; sed secundum essentiam anima Christi descendit solum ad locum iustorum, et existens in una parte inferni misit suam vim in omnes partes, et sic solvit dolorem passionis poenae, et dilationis gloriae.

3. *An Christus fuerit totus in inferno.* ℟. Totus Christus ratione personae erat ibi, et ubique, sed non totaliter, quia est ubique, non circumscriptive, cum contineat omnia loca.

4. *An Christus aliquam moram traxerit in inferno.* ℟. Credibile est quod quandiu corpus fuit in sepulchro, sed sanctos statim liberavit glorificando, et statim rupit vectes, idest sustulit impedimenta exeundi; et hodie eris in Paradiso, idest in gloria.

5. *An Christus descendens ad inferos liberaverit sanctos patres.* ℟. Sic, quia dedit gloriam; secus, nil contulisset quia ibi non habebant poenam sensus; sed tantum dilationem gloriae; sed ibi manserunt cum Christo.

6. *An Christus aliquos damnatos ab inferis liberaverit.* ℟. Nullum, quia non habebant charitatem.

7. *An qui cum originali decesserant fuerint a Christo liberati.* ℟. Non pueri qui cum peccato

originali decesserant, quia non erant coniunc
passioni Christi per fidem, et charitatem, sc
patres, nec tunc pro originali erat sacramen
tum; et Patres licet essent in reatu originalis, u
respicit naturam; tamen erant liberi a culpa pe
gratiam; quam gratiam pueri non habebant.

8. *An Christus suo descensu liberaverit anim
purgatorii.* R'. Non, nisi fuerint tales, qual
nunc liberantur per passionem; et passio Chr
sti in generali est satisfactoria, ideo debet ap
plicari, ut satisfaciat.

* Liberavit eos ab exclusione gloriae, qu
erat totius naturae; non a reatu poenae ob pr
prium defectum, quia erat personalis.

53. *De resurrectione Christi.*

1. *An fuerit necessarium Christum resurge
R'.* Sic, quia commendatur divina iustitia exa
tans eum, qui pro Deo se humiliavit; ostend
tur divinitas; erigitur spes nostra; et ad com
plementum nostrae salutis, quia fuit inchoati
et exemplum nostrae resurrectionis.

2. *An fuerit conveniens Christum tertia die r
surgere.* R'. Sic ob multas convenientias.

3. *An Christus primo resurrexerit.* R'. Pri
resurrectione perfecta, idest non morituru
sic Lazarus, et alii.

* De his qui surrexerunt cum Christo ut d
minum resurgentem ostenderent, aliqui dicu
surrexisse non morituros, sed verius est cu
Augustino quod iterum mortui sunt.

4. *An Christus fuerit causa suae resurrect
nis.* R'. Sic propria virtute divinitatis, et n
humanitatis.

* Etiam a Patre, et Spiritu sancto, quia est eadem virtus. Item oravit, et meruit illam ut homo.

54. *De qualitate Christi resurgentis.*

1. *An Christus post resurrectionem habuerit verum corpus.* R/. Sic, quia id dicitur resurgere ex Damasceno quod cecidit.

* Intravit corpus Christi ianuis clausis non ex miraculo, neque ex natura corporis, sed ex virtute divina. Item subditur spiritui in cuius potestate est quod appareat, vel non appareat; agat, vel non agat. Item in lineamentis non est mutatum, quia nulla in eo erat deformitas, sed solum accepit claritatem: et in eius potestate erat, ut videretur sub hac, vel illa forma.

2. *An Christi corpus resurrexerit integrum.* R/. Sic, cum carne, ossibus, sanguine, et integraliter, quia habuit naturam integram.

* Ibi erunt alii humores, sed purgati, sine labe, qui non causant corruptionem. Item totus sanguis, et aliae particulae pertinentes ad veritatem naturae surrexerunt; et sanguis, qui ostenditur in quibusdam Ecclesiis fuit miraculosus ex imagine.

3. *An corpus Christi surrexerit gloriosum.* R/. Sic, quia fuit exemplar, et causa nostrae resurrectionis: anima ab instanti fuit beata, et dispensative non redundavit in corpus, nisi post passionem.

* Claritas est ut radius in vitro, et videtur quando anima vult. Item corpus redditur incorruptibile a gloria. Manducavit non quia egeret, sed ut ostenderet resurrectionem.

4. *An corpus Christi debuerit cum cicatricibus*

resurgere. ℟. Sic, in signum perpetuum victoriae; ad fidem discipulorum confirmandam; et ut ostenderet Patri, nobis in iudicio. Item sunt decus, et gloria corporis.

55. *De manifestatione resurrectionis.*

1. *An resurrectio Christi debuerit omnibus manifestari.* ℟. Non, sed praeordinatis a Deo ex speciali gratia.

2. *An fuerit conveniens quod discipuli viderent Christum resurgere.* ℟. Non, sed ut Angeli nuntiarent, sicut divina quae per Angelos hominibus revelantur.

* Terminus ascensionis a quo, non erat supra communem notitiam, ideo discipuli potuerunt eam videre; non sic resurrectionem, quia fuit supra communem notitiam in unoquoque termino, prout anima recedebat ab inferis, et surrexit ad gloriam.

3. *An Christus post resurrectionem debuerit continue cum discipulis conversari.* ℟. Non, pro gloria resurgentis; ubi fuerit nescítur, cum in omni loco sit dominatio eius.

4. *An Christus debuerit discipulis in alia effigie apparere.* ℟. Bene dispositis sic, dubitantibus non.

* Fingere ad aliquid aliud significandum, non est mendacium. Item poterat Dominus revera suam effigiem mutare, sed non est inconveniens dicere, quod Satan impedierit oculos discipulorum, ne eum agnoscerent.

5. *An Christus debuerit resurrectionem argumentis declarare.* ℟. Non rationibus syllogisticis, quia si ex principiis ignotis, discipuli nil

intellexissent; si ex notis, non concluderent, cum resurrectio sit supranaturalis; sed probavit auctoritate scripturae, et argumentis, idest signis sensibilibus, quae inducunt ad credendum.

* Fides non habet meritum, ubi est ratio demonstrativa, quia meritum est in hoc, ut homo credat ex mandato Dei. Item velle signa, est indicium defectus fidei; sed signa non tollunt totaliter meritum fidei, si etiam sine his homo crederet.

6. *An argumenta, quae Christus induxit sufficienter manifestaverint resurrectionem eius.* R/. Sic, sicut et testimonio sufficienti.

* Licet singula argumenta per se non sufficiant; tamen omnia simul perfecte manifestant. Item manducatio Christi fuit vera, quia erat verum corpus animatum, illa Angeli non. Item non se monstravit in claritate, ut in transfiguratione, quia tunc ostendit veram gloriam, nunc veram carnem.

36. *De causalitate resurrectionis Christi.*

1. *An resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum.* R/. Sic, quia fuit primum in genere causae resurrectionis nostrae. Verbum Dei est principium humanae vivificationis, et sic egit in propinquum corpus, per quod et in alia.

* Iustitia Dei est causa primaria resurrectionis; sed resurrectio Christi est instrumentum, et sic causa; sed non meritoria, sed efficiens virtute divina, cuius est mortuos suscitare; et exemplaris: resurrectio non attingit contactu corporali, sed virtuali, qui sufficit ut sit causa; cum

divina virtus ubique sit praesens. Item, quia prima causa est divina iustitia, ideo talis virtus pertinget etiam ad malos, sed ut exemplaris ad bonos.

2. *An resurrectio Christi sit causa resurrectionis animarum.* ℟. Sic, virtute instrumentali, quam habet a virtute divina, et est causa exemplaris, quia in anima debemus conformari Christo resurgenti.

* Christus resuscitabit omnia corpora, quia ut iudex est causa praemii, vel poenae; sed non omnes animas, cuius resurrectio pertinet ad meritum.

57. *De ascensione Christi.*

1. *An fuerit conveniens Christum ascendere.* ℟. Sic, quia immortali, et incorruptibili debetur locus proportionatus.

* Locus nihil addidit corpori Christi, nisi quandam decentiam, ex qua gaudium habuit accidentale, ideo retribuere motum Christo, ut est creatura, non est inconveniens.

2. *An conveniat Christo ascendere in coelum secundum divinam naturam.* ℟. Si ly secundum dicat conditionem ascendentis, pertinet ad humanam naturam, et motus localis non convenit naturae divinae, qua nihil altius; si ly secundum, dicit causam, pertinet ad divinam naturam.

3. *An Christus ascenderit secundum propriam virtutem.* ℟. Propria virtute divina, vel animae gloriosae; non ex virtute naturali humana. Item, ubi spiritus volet, ibi erit corpus glorio-

* Ascendit propria virtute, sed elevatus a Pa-

tre, quia est eadem virtus. Item non est motus in instanti, quia effectus divinae virtutis recipitur secundum naturam patientis, sed corpus non est capax moveri localiter in instanti, cum commensuretur spatio.

4. *An Christus ascenderit supra omnes coelos.* R'. Sic, quia perfectius participabat bonitatem divinam.

* Deus est super omnes coelos, et dicitur coelum sedes Dei, quia Deus est in eo, ut in contento, non ut in continente. Item extra coelum non est locus, nec est potentia susceptiva corporis, sed in Christo erat potentia perveniendi illuc. Item per miraculum duo corpora sunt simul, ut cum Christus exivit de utero. Item nubes non suscepit Christum sublevando, sed apparuit in signum divinitatis.

5. *An corpus Christi ascenderit supra omnem creaturam spiritualem.* R'. Sic, quia per unionem personae divinae est supra omnem substantiam spiritualem, et sic debetur ei dignior locus; licet alia ratione tribuatur locus substantiae spirituali, et corporali, tamen id est utrique commune, ut digniori superior tribuatur locus.

6. *An ascensio Christi sit causa nostrae salutis.* R'. Sic, tum quia augetur in nobis fides, spes, et charitas; tum quia paravit nobis viam ascendendi; tum quia inde mittit dona.

* Est causa non per modum meriti, sed efficientiae, ut dixi de resurrectione. Item apparitiones deinde factae non tollunt ius quod sibi, et nobis acquisivit manendi perpetuo in coelo.

58. *De sessione Christi ad dexteram Patris.*

1. *An Christo conveniat sedere ad dexteram Patris.* R. Sessio significat, vel quietem, vel potestatem iudiciariam, et utroque modo convenit Christo.

*Dextera in Deo non dicit differentiam positionis, et sic Pater non sedet ad sinistram, sed omnis est dextera, ubi nulla est miseria. Item Stephanus vidit Iesum stantem, idest in adiutorium.

2. *An sedere ad dexteram Patris conveniat Christo secundum quod Deus.* R. Sic, quia sedere est simul cum Patre habere gloriam divinitatis, vel beatitudinis, vel iudiciariam potestatem, et propositio transitiva ad solam importat distinctionem personalem, et originis; non gradum naturae, vel dignitatis, qui non est in divinis.

*Dextera Patris est quid commune tribus personis, sed appropriatur Filio. Item Christus ut homo assumptus est ad divinum honorem, qui per dexteram designatur. Item non potest dici Pater sedet ad dexteram Filii, vel Spiritus sancti, licet sint aequales in divinitate, quia Pater non habet originem ab aliis personis, ob quam causam convenit Filio, vel Spiritui sancto.

3. *An sedere ad dexteram Patris competat Christo secundum quod homo.* R. Si secundum quod homo, dicit suppositum, tunc convenit ut Deo; si dicit accessum secundum gratiam habitualem, quae in Christo est prae omnibus, tunc sedet ad dexteram; idest in bonis paternis potioribus super omnes creaturas; secundum excellentiam,

licet ut homo sit subiectus Patri, quamvis ut Deus sit aequalis.

4. *An sedere ad dexteram Patris sit proprium Christi.* R'. Sic, quia secundum divinam naturam est aequalis; secundum humanam, est super omnes creaturas.

* Sedere significat plenitudinem cum potestate, quod soli Christo convenit, quam habuit a Patre, et nos sedere a dextris habemus a Christo, seu potius ad dexteram Christi.

59. *De iudiciaria potestate Christi.*

1. *An potestas iudiciaria sit specialiter Christo attribuenda.* R'. Sic, ut Filio Dei, quia in eo est potestas, sapientia, et zelus rectitudinis.

* Potestas iudiciaria est communis toti Trinitati, sed appropriatur Filio. Item auctoritas iudicandi tribuitur Patri, ut principio Filii; sed ratio iudicii Filio, qui est sapientia Patris; ut dandi affectum iudicandi, quem homines habent, tribuitur Spiritui sancto.

2. *An potestas iudicandi conveniat Christo, ut est homo.* R'. Sic, ut est caput Ecclesiae, quia haec potestas ratione iudicandorum est data hominibus, quorum caput est Christus secundum naturam humanam, cui Deus subiecit omnia; sed non convenit Christo ex conditione naturae.

* Deus praemiat, sed Christus ut caput ducit nos ad praemium. Item cognoscere occulta cordis, et iudicare, per se est Dei; sed ex refluentia divinitatis in animam Christi convenit etiam Christo.

3. *An Christus fuerit adeptus potestatem iudiciariam ex meritis.* R'. Sic, quia non solum ex

divina persona, et dignitate capitis; et plenitudine habitualis gratiae; sed etiam ex merito, sicut de gloria corporis dixit.

4. *An potestas iudiciaria conveniat Christo quantum ad omnes res humanas.* ℟. Sic, tum secundum naturam divinam, tum secundum humanam, quae est repleta veritate, et merito; et si ei committitur principale, idest homo, ergo et accessorium, idest res ordinatae ad hominem.

* Qui me constituit iudicem, etc. idest in terris noluit administrare iudicium, dum hic esset. Item, ut Deus omnia iudicat.

5. *An post iudicium quod agitur in praesenti tempore in morte, restet aliud iudicium, idest novissimum.* ℟. Sic, quia res mutabilis non potest iudicari, nisi sit finita, et licet vita hominis morte finiatur; tamen remanet secundum quid, ut in memoria posterorum, in filiis, in effectu operum, in honore corporis, ut in iis, in quibus defixit suum affectum quem Deus iudicat in fine mundi, licet post mortem animae beatae statim videant Deum, nec Deus iudicat idem bis, quia secundum diversa, non secundum idem iudicat.

6. *An iudiciaria potestas Christi se extendat ad Angelos.* ℟. Sic tum secundum naturam divinam, tum secundum humanam, quae est proximior Deo, quam Angeli, et magis repleta virtute Dei; et illuminat Angelos, tum ob humilitatem passionis, per quam humana fuit exaltata supra Angelos; ideo potest iudicare Angelos bonos, et malos; tum ratione eorum, quae Angeli circa homines operantur, quorum Christus est caput. Item Christi iudicio subsunt An-

geli quantum ad dispensationem eorum, quae per ipsos aguntur; et quantum ad accidentalia praemia bonorum, ut est gaudium de salute hominum, et accidentales poenas malorum; et tandem quantum ad praemium essentiale bonorum, et poenam malorum, quod fuit factum per Christum, ut est Verbum Dei a principio mundi; et haec satis de mysterio incarnationis.

60. *De sacramentis.*

1. *An sacramentum sit in genere signi.* ℟. Sic, licet sit etiam causa sanctitatis, sed hic, ut signum, sicut urina dicitur sana, licet medicina dicatur etiam sana.

* Secretum dicitur sacramentum, idest non violandum; et iuramentum, quia fit per rem sacram.

2. *An omne signum rei sacrae sit sacramentum.* ℟. In quantum sanctificat hominem sic, quia signa dantur hominibus, ut per ea nota ad ignota perveniant, idest ad gratiam sanctificantem; et est definitio, signum rei sacrae, idest gratiae sanctificantis hominem.

Creaturae significant rem sacram, ut attributa Dei, sed non sanctificant nos. Item in lege antiqua, quae significabant sanctitatem Christi, ut per eam nos sanctificat, erant sacramenta; sed quae sanctitatem Christi in se, non. Item dispositiones ad sanctitatem, ut aspersio aquae benedictae, consecratio altaris, non sunt sacramenta.

3. *An sacramentum sit signum unius rei tantum.* ℟. Non, quia Eucharistia significat corpus

Christi verum et mysticum. Item sacramentum significat nostram sanctificationem, in qua est causa passio Christi, quae est signum rememorativum; forma, quae est gratia, dicitur demonstrativum; finis, quae est gloria, est prognosticum.

* Sed haec quodam ordine sunt unum, et sic sacramentum ut signum non fallit.

4. *An sacramentum semper sit aliqua res sensibilis.* ℟. Sic, ut per eas ducamur ad cognoscendum spiritualia, quibus sanctificamur, et in hoc Deus providit nobis secundum modum nostrum.

* Et sic res sensibilis per se non pertinet ad cultum Dei, nisi ut est signum rei spiritualis, qua regnum Dei continetur.

5. *An requirantur determinatae res ad sacramenta.* ℟. Sic, sed Deus solus determinat; et sunt res communes, quae facile inveniuntur.

6. *An in significatione sacramentorum requirantur verba.* ℟. Sic, et fuit conveniens quia causa sanctificans est Verbum incarnatum; et quia habent determinatam significationem materiae; et quia homo constat ex anima et corpore; et res, et verba sunt unum in ratione significandi, quae maior est in verbis.

7. *An requirantur determinata verba.* ℟. Sic, sicut et determinata materia; imo magis, quia se habent tanquam forma, quae est principium determinationis.

* Licet voces sint diversae, tamen apud omnes semper est idem sensus. Si quis ex industria corrumpat formam, non perficit sacramentum, quia non videtur facere, quod facit Ecclesia;

si lapsu linguae ita ut non remaneat sensus, nec conficit; si remanet sensus perficit; et si corruptio sive in principio, sive in fine sit parva, non tollit.

8. *An liceat aliquid addere formae.* R. In sacramento requiritur intentio, et sensus, si addendo, vel minuendo intendit inducere ritum ab Ecclesia non receptum, non conficit; quia non facit, quod facit Ecclesia. Item si mutetur sensus, non conficit. Item si dicatur, in nomine Patris maioris, non baptizat, quia corrumpitur sensus; si in nomine Dei Patris, sic, quia remanet sensus.

* Interruptio, si non sit tanta, ut interrumpatur intentio dicentis, sed parva, non tollit sacramentum; idem dicitur de transpositione, si manet sensus.

61. *De necessitate sacramentorum.*

1. *An sacramenta sint necessaria ad salutem humanam.* R. Sic, quia per ea sumus in religione christiana; datur gratia; et applicatur passio Christi.

2. *An ante peccatum fuerint necessaria sacramenta.* R. Non, quia non erat morbus, ergo nec medicina.

* Matrimonium tunc non erat sacramentum, sed officium naturae, et significabat aliquid futurum circa Christum et Ecclesiam.

3. *An post peccatum ante Christum debuerint esse sacramenta.* R. Sic, et erant signa, quibus homo protestabatur de adventu Christi futuri.

* Passio Christi est causa finalis sacramentorum antiquae legis, sed finis praecedit sola in-

tentione, non tempore. Item in lege naturae fuerunt sacramenta, sed magis imperfecta, indeterminata et obscura, quam in lege scripta.

4. *An post Christum debuerint esse aliqua sacramenta.* ℣. Sic, quae sint signa Christi praeteriti, sicut antiqua erant futuri, per quae signa venimus in cognitionem spiritualium, quae nos ducunt ad gloriam.

* Antiqua erant egena, quia non causabant gratiam; nec mutatur voluntas Dei, cum dat nova sacramenta.

62. *De principali effectu sacramentorum, quae est gratia.*

1. *An sacramenta sint causa gratiae.* ℣. Sic, quia incorporant nos Christo, quod fit per gratiam. Item non sunt causa gratiae ex eo, quod in illis operetur ex pacto, quia sic essent tantum signa, sed sunt causae instrumentales, quia non agunt virtute sua; sed ut mota a Deo causa principali, tanquam instrumenta.

* Et sic corporale, ut motum a Deo, agit in spirituale; et simul sunt causae et signa. Item Deus causat gratiam ex se; sacramenta virtute divina.

2. *An gratia sacramentalis addat supra gratiam virtutum et donorum.* ℣. Sic, secus frustra darentur sacramenta habentibus dona. Item gratia sacramentalis supra gratiam communiter dictam, et super dona et virtutes addit quoddam auxilium divinum ad consequendum finem sacramenti.

* Gratia virtutum, et donorum perficit essentiam et potentias animae, quantum ad generalem ordinem actuum animae; non quantum ad

speciales effectus in vita christiana necessarios. Item, per sacramenta excluduntur peccata praeterita, non sic per dona et virtutes. Item gratia sacramentalis ad gratiam communiter dictam se habet ut species ad genus; et sic gratia communis et sacramentalis non dicuntur aequivoce.

3. *An sacramenta novae legis contineant gratiam.* Ꝛ. Sic, ut in causa instrumentali, quae virtus instrumentalis est fluens, et incompleta in esse naturae; et sic gratia in sacramento non est, ut in subiecto, vel ut in vase; non secundum similitudinem, ut est effectus in causa univoca; non ut forma permanens proportionata ad talem effectum; et licet gratia sit accidens, tamen potest transire a causa in subiectum, quia non eodem modo est in utrisque, sed secundum propriam rationem utriusque.

4. *An in sacramentis sit aliqua virtus effectrix gratiae.* Ꝛ. Sic, est instrumentalis, quae causat gratiam; et non per praesentiam, vel concomitantiam, quia virtus est transiens ab uno in aliud, ut est motus, qui est actus imperfectus ab agente in patiens, quia instrumentum non agit nisi motum ab agente principali Deo, cuius virtus est permanens.

* Virtus spiritualis non potest esse permanenter in corpore, sed imperfecte, quatenus corpus movetur a substantia spirituali, et haec virtus est eiusdem speciei, licet sit imperfecta, ut patet in motu. Item haec virtus non creatur, sed advenit sacramento ex benedictione Christi; et ex applicatione ministri. Item est eadem vis in rebus, et in verbis, sicut est

eadem virtus principalis agentis in pluribus instrumentis subordinatis.

5. *An sacramenta novae legis habeant virtutem a passione Christi.* Ɽ. Sic, sed a Christo, ut est Deus principaliter; et a Christo ut est homo, ut ab instrumento coniuncto; et sacramentum est instrumentum separatum; et per coniunctum movetur separatum, ut per manum baculus.

* Virtus Christi copulatur nobis per fidem, et maxime passionis, et ideo virtus sacramenti praecipue est ex passione. Item iustificatio tribuitur resurrectioni, ut termino ad quem, quia est novitas vitae; passioni, ut termino a quo, quantum ad dimissionem culpae.

6. *An sacramenta antiquae legis essent causae gratiae.* Ɽ. Non per seipsa, idest virtute propria, quia erant egena; nec passio Christi fuisset necessaria; sed erant signa protestantia passionem Christi venturi, ratione cuius iustificabant: sicut finis non existens, sed apprehensus operatur; passio in nostra lege cum sit exhibita etiam secundum realem usum iustificat, quia circumcisio, et cactera sacramenta veteris legis erant signa fidei iustificantis.

65. *De effectu sacramentorum, qui est character.*

1. *An sacramentum imprimat aliquem characterem in anima.* Ɽ. Sic, quia designamur ad cultum Dei; et nos distinguit ab aliis; sed sacramenta antiqua, non, quia in se non habebant virtutem ad aliquem effectum spiritualem, sed satis fuit signaculum exterius circumcisionis ad distinguendum populum.

2. *An character sit potestas spiritualis.* Ɽ.

Sic, quia in anima non est passio, quae transit; non habitus, quo non possumus male uti, ergo est potentia, cum in anima non sit aliud.

* Haec potentia est instrumentalis, quia convenit ministris Dei; et est vel activa, vel passiva; et reducitur ad secundam speciem qualitatis, sed proprie non est in genere vel in specie.

3. *An character sacramentalis sit character Christi.* ℣. Sic, quia est ad dandum, vel recipiendum quae sunt cultus Christiani ; et est signaculum, quo homo deputatur ad cultum, sicut designatur per gratiam ad gloriam.

* Character est res, quia est effectus sacramenti; est sacramentum , quia significat gratiam; sed proprie est signum configurans Christo et ideo dicitur character Christi. Item character distinguens bonos a malis est gratia , cui opponitur character bestiae , qui est obstinatio in peccato, at character Christi est ad cultum Dei in hac vita, cui opponitur professio mali cultus.

4. *An character sit in potentiis animae, ut in subiecto.* ℣. Sic, quia tradere , vel suscipere ea, quae sunt divini cultus, est actus in potentiis.

* Et est in potentia intellectiva; quia est ad cultum Dei , qui est protestatio fidei, ergo erit in potentia cognitiva. Item essentia animae perficitur per gratiam, qua vivit spiritualiter: at potentia per characterem, qui ordinat ad actum.

5. *An character insit animae indelebiliter.* ℣. Sic, quia est participatio sacerdotii Christi, quod est aeternum.

* In Christo non fuit character, quia in eo fuit plenitudo sacerdotii, et non participatio, ut in Ministris. Item gratia est in subiecto libero, idest anima, ideo potest perdi; sed character cum sit virtus instrumentalis pendens ab agente primo, a quo movetur, ideo non mutatur.

6. *An per omnia sacramenta novae legis imprimatur character.* ℟. Non, sed per baptismum, confirmationem, ordinem; licet per omnia sacramenta detur gratia.

64. *De causa sacramentorum.*

1. *An solus Deus operetur interius ad effectum sacramenti.* ℟. Sic, per modum agentis principalis; quia solus Deus iustificat, et illabitur in essentiam animae, in qua est effectus sacramenti; et gratia, et character est effectus solius Dei; sed homo, ut minister; et sacramentum operatur per modum ministerii, nec datur melior effectus per meliorem ministrum, quia omnes agunt virtute Dei.

2. *An sacramenta sint solum ex institutione divina.* ℟. Sic, quia solus Deus dat robur, et virtutem sacramentis, ut instrumentis.

* Quae sunt de necessitate sacramenti, sunt a solo Christo instituta; licet aliqua habeantur per traditionem; sed solemnitates sunt ab homine. Item res sensibiles habent aptitudinem ad res spirituales significandas, sed haec aptitudo terminatur a Christo. Item Petrus, et successores sunt Vicarii, quoad regimen Ecclesiae iam constitutae.

3. *An Christus ut homo habuerit potestatem o-*

perandi effectum sacramenti interiorem. R'. Sic, Christus ut homo meritorie, et efficienter, sed instrumentaliter; et quia est instrumentum coniunctum: ideo habet quandam causalitatem respectu aliorum instrumentorum, qui sunt ministri Ecclesiae, et potuit sine sacramento eius effectum conferre, sed Christus ut Deus per potestatem auctoritatis operatur interiorem effectum sacramenti effective.

4. *An Christus potuerit communicare ministris potestatem, quam habuit in sacramentis.* R'. Potestatem auctoritatis, non, quia eam habuit ut Deus et ita est incommunicabilis, ut et essentia Dei creaturis; excellentiae potestatem, quam habuit ut homo potuit, sed non communicavit ob nostram utilitatem, ne spes in homine poneretur, et ne dissensio esset in Ecclesia.

5. *An per malos ministros sacramenta possint conferri.* R'. Sic; quia agunt ut instrumenta; et non ut mali; sicut medicus aegrotus sanat.

6. *An mali ministrantes sacramenta, peccent.* R'. Sic mortaliter ex genere suo propter irreverentiam; sed communicans a tali, non peccat, quousque Ecclesia eum tolerat.

* In casu necessitatis, in quo potest laicus baptizare, non peccaret baptizando, cum non se exhibeat ministrum Ecclesiae; secus in aliis sacramentis, quae non sunt tantae necessitatis.

7. *An Angeli possint sacramenta ministrare.* R'. Non, quia sunt a Christo homine patiente, cui homines sunt similes, et non Angeli; posset tamen Deus communicare Angelis; quia

eius virtus non est alligata ministris; et si constaret Angelos ministrasse Sacramenta, essent habenda pro veris, quia sunt ministri veritatis; et aliquando dicuntur consecrasse templa; secus de Daemoniis, quia mendaces.

8. *An requiratur intentio ministri ad sacramentum perficiendum.* R. Sic, quia non casu; et quae se habent ad multa, ut aqua, sunt determinanda ad unum.

* Instrumentum animatum cum non solum agatur, sed etiam agat se, debet se subiicere agenti idem intendendo. Item sufficit intentio habitualis ministri, quae operatur virtute primae intentionis, sed procuranda actualis. Item in adulto, si desit intentio ministri, per devotionem sumentis suppletur effectus gratiae a Christo: non autem alter effectus, qui est character.

9. *An fides ministri sit necessaria de necessitate sacramenti.* R. Non, quia operatur virtute Christi; et infidelis potest baptizare, et sic non requiritur fides, vel charitas.

* Etiam si infidelitas sit circa Sacramentum, si infidelis intendit facere quod facit Ecclesia, baptizat; secus, si non sit forma. Item degradatus potest, sed peccat; et qui scienter accipit a praeciso, non recipit gratiam, quia peccat cooperando peccato illius.

10. *An requiratur intentio recta Sacramenti ad perfectionem Sacramenti.* R. Si intendit conferre Sacramentum, facit; licet cum mala intentione, ut si quis baptizando intenderet lucrum.

* Iocosa intentio baptizandi non baptizat, quia non intendit baptizare; secus si intenderet, sed

malo fine, ut si servus daret eleemosynam domini, sed mala intentione.

65. *De numero sacramentorum.*

1. *An sacramenta Ecclesiae debeant esse septem.* ℟. Sic, ob multas convenientias, quia instituta sunt ad vitam spiritualem, quae est conformis vitae corporali.

* Peccatum veniale tollitur per sacramentalia sine Sacramento.

2. *An Sacramenta ordinate numerentur.* ℟. Sic, quia sic communiter omnes ordinant. Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema unctio, Ordo, et Matrimonium.

3. *An sacramentum Eucharistiae sit potissimum inter sacramenta.* ℟. Sic, quia continet ipsum Christum substantialiter, ad quod ordinantur alia.

4. *An omnia sacramenta sint de necessitate salutis.* ℟. Respectu finistria sunt necessaria simpliciter, scilicet Baptismus, Poenitentia, et Ordo; non tamen eodem modo, quia Baptismus, singulis absolute ; Poenitentia posito peccato mortali post Baptismum ; Ordo respectu Ecclesiae, quae eget gubernatione; reliqua sunt necessaria ad bene esse: nam Confirmatio perficit baptismum; extrema Unctio Poenitentiam; Matrimonium conservat multitudinem in Ecclesia; Eucharistia, ut spiritualis alimonia.

* Illud, nisi quis manducaverit, etc. intelligitur de spirituali, et non de sola sacramentali manducatione, ut Augustinus exponit.

66. *De pertinentibus ad sacramentum baptismi.*

1. *An baptismus sit ipsa ablutio.* R'. Ut sacramentum est ablutio et non aqua: quia in illa sanctificamur; res et sacramentum est character qui significatur ablutione, et significat gratiam; res tantum est interior sanctificatio, quae significatur, et non significat.

* Baptismus remanet in effectu, idest character, et gratia. Item verbum accedens elemento, facit sacramentum in homine, et non in elemento.

2. *An Baptismus institutus fuerit per Christi passionem.* R'. Ut sacramentum, ante, idest quando Christus fuit baptizatus; quoad usum post resurrectionem.

* Baptismus ante passionem non erat tantum figura, quia habebat vim iustificandi, sed habebat vim ab ea; et non erat sub praecepto; et illud nisi quis renatus, etc. non praesens, sed futurum tempus respiciebat.

3. *An aqua sit propria materia baptismi.* R'. Sic, et congruenter ob multa. Item benedictio aquae in baptismo est solemnitas.

4. *An in baptismo requiratur aqua simplex.* R'. Dummodo sit in specie aquae, quaelibet aqua est materia baptismi, sed in luto, vel vino limphato, non, quia non est aqua; sed in aqua turbida vel calida, sic, quia est species aquae; sic in aqua maris; in aqua decocta in elixatione carnium, nisi plus habeat de alicna substantia; unde si ex liquore sic spissato exprimatur aqua subtilis, sufficit. Aqua ex latere Christi

it vera aqua; lixivium, vel aqua sulfurea est
ua; sed rosacea, vel alchimica, non.

5. *An haec sit conveniens forma: Ego te bapti-
in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.*
. Sic, quia continet causam principalem, in
mine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et
strumentalem, Ego.

* Graeci exprimunt actum ministri dicentes:
aptizetur; Ego, non est de substantia formae.
blutio potest fieri ob multas causas, ergo ter-
inanda per verba. Verba formae, non solum
onuntiantur causa significandi, sed etiam ef-
iendi. Plures simul non possunt unum ba-
izare, quia essent plures actus, possunt ta-
en plures simul baptizari in necessitate, di-
ndo Ego vos; nec mutatur forma, quia est
si diceretur Te, et te: non potest unus la-
re, et alius dicere formam: non potest se ba-
tizare, quia mutaretur forma dicendo me. Item
hristi passio fuit instrumentalis respectu Tri-
tatis. Ideo ponitur Trinitas, ut principalis, et
m uno nomine essentiali.

6. *An in nomine Christi possit dari baptismus.*
. Non, quia contra formam, nec sufficit dicere
nam personam sine aliis; sed Apostolis Chri-
us dispensavit, ut in nomine Christi bapti-
rent.

7. *An immersio in aqua sit de necessitate bapti-
mi.* R. Non, sed potest fieri per aspersionem,
el effusionem; quia est abluere, licet modus
it diversus. Item satis est quod aliqua pars cor-
oris abluatur, praesertim caput, in quo vigent
mnes sensus.

8. *An trina immersio sit de necessitate baptis-*

mi. ℟. Non, quia sunt ritus diversimode varia ob causas multas.

* Qui in trina immersione in qualibet inter deret baptizare dicens integram formam, esse tria baptismata.

9. *An baptismus possit iterari.* ℟. Non, qui unius una est generatio: et character est indelebilis.

* Baptismus Ioannis non dabat gratiam, ne characterem. Baptizare in dubio sub conditione, non est reiterare. Item Eucharistia reiteratur, non baptismus, quia homo semel nascitur, multoties autem cibatur.

10. *An ritus, quo utitur Ecclesia in baptizando, sit conveniens.* ℟. Sic, quia Ecclesia eos constituit ex instinctu Spiritus sancti ad excitandam devotionem, et rudium instructionem.

11. *An convenienter describantur tria baptismata, aquae, sanguinis et Spiritus.* ℟. Sic quia his conformantur passioni Christi; et duo ultima supplent primum; non tamen sunt sacramenta; sed conveniunt in effectu, quem Deus potest producere sine sacramento.

12. *An baptismus sanguinis sit omnium potissimus.* ℟. Sic, quia Deus in eo excellentius operatur effectum per operis imitationem.

67. *De ministris per quos traditur sacramentum Baptismi.*

1. *An ad officium diaconi pertineat baptizare* ℟. Non proprie, nisi in necessitate, sed debet ministrare sacerdoti baptizanti, maioribus, e sacramentis Christi.

* Exponere Evangelium per modum doctri-

nae, et docentis est Episcopi; per modum catechizantis, est diaconi.

2. *An baptizare pertineat ad officium sacerdotum.* R'. Sic, sicut et consecrare corpus.

* Episcopi, ut Apostoli per se docent, per alios baptizant, quia baptismus est potissimus inter sacramenta, quoad necessitatem; non quoad perfectionem, quia dantur potiora Episcopis reservata.

3. *An laicus possit baptizare.* R'. In necessitate sic, quia est sacramentum necessitatis; et sicut aqua a quovis potest haberi, ita et minister; solus tamen sacerdos baptizat solemniter.

* Poenitentia suppletur per contritionem sine absolutione, licet non liberet a tota poena; Baptismus aliter.

4. *An mulier possit baptizare.* R'. In necessitate potest, sed non debet praesente viro, nec laicus praesente clerico; nec hic praesente sacerdote; sed hic potest praesente Episcopo, quia est proprius minister ex officio.

* Mulier extra necessitatem baptizans conficit, sed peccat; sicut alii concurrentes, vel offerendo, vel suscipiendo.

5. *An non baptizatus possit baptizare.* R'. Sic, et sic duo non baptizati possunt se mutuo baptizare, quia Christus est qui baptizat; sed extra necessitatem uterque peccaret.

6. *An plures possint simul unum baptizare.* R'. Non, si conveniunt tanquam in unum dicentes, nos te baptizamus, quia sunt plures actiones; et mutatur forma; et minister debet esse unus, sicut causa prima, idest Christus. Item, si uterque diceret, ego te baptizo pro-

pria intentione, uterque baptizaret, et primus finiens baptizaret: quando vero contentiose vellent baptizare, secundus esset punendus, ut rebaptizator; si ambo simul finirent, uterque baptizaret, et esset unum sacramentum, quod Christus per duos conferret; sed essent puniendi de modo inordinato, non de iteratione. Item in necessitate unus posset plures baptizare dicendo: Ego vos, etc., nec mutatur forma, cum plurale sit singulare geminatum. Item si unus infundat aquam, et alter dicat verba, nemo baptizaret.

7. *An in baptismo requiratur aliquis, qui levet baptizatum de sacro fonte.* ℟. Sic, quasi in suam tutelam et instructionem, ut paedagogus; unde susceptor non est de necessitate sacramenti.

8. *An levans de fonte teneatur ad instructionem eius.* ℟. Sic, ut fideiussor apud Deum et paedagogus pro tempore et loco; vel si parentes non curarent docere quae ad christianum pertinent. Item non baptizatus non potest esse levans; nec pater carnalis, nisi necessitas cogat, quia est alia doctrina et alia generatio.

68. *De suscipientibus baptismum.*

1. *An omnes teneantur ad susceptionem baptismi.* ℟. Sic, secus non salvantur.

Ante Christum fuit etiam necessaria fides, vel cum sacrificiis, vel cum circumcisione filii baptizatorum nascuntur cum peccato originali, et indigent baptismo. Item sanctificatus in utero esset baptizandus, ut acciperet characterem.

2. *An sine baptismo aliquis possit salvari.* ℟. Non nisi vel in re, vel in voto, ex fide in Christum. Cathecumenus, qui non baptizatus moritur, salvatur, sed dabit poenas pro peccatis praeteritis; at qui baptizatur, vel martyrium suscipit, liberatur ab omni poena.

3. *An baptismus sit differendus.* ℟. In pueris non, quia in eis non expectatur maior instructio; in adultis sic, ne Ecclesia decipiatur a ficte accedentibus, et ut magis instruantur; et pro reverentia sacramenti; secus si sint bene instructi, vel sit periculum mortis; licet ex voto salvarentur. Item qui sine necessitate et licentia superioris differt baptismum, peccat mortaliter, idest ultra tempora statuta. Item baptismus non solum tollit peccata, sed etiam impedit ne fiant; ideo non est differendus, ut tollat peccata, quae interim fiunt.

4. *An peccatores sint baptizandi.* ℟. Qui est in proposito perseverandi in peccato, non, quia non iustificaretur; sed si dolet, sic.

* Baptismus est sacramentum fidei formatae, quam excludit voluntas peccandi. Item si baptizetur peccator obstinatus, infunditur fides et character, sed non ut dispositio ad gratiam, quamdiu manet intentio peccati.

5. *An peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.* ℟. Non, quia passio Christi satisfecit; sed tenetur satisfacere homini offenso pro iniuriis, quia laesum nullo modo placare est persistere in peccato.

6. *An peccator accedens ad baptismum debeat sua peccata confiteri.* ℟. Non, quia baptismus

est ianua sacramentorum, nec baptizato imponenda est poena, sed doleat de peccatis, quae est poenitentiae virtus.

*Baptismus Ioannis erat baptismus poenitentiae, ideo accedentes ad illum confitebantur peccata, et imponebatur poenitentia; sed baptismus Christi est sine exteriori poenitentia, et sufficit poenitentiae virtus.

7. *An qui baptizatur debeat habere intentionem suscipiendi baptismum.* ℟. Si sit adultus sic, secus non tenet; et in dubio rebaptizandus sub conditione.

8. *An requiratur fides ex parte baptizati.* ℟. Ut imprimatur character non, nec fides baptizantis; pro gratia, sic.

9. *An pueri sint baptizandi.* ℟. Sic, quia salvantur in Christo, sicut in Adam peccarunt, qui credunt, et sunt fideles per actus eorum, a quibus gestantur et suscipiuntur; et per universalem communionem Ecclesiae.

10. *An pueri infidelium, aut iudaeorum sint invitis parentibus baptizandi.* ℟. Ante usum rationis non, quia est contra ius naturae, et cum periculo: post usum rationis, si volent, sic; quia de iure divino et naturali sunt sui iuris; licet non de iure civili; sicut possunt contrahere matrimonium.

11. *An pueri in maternis uteris positi sint baptizandi.* ℟. Non, quia nemo potest renasci, nisi prius nascatur, nec ablui; nec occidenda mater. Item mortua matre est extrahendus puer, et baptizandus: si puer dum nascitur mors imminet, baptizetur in quacunque parte emergente; sed mox propter dubium erit rebapti-

zandus sub conditione; nisi fuerit in capite baptizatus.

12. *An furiosi et amentes sint baptizandi.* R'. Si a nativitate, nec habent lucida intervalla, sic; sicut baptizantur pueri in fide Ecclesiae; si post usum rationis sunt facti amentes, si petierunt, sunt baptizandi; si non habuerunt voluntatem, non sunt baptizandi. Item dormiens, si in periculo, est baptizandus; sicut et amens, idest si prius voluit.

69. *De effectibus baptismi.*

1. *An per baptismum tollantur omnia peccata.* R'. Sic, etiam actualia, quia baptizatus vivit Christo; mundatur ab omni iniquitate, et passio est medicina.

2. *An per baptismum liberetur homo ab omni reatu peccati.* R'. Sic, ac si ipse pro omnibus satisfecisset, quia fit membrum Christi; non autem a poena civili, quae tamen potest a Principe condonari.

3. *An per baptismum debeantur auferri poenalitates praesentis vitae.* R'. Non, sed post resurrectionem, sicut Christo. Item hic sunt ad coronam.

4. *An per baptismum conferantur homini gratiae et virtutes.* R'. Sic, quia derivant in nos membra a Christo capite. Item baptismus in voto causat haec, sed perfectius in re.

* Difficultas ad bonum, et pronitas ad malum in baptizatis non sunt ex defectu virtutum, sed ex concupiscentia, quae non tollitur sed minuitur.

5. *An convenienter attribuantur baptismo qui-*

dam actus virtutum. R/. Sic, ut incorporare nos Christo, illuminare intellectum veritate, foecundare affectum bonis operibus per gratiam.

6. *An pueri in baptismo consequantur gratiam et virtutes.* R/. Sic, quia fiunt membra Christi, et salvantur; et datur habitus virtutum, non actus propter impedimentum organi. Item habent habitum per actum fidei et charitatis aliorum, idest Ecclesiae.

7. *An effectus baptismi sit aperitio ianuae regni coelestis.* R/. Sic, idest removetur impedimentum introitus, qui non est nisi culpa et poena.

8. *An baptismus habeat in omnibus aequalem effectum.* R/. Effectus, qui est per se baptismi, idest regenerare, est aequalis in omnibus aequaliter dispositis, ut in omnibus parvulis; sed in adultis, qui diversimode propria dispositione disponuntur, non sic. Item effectus non per se, ut est sanitas corporis, inaequaliter participantur secundum Dei providentiam, licet homines sint aequaliter dispositi.

9. *An fictio impediat effectum baptismi.* R/. Sic, quia non est requisita voluntas, quando est cum peccato mortali.

10. *An recedente fictione baptismi consequatur effectum suum.* R/. Sic, quia removetur prohibens per poenitentiam; et baptismus non erat mortuus, sed impeditus.

70. *De circumcisione, quae praecessit baptismum.*

1. *An circumcisio fuerit praeparatoria et praefigurativa baptismi.* R/. Sic, quia erat signum fidei aggregans homines congregationi fidelium, et erat sacramentum.

* Mare rubrum et columna erant figurae baptismi, et non sacramentum: circumcisio fuit protestatio fidei, non sic baptismus Ioannis.

2. *An circumcisio fuerit convenienter instituta.* ℟. Sic, ob multa.

3. *An ritus circumcisionis fuerit conveniens.* ℟. Sic ob multa.

4. *An circumcisio conferebat gratiam iustificantem.* ℟. Sic, et ad omnes effectus ex vi passionis Christi futuri, et tollebat peccatum originale, sed non impedimentum intrandi coelum, quod erat ex parte naturae, quod fuit sublatum passione Christi.

* Adulti circumcisi liberabantur ab omni peccato etiam actuali, sed non a tota poena, ut in baptismo.

71. *De praeparatoriis, quae simul concurrunt cum baptismo.*

1. *An catechismus debeat praecedere baptismum.* ℟. Sic, quia instruendi sunt ut accipiant signaculum fidei, et puer obligatur per alios.

2. *An exorcismus debeat praecedere baptismum.* ℟. Sic, ut expellatur Daemon, ne impediat; cui subiiciuntur homines per originale peccatum, et declaratur.

3. *An ea quae aguntur in exorcismis aliquid efficiant.* ℟. Sic, et tollunt impedimenta, quia sunt sacramentalia, et declarantur singula.

4. *An sit officium sacerdotis catechizare et exorcizare baptizandum.* ℟. Sic, ex officio, sed diaconi ministerialiter, dum sacerdotes conferunt sacramenta: lector ministrat in catechismo, exorcista in exorcismo, ut ministrantes sacerdoti.

* Instruere ad fidem in conversione potest

competere omnibus; docere quomodo debet quis accipere sacramenta, principaliter ad sacerdotem pertinet, et secundario ad ministros inferiores. Instructio de conversatione christianae vitae ad Patrinos; sed de profundis mysteriis, et de perfectione christiana ad Episcopos pertinet.

72. *De sacramento Confirmationis.*

1. *An confirmatio sit sacramentum.* ℟. Sic, in quo homo accipit quandam perfectionem vitae spiritualis, quae accipitur in baptismo.

* Fuit institutum a Christo, et quia erat sacramentum plenitudinis gratiae, ideo non habuit in lege antiqua aliquid respondens.

2. *An Chrisma sit conveniens materia huius sacramenti.* ℟. Sic, ex oleo et balsamo.

* Christus Apostolis dedit effectum huius sine sacramento de plenitudine potestatis in Pentecoste. Item non est sacramentum necessitatis, ut baptismus; sed qui illud contemnit peccat.

3. *An sit de necessitate huius sacramenti, quod Chrisma sit prius per Episcopum consecratum.* ℟. Sic, sicut oleum infirmorum; et sic fit propria materia sacramenti, et licet materia corporalis non sit capax gratiae, ut subiectum, saltem est ut instrumentum. Nota, aqua pro baptismo, et panis pro Eucharistia non benedicuntur, quia fuerunt benedicta a Christo, quando suo contactu illis est usus; non sic de aliis.

4. *An haec sit conveniens forma: Consigno te signo Crucis, et confirmo te Chrismate salutis. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* ℟. Sic, quia continet quicquid pertinet ad hoc sacramentum, causam, idest Trinitatem; robur,

idest, confirmo te; et signum ad pugnandum, consigno te.

* Apostoli dabant effectum huius sacramenti miraculose, sic Christus.

5. *An sacramentum Confirmationis imprimat characterem.* R'. Sic, ideo non iteratur; et est quid spirituale augmentum ad perfectam aetatem. Nam character est quaedam spiritualis potestas ad aliquas actiones sacras ordinata.

6. *An character confirmationis praesupponat characterem Baptismi.* R'. Sic, secus, non imprimeretur; quia nemo crescit nisi prius sit natus.

7. *An per sacramentum Confirmationis conferatur gratia gratum faciens.* R'. Sic, quia datur Spiritus sanctus, et datur ad augmentum et firmamentum iustitiae. Ideo non dandum adultis peccatoribus: et si daretur non fictis, reciperent primam gratiam.

8. *An hoc sacramentum sit omnibus exhibendum.* R'. Sic, etiam morituris, ut in die resurrectionis perfecti appareant, et cum maiori gloria.

9. *An hoc sacramentum sit conferendum in fronte.* R'. Sic, quia datur robur in hoc sacramento ad pugnam spiritualem; ideo insignitur signo crucis, sicuti miles, signo ducis; quod debet esse evidens, ideo in fronte.

10. *An qui confirmatur debeat teneri ab alio.* R'. Sic, ut ab eo instruatur ad pugnam spiritualem; et quia datur perfectio spiritualis aetatis, dicitur sustentari tanquam imbecillis.

* Baptizatus licet factus sit membrum Ecclesiae, sed nondum est adscriptus militiae Chri-

sti; sic non confirmatus, non potest tenere in confirmatione.

11. *An solus Episcopus hoc sacramentum conferat.* ℟. Sic, sicut et Apostoli, quia ultima perfectio datur a supremo agente.

* Papa potest committere hoc simplici sacerdoti, quia quaedam, quae sunt superiorum ordinum, potest committere inferioribus de plenitudine potestatis.

12. *An ritus huius sacramenti sit conveniens.* ℟. Sic, quia Spiritus sanctus dirigit Ecclesiam.

* Non est necesse, ut solum a ieiunis sumatur, quod convenientius est ubi fieri potest.

73. *De sacramento Eucharistiae.*

1. *An Eucharistia sit sacramentum.* ℟. Sic, et est alimentum vitae spiritualis, sicut baptismus est spiritualis generatio, et confirmatio est augmentum.

* Ut virtus divina in baptismo operatur effectum sacramenti per aquam, ita Christus in Eucharistia per species panis et vini. Item hoc perficitur in consecratione materiae, alia in usu. Item in aliis res et sacramentum sunt in suscipiente; at in hoc res et sacramentum, scilicet corpus Christi est sub speciebus; res vero, idest gratia est in suscipiente.

2. *An hoc sacramentum sit unum, vel plura.* ℟. Est unum, non unitate indivisionis, vel continuationis, sed perfectionis, quia ordinatur ad refectionem spiritualem, quae requirit duo, scilicet potum et cibum, sicuti refectio corporalis.

3. *An Eucharistia sit de necessitate salutis.* ℟. Sic, quantum ad rem significatam, quae est unitas corporis mystici Christi, extra quod non est salus, licet gratia eius possit haberi in voto tantum, licet re non sumatur; sed non est de necessitate eo modo quo baptismus. Item augmentum spirituale, idest Christus, convertit hominem in se; secus corporale, quod convertitur in aliud.

4. *An convenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur.* ℟. Sic, ut Sacrificium, Communio, Viaticum, Eucharistia, id est bona gratia, quae tribuitur huic sacramento per antonomasiam.

5. *An institutio huius sacramenti fuerit conveniens.* ℟. Sic, quia a Christo, qui bene omnia fecit, ob multas causas (Vide).

6. *An Agnus paschalis fuerit praecipua figura huius sacramenti.* ℟. Sic, Agnus cum azymis immolatus decimaquarta lunae, cuius sanguine defensi sunt filii Israel. In hoc sacramento consideratur primo sacramentum tantum, idest panis et vinum; secundo res et sacramentum, quod est corpus Christi; tertio res tantum, idest effectus, seu liberatio.

74. *De materia Eucharistiae quantum ad speciem.*

1. *An materia huius sacramenti sit panis et vinum.* ℟. Sic, quia usus sacramenti est manducatio, sicut cibus corporis est panis, et ob alias rationes (vide). Nota, si desit unum, v. g. vinum, alterum non est consecrandum, quia non est perfectum sacramentum.

2. *An requiratur determinata quantitas panis,*

vel vini ad materiam huius sacramenti. ℟. Non, quia nulla est tam parva, vel tam magna quantitas, quae non possit consecrari, ut totus panis in foro, et dolium vini, sed quantitas non debet consecrari nisi pro usu populi, quae sufficiat.

* Si quis malo fine in magna quantitate consecraret, conficeret, sed peccaret, quia hoc sacramentum perficitur cum consecratione materiae; non in usu, ut baptismus.

3. *An panis debeat esse triticeus, ut sit materia.* ℟. Sic, quia est panis communis hominum, et in eo Christus consecravit. Item dixit de se, Nisi granum frumenti, etc.

* In alia specie grani non fit consecratio, ut in grano speltae, farri, etc. Item in grano, quod ex tritico nascitur, sed defectu terrae differt accidentaliter, ut siligo, potest esse materia. Item permixtio farinae alterius speciei, si in magna quantitate, ut in aequali, non esset materia, quia mutat speciem: in parva quantitate esset materia, quia remanet species tritici. Item panis corruptus, si mutat speciem ut si mutatur sapor, color, etc. non est materia; si non est tanta corruptio, et remanet species, est sufficiens materia, sed qui in ea conficeret peccaret ob irreverentiam. Item amidum non est materia, quia ex tritico corrupto.

4. *An hoc sacramentum debeat confici ex pane azymo.* ℟. Non est de necessitate sacramenti, et qui non servat suum ritum peccat, idest Graecus in fermentato, Latinus in azymo: rationabilior est consuetudo consecrandi in azymo, quia Christus instituit prima die Azymo-

rum, sed Graeci consecrant in fermentato, in detestationem eorum, qui volunt servari legalia.

* Solemnitas paschalis incipiebat a vesperis decimaequartae lunae.

5. *An vinum vitis sit propria materia sacramenti.* R'. Sic, quia Christus in eo consecravit et vinum proprie dicitur, quod ex vite sumitur, nam alia sunt vinum secundum quandam similitudinem ad vinum vitis.

* In aceto non, sed in vino acescente consecraretur, sed peccaret. Item in musto sic, in agresta non.

6. *An aqua sit vino permiscenda.* R'. Sic, ex Alexandro Papa, qui ait vinum aqua permixtum, quia probabile est Christum sic fecisse.

7. *An permixtio aquae sit de necessitate huius sacramenti.* R'. Non, licet quando dicitur, non potest sine aqua, intelligitur quoad decentiam. Item, cum non sit de necessitate, quaelibet aqua, etiam artificialis, posset apponi, sed peccaret qui apponeret, quia fuit vera aqua, quae fluxit ex latere, sed admixtio aquae cum farina est de necessitate sacramenti, ideo debet esse vera aqua.

8. *An aqua debeat apponi in magna quantitate.* R'. Non, quia debet converti in vinum, et vinum in sanguinem, quia non adoraretur totum adoratione latriae; nec quod aqua convertatur in aquam, quae fluxit a latere Christi, quia sic aqua seorsum consecraretur a sanguine, ut sanguis a corpore.

* Item si aqua in magna quantitate, ut solvatur species vini, non consecratur. Item si aqua ponatur in dolio, non significatur unio Ec-

clesiae cum Christo, et sic cum consecratur iterum apponenda esset aqua.

73. *De conversione panis et vini in corpus et sanguinem Christi.*

1. *An in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem.* R'. Sic, et cognoscitur sola fide, quae divinae auctoritati innititur, et ita convenit. Item, est haereticum dicere contineri solum ut in signo, licet non manducetur in modo et specie, ut videbatur ab Apostolis, ut ait August. Item, Christus in hoc sacramento est quodam modo proprio huius sacramenti; et est in diversis altaribus, non ut in diversis locis, nec ut in signo, quia non esset veritas sacramenti.

2. *An in hoc sacramento post consecrationem remaneat substantia panis et vini.* R'. Non, quia fit transubstantiatio, vel conversio: nam Christus non est ibi per motum localem, quia si moveretur desereret coelum, in quo est; transiret omnia media; non terminaretur ad diversa loca, quod esse non potest. Item, manente substantia panis, forma non esset vera, et dicendum esset potius: Hic est, quam hoc est corpus. Item panis adoraretur latria. Item post primam Hostiam non posset sumi secunda, quia non esset ieiunus. Quare corpus Christi incipit esse de novo per conversionem substantiae panis in ipsum. Item species, quae remanent, sufficiunt ad significationem huius sacramenti; nam per accidentia cognoscitur natura substantiae.

3. *An substantia panis vel vini post consecrationem annihiletur.* R'. Non, sed convertitur

in corpus Christi, et si annihilaretur, non converteretur. Item, Deus non est causa tendendi in non esse, sed virtus divina perficit hoc sacramentum: ergo, etc. Item non resolvuntur in elementa, vel in materiam primam, quae non est sine forma, et sic intercederet motus. Item substantia panis et vini remanet per totum tempus consecrationis, et in ultimo instanti prolationis iam ibi est corpus et sanguis Christi. Item forma, qua fit sacramentum, non significat annihilationem, vel resolutionem.

* Substantia panis, facta consecratione, non est sub speciebus, nec alibi; non tamen est annihilata, sed conversa in Christi corpus. Item post conversionem haec est falsa, substantia panis est aliquid; sed id, in quo est conversa est aliquid, est vera; et sic non annihilata.

4. *An panis possit converti in corpus Christi.* R'. Sic, et haec conversio est facta sola Dei virtute, nec est similis naturali. Item Christus non incipit esse sub sacramento per motum localem, et nec est ibi, ut in loco. Item agens infinitum convertit totam substantiam panis in Christum, et haec conversio dicitur transubstantiatio.

* Mutatio formalis requirit subiectum, idest materiam, quia mutatur sola forma, hic vero totum.

5. *An in hoc sacramento remaneant accidentia panis et vini.* R'. Sic, et patet sensu. Nos autem in accidentibus, quae videmus, res insensibiles honoramus.

6. *An facta consecratione in hoc sacramento re-*

maneat forma substantialis panis. R'. Non, quia tota substantia transubstantiatur.

*Forma panis convertitur in formam Christi, ut dat esse corporeum, non ut dat esse animatum. Deus dat accidentibus panis aliquam operationem formae, ut confirmare cor miraculose, non ob formam, vel materiam.

7. *An haec conversio fiat in instanti.* R'. Sic virtute divina, vel quia terminatur in substantiam corporis Christi, et sic est in instanti, vel quia non est subiectum, quod successive praeparetur; vel ex parte agentis, quod est infinitae virtutis.

*Ultimum instans prolationis verborum est primum instans, in quo est Christus; et tempus non componitur ex instantibus, nec dantur duo instantia, quia intercederet tempus; in mutationibus instantaneis simul est fieri, et factum esse.

8. *An haec sit falsa, ex pane fit corpus Christi.* R'. Non, sed non panis est corpus Christi, sicut ex aëre fit aqua, sed non aër est aqua. Item, quando propositio supponeret remanere subiectum, esset falsa, ut panis potest esse corpus Christi, vel de pane fit corpus Christi; nisi secundum quandam similitudinem, quia remanent accidentia: et sic concedi possunt, quod panis sit corpus, vel erit corpus, et de pane fit corpus Christi; ut nomine panis non intelligatur substantia panis, sed universe hoc, quod sub speciebus panis continetur, sub quibus prius erat substantia, et postea corpus Christi. Item in hac conversione sunt plura difficilia, quam in creatione, idest, quod ex nihilo aliquid fit,

sed hic totum mutatur in totum, et accidentia sunt sine substantia. Item non conceditur haec, panis potest esse corpus Christi, quia potentia respicit subiectum.

76. *De modo, quo Christus existit in hoc sacramento.*

1. *An totus Christus contineatur sub sacramento.* R. Sic, est de fide, nam ex vi sacramenti est corpus, et sanguis, ossa, nervi, etc. quia verba formae hoc faciunt; per concomitantiam sunt reliqua, quae realiter sunt coniuncta his, ut divinitas, anima Christi, et in triduo si Apostoli consecrassent non fuisset anima in sacramento, quia erat separata.

* Dimensiones panis non convertuntur in dimensiones corporis Christi, ideo Christus non est ibi per modum quantitatis, sed substantiae; quae tota in parte etiam minima continetur.

2. *An totus Christus contineatur sub utraque specie huius sacramenti.* R. Sic, sed in Hostia est sanguis per concomitantiam, in calice est corpus per concomitantiam, quia nunc sanguis non est separatus a corpore, ut in passione; et fit sub utraque specie, ad repraesentandam passionem, et quoad usum; ut detur in cibum, et potum, et propter effectum, quia corpus Christi, et sanguis animae est salus.

3. *An totus Christus sit sub qualibet parte specierum panis, et vini.* R. Sic, etiam integra hostia manente per modum substantiae, ut tota natura aëris est in qualibet parte aëris etiam ante divisionem: non est simile de speculo integro, et fracto. Item Christus in sacramento non comparatur secundum distantiam partium

sui corporis, quia est per modum substantiae; et quia Christus non est in sacramento tamquam in loco secundum quantitatem dimensivam, ideo eius partes non respondent partibus loci.

4. *An tota quantitas dimensiva corporis Christi sit in hoc sacramento.* R'. Sic, quia quantitas non separatur secundum esse a substantia, et est per concomitantiam, sicut et omnia accidentia; et quantitas Christi in sacramento non est secundum modum proprium; sed secundum modum substantiae, idest, ut sit tota in toto, etc.

* Duae quantitates dimensivae non possunt esse naturaliter simul in eodem secundum modum proprium, ideo quantitas panis est hic naturaliter secundum dimensionem, non autem quantitas Christi, quae non extenditur ultra quantitatem specierum, sicut nec Christus.

5. *An Christi corpus in sacramento sit sicut in loco.* R'. Non, quia locus esset minor locato, idest Christo. Item Christus non est hic per modum quantitatis. Item substantia panis, cui succedit Christus, non erat ut in loco sub speciebus, sed per modum substantiae, ergo nec Christus. Item corpus Christi non est commensurative in loco ratione specierum, sicut erat substantia panis, quae erat subiectum specierum.

* Corpus Christi non est sub speciebus definitive, quia est etiam alibi; nec localiter, quia non est per commensurationem propriae quantitatis; et quod non sit extra speciem sacramenti solum probat, quod ibi incipit esse per conversionem, etc. Item ille locus est plenus quantitate specierum. Item locus est accidens ex-

trinsecum, ideo non venit concomitanter cum Christo, sicut alia accidentia.

6. *An corpus Christi in sacramento sit mobile.* R'. Christus secundum hoc esse quod habet in sacramento, non movetur per se secundum locum, quia non est localiter, sed per accidens ad motum specierum; similiter de aliis mutationibus, quare Christus immobiliter est in sacramento, quia in coelo est quietus.

7. *An corpus Christi ut est in sacramento possit videri ab oculo glorificato.* R'. Non, quia accidentia Christi, ut sic non mutant medium, cum sint hic per modum substantiae, quare solo intellectu intelliguntur per visionem divinae essentiae, ut intellectus viatoris per fidem, quia modus existendi est supranaturalis. Item Daemones non vident Christum in sacramento, sed per signa evidentia convincuntur credere.

* Oculus corporalis Christi videt se in Sacramento existentem, non tamen videt modum existendi, quod pertinet ad intellectum.

8. *An quando in Sacramento apparet miraculose caro, vel puer sit ibi vere corpus Christi.* R'. Si apparitio fit tantum in oculis videntium, quia eorum oculi immutantur, tunc Christus est in sacramento; si mutatio fit in sacramento, si remanent species, est Christus, ideo adoratur.

77. *De accidentibus remanentibus in hoc sacramento.*

1. *An accidentia remaneant sine subiecto in Sacramento.* R'. Sic, quia non in substantia panis, cum non sit; non in corpore Christi, quia impassibile, et his non potest affici; non in aëre

circumstante, quia accidentia non transeunt de subiecto in subiectum, nec moventur cum aëre: sed Deus causa prima illa conservat.

2. *An in hoc sacramento quantitas sit subiectum accidentium.* R. Sic, quia divinitus datur quantitati esse per se, et est alba, etc. et accidentia sunt quanta per eam.

3. *An species, quae remanent possint immutare aliquid extrinsecum.* R. Sic, quia sentiuntur, et agunt, ut prius; quia habent esse, licet divinitus.

4. *An species sacramentales possint corrumpi.* R. Sic, ut prius, quia servant idem esse. Item corruptio haec non est miraculosa.

5. *An ex speciebus sacramenti possit aliquid generari.* R. Sic, sed non ex corpore Christi, sed ex ipsa quantitate, quae a Deo habuit, ut sit subiectum, et suppleat vicem materiae.

6. *An species sacramentales possint nutrire.* R. Sic, quia convertuntur in aliam substantiam, et quia habent substantiae virtutem.

7. *An species sacramentales frangantur in hoc sacramento.* R. Sic, et fractio fit in subiecto, idest, in quantitate dimensiva panis; non frangitur corpus Christi, quia est incorruptibile, et est totum in qualibet parte, et Christus manducatur secundum species, quae franguntur.

8. *An aliquis liquor possit vino consecrato commisceri.* R. Sic, et si quod miscetur est alterius speciei, ita ut fieret quoddam tertium, non remaneret vinum, nec corpus Christi; si eiusdem speciei, v. g. vinum, si miscetur per totum, licet sit idem specie, tamen non est idem numero, et sic non esset ibi sanguis Christi; si pars

parva, ut gutta, in illa parte cui miscetur desinit esse sanguis Christi.

* Non est idem de acqua benedicta, quia benedictio non mutat substantiam aquae, ut facit consecratio vini.

78. *De forma sacramenti Eucharistiae.*

1. *An haec sit forma sacramenti: Hoc est corpus meum, et Hic est calix sanguinis mei.* R. Sic, et alia verba non sunt de necessitate sacramenti, sed praecepti. Nota alia sacramenta sunt in usu materiae, hoc in consecratione materiae; in aliis minister benedicit materias, hic vero minister solum profert verba, et Deus convertit; et Christus his verbis consecravit.

2. *An haec sit conveniens forma consecrationis panis, Hoc est corpus meum.* R. Sic, quia significat id, quod efficit, idest conversionem in facto esse.

3. *An haec sit conveniens forma consecrationis vini, Hic est calix sanguinis mei novi, etc.* R. Sic quia Ecclesia ab Apostolis accepit. Per prima verba significatur conversio in sanguinem, per ultima effectus sanguinis effusi.

* Evangelistae texunt historiam, et non intendunt formas sacramentorum dare, quas expediebat esse occultas, et sumi ex diversis locis scripturae, et traditione Ecclesiae.

4. *An in verbis formarum insit aliqua vis creata effectiva consecrationis.* R. Sic, sed instrumentalis, quam habent ex mandato Christi, sicut est in ipsis sacramentis, sed principalis efficiens est virtus Spiritus sancti. Item creatura non agit opera miraculosa, ut agens principale,

sed ut instrumentum; sed non fuit instrumentum in conceptione corporis Christi, vel in creatione mundi. Item virtus verborum est simplex, et perficitur in ultima prolatione cum ordine ad praecedentia.

5. *An praedictae locutiones sint verae.* R'. Sic, et sacerdos non illa recitat materialiter, quasi illa Christus dixisset, sed profert conficiendo, et habent vim, ac si praesentialiter Christus proferret, sicut Christus tangens aquas dedit vim sanctificandi omnibus aquis usque ad finem mundi. Item ly hoc, efficit, quod significat, idest ut ibi sit corpus Christi, et non tantum ut signum, quod esset haereticum.

6. *An forma consecrationis panis consequatur suum effectum antequam dicatur forma sanguinis.* R'. Sic, idest corpus ex vi verborum, sanguis per concomitantiam.

* Hoc sacramentum est unum perfectione, constans ex cibo, et potu, quorum utrunque per se habet perfectionem; non sic trina immersio in baptismo.

79. *De effectibus sacramenti Eucharistiae.*

1. *An per hoc sacramentum conferatur gratia.* R'. Sic, Christus, sicut quando venit visibilis contulit gratiam, ita quando sacramentaliter; quando sumitur saltem in voto: et quando actu sumitur augetur, et sumitur gratia, non ad resistendum hosti, sed ut homo sit perfectus in se per coniunctionem cum Deo. Item excitat ad actum gratiae cum virtute charitatis, et per redundantiam gratia iuvat etiam corpus.

2. *An effectus huius sacramenti sit etiam ade-*

plio gloriae. R'. Sic instrumentaliter, quia dat vim patiendi pro Christo.

3. *An effectus uius sacramenti sit remissio peccati mortalis.* R'. Sic, quia habet vim a passione Christi; quae est causa remissionis peccatorum, quando quis accedit reverenter, secus si cum conscientia peccati mortalis, tunc enim est mors.

4. *An per hoc sacramentum remittantur venialia.* R'. Sic, quia excitatur charitas in actu. Item, nos possumus esse sine veniali aliquo tempore.

5. *An per hoc sacramentum poena peccati remittatur.* R'. Sic, sed non totius, sed secundum modum devotionis, et fervoris. In baptismo tota.

6. *An per hoc sacramentum praeservetur a peccatis futuris.* R'. Sic, quatenus roborat vitam spiritualem, et munit auxiliis.

7. *An hoc sacramentum prosit aliis, quam sumentibus.* R'. Ut sacrificium prodest etiam aliis secundum eorum dispositionem

8. *An per peccatum veniale impediatur effectus huius sacramenti.* R'. Peccata venialia praeterita, non: quae sunt in actu sic, non ex toto, sed in parte, quia impediunt fervorem charitatis, et dulcedinem spiritualem huius cibi.

80. *De usu, seu sumptione huius sacramenti in communi.*

1. *An distingui debeant duo modi manducandi corpus Christi.* R'. Sic, et imperfecte quando sumitur tantum sacramentum sine fructu; et perfecte quando cum fructu, et effectu.

* Sumitur etiam spiritualiter, idest in voto, et cum effectu, idest gratia; et mox quando a-

ctualiter manducatur plenius inducitur sacramenti effectus.

2. *An sit solius hominis sumere sacramentum spiritualiter.* ℟. Ut sacramentum, idest, sub speciebus, est solius hominis; ut Christus in propria specie, est etiam Angelorum.

3. *An solus homo possit Christum sacramentaliter manducare.* ℟. Sic, etiam homo peccator, etiam infideles ex parte manducati.

4. *An peccator sumens corpus Christi sacramentaliter, peccet.* ℟. Peccat mortaliter, et sacrilege; quia non est unitus Christo, et membris in charitate.

5. *An accedere ad hoc sacramentum cum peccato sit gravissimum peccatum omnium.* ℟. Simpliciter, non, quia peccare in divinitatem est maius, sed secundum quid, sic.

6. *An sacerdos debeat negare sacramentum peccatori petenti.* ℟. Publicis peccatoribus sic; occultis, non, sed eos admoneat, ut eos poeniteat.

7. *An nocturna pollutio impediat a sumptione Eucharistiae.* ℟. Si ex aliqua causa peccati mortalis, impedit; si veniali, vel nulla, non; nisi ex congruentia, ut coitus coniugalis.

8. *An cibus, vel potus praeassumptus impediat communionem.* ℟. Excepto Viatico, impedit ex praecepto Ecclesiae.

* Ieiunium debet esse naturale. Item reliquiae cibi, saliva, vel aqua dum abluitur os, si deglutiatur per modum salivae, si non est magna quantitas, non impediunt. Item est dies a media nocte, nec refert si non dormivit. Item post sumptionem fit aliqua mora, ideo dicuntur orationes in missa post sumptionem.

9. *An non habentes usum rationis debeant sumere hoc sacramentum.* ℟. Si numquam habuerunt, non; qui aliquando habuerunt, et apparuit signum devotionis pro hoc sacramento in morte, est dandum, si sine periculo; idem de obsessis a Diabolo. Item non pueris recenter natis.

10. *An liceat quotidie hoc sacramentum sumere.* ℟. Qui esset dispositus devotione, et reverentia, laudabiliter accipiet; sed simpliciter loquendo, non est utile omnibus quotidie communicare, nisi quando sunt parati.

* Fuerunt varia praecepta sumendi in prima Ecclesia quotidie: postea ter in anno, Pentecoste, Natali, Paschate, et addidit Soter Papa etiam in Coena: tandem Innocentio Tertio, ut saltem semel in anno: libro tamen de Ecclesiasticis Dogmatibus consulitur, ut omnibus diebus dominicis.

11. *An liceat omnino a communione cessare.* ℟. Non, quia est praeceptum divinum; sed tempus est determinatum ab Ecclesia.

12. *An liceat sumere corpus sine sanguine.* ℟. Sacerdotibus non, quia in utroque perfectio sacramenti consistit: laicis in aliqua Ecclesia sic, ob cautelam, et reverentiam ne effundatur: nam perfectio sacramenti consistit in consecratione, ideo sacerdos utrumque accipit.

31. *De modo, quo Christus usus est hoc sacramento.*

1. *An Christus in coena sumpserit suum corpus, et sanguinem.* ℟. Sic.

* Christus potuit esse in seipso, ratione specierum, ad quas habet ordinem, licet non ac-

ceperit gratiam habitualem, sed habuerit delectationem ex institutione.

2. *An Christus dederit Iudae suum corpus.* R. Sic, sicut et aliis, quia erat occultus peccator et ut sic notus Christo ut Deo. Bucella non erat corpus.

3. *An Christus sumpserit, et dederit discipulis corpus impassibile.* R. Non, quia dedit quod habuit, idest passibile, sed impassibili modo erat sub sacramento, sicut erat invisibile, quia non mediantibus dimensionibus, quibus fit contactus; nunc est impassibile, ut in coelo.

4. *An si illud sacramentum fuisset servatum in tempore mortis Christi, fuisset mortuum corpus.* R. Sic, quia quicquid convenit Christo in propria specie, convenit ei sub sacramento, qui est idem secundum substantiam in utroque, sed non eodem modo, et sic quae competunt ei in comparatione ad corpora extrinseca, non conveniunt ei prout est in sacramento, ut irrideri, conspui, etc. et sic ut est in sacramento non potest pati ab agente extrinseco; nec tempore mortis fuisset sanguis in hostia, vel corpus sub speciebus vini.

82. *De ministro huius sacramenti.*

1. *An consecratio sit propria sacerdotis.* R. Sic, quia gerit personam Christi, a quo habet potestatem.

* Vis consecrandi non solum consistit in verbis, sed etiam in potestate tradita in consecratione.

2. *An plures sacerdotes possint unam, et eandem hostiam consecrare.* R. Sic, unde noviter

ordinati concelebrant, sed omnium intentio debet ferri ad idem instans consecrationis, et in hoc casu plures sunt unum in Christo, et servandus est ritus Ecclesiae.

3. *An dispensatio huius sacramenti pertineat ad solum sacerdotem.* ℟. Sic, et nullus debet tangere Eucharistiam, nisi cadat in terram, vel alio casu necessitatis.

* Dispensat sanguinem diaconus, et in necessitate corpus, iubente Episcopo, vel sacerdote.

4. *An sacerdos consecrans teneatur sumere sacramentum.* ℟. Sic, quia sacrificat, et debet esse particeps sacrificii.

* Si miraculose appareret caro, vel sanguis, non debet sumere, nec peccaret, quia lex non obligat ad miraculosa.

5. *An malus sacerdos possit consecrare Eucharistiam.* ℟. Sic, quia ut minister Christi, sed non debet, quia peccat.

6. *An missa mali sacerdotis minus valeat, quam missa boni.* ℟. Ratione sacramenti, non; ratione orationum ex opere operantis sic, sed plus boni, sed ut eas dicit in persona Ecclesiae valent.

7. *An haeretici, schismatici, excommunicati possint consecrare.* ℟. Possunt, sed peccant, quia habent potestatem; et eorum oratio non iuvat quia praecisi ab Ecclesia.

8. *An sacerdos degradatus possit conficere sacramentum.* ℟. Potest, quia character, in quo est potestas, est indelebilis.

9. *An liceat ab excommunicatis et peccatoribus communicare, et missam audire.* ℟. Non, si peccatores sint praecisi ab Ecclesia; secus licet, quia quoad alios non sunt privat', sed tolerati.

Item speciatim prohibemur audire missam no torii concubinarii, quia homines sunt valde pro pensi ad carnem. Item dicitur notorius, qu est in iudicio sententiatus, vel confessus, vel s non potest celari.

10. *An liceat sacerdoti omnino abstinere a con secratione.* R'. Non, et si non sit curatus, saltem in praecipuis festis.

* Excommunicatus si facit quod potest excu satur, peccator tenetur confiteri: infirmitas, ve impossibilitas, vel periculum excusat, verum leprosus posset occulte celebrare.

83. *De ritu huius sacramenti.*

1. *An in hoc Sacramento Christus immoletur* R'. Sic, quia repraesentat passionem Christi quae est propria immolatio, et quia nos faci participes fructuum passionis Christi, quod es proprium huius sacramenti.

* Est unum sacrificium, quia una hostia, quam Christus, et nos ubique offerimus; et quatenus sacerdos repraesentat Christum, in cuius vir tute consecrat est idem sacerdos.

2. *An convenienter sit determinatum tempus ce lebrandi.* R'. Sic, quia Christus a tertia ad no nam circa est passus.

* Quotidie fit missa pro fructu passionis, licet s`mel in anno recolatur passio Christi. Item in parasceve non fit, quia est figura illius veri ce die oblati, in natali tripliciter, ob tres Christ nativitates.

3. *An hoc sacramentum oporteat celebrari in domo, et vasis sacris.* R'. In domo, idest in Ec clesia, potest tamen sub dio cum requisitis, qua

unt multa, et declarantur, cum ministris.

4. *An convenienter ordinentur ea, quae circa hoc sacramentum dicuntur.* R/. Sic, et declarantur omnes partes missae.

5. *An quae in celebratione missae aguntur sint convenientia.* R/. Sic, et explicantur omnes caeremoniae, et ritus missae.

6. *An possit sufficienter occurri defectibus missae.* R/. Sic, si serventur statuta Ecclesiae, ut si sacerdos post consecrationem deficiat, alius suppleat; si meminerit se non ieiunum, prosequatur; vel se in peccato, vel excommunicatum, conterat se; si ante, relinquat, nisi propter scandalum; si animal, vel venenum in calice cadat post consecrationem, animal lavetur, et comburatur, et cinis mittaturin sacrarium, et sanguis cum reliquiis, et posito vino incipiat a consecratione sanguinis; si post consecrationem meminerit non posuisse aquam, pergat, et nullo modo ponat aquam; si advertit non esse vinum, sed aquam, si post sumptionem corporis, sumat hostiam et vinum; si ante, solum vinum; si non recordatur aliqua dixisse, prosequatur, quia saepe ex usu dicuntur; si constat probabiliter non dixisse, si non sunt de necessitate prosequatur, si de necessitate, ut forma, resumat. Pars hostiae in calice non est de necessitate; si cecidit sanguis in tabula vel mappa, poeniteat, ut in iure canonico; sic si evomat, etc.

84. *De sacramento poenitentiae.*

1. *An poenitentia sit sacramentum.* R/. Sic, materia sunt actus humani, quos exhibet poenitens movente Deo intus, et perficitur a ministro,

* In hoc sacramento, sacramentum tantum sunt actus sensibiles; res et sacramentum est poenitentia interior; res tantum est remissio peccati.

2. *An peccata sint propria materia huius sacramenti.* R'. Remota, peccata detestando; proxima actus sensibilis poenitentis, idest dolor, confessio, satisfactio.

* Poenitentia proprie, et principaliter est de mortali; proprie, non principaliter de veniali; sed de originali non; nisi poenitentia sumatur, ut est detestatio rei praeteritae.

3. *An haec sit forma, ego te absolvo.* R'. Sic, quia efficit quod significat; idest interiorem absolutionem.

* Sacerdos absolvit ut minister: Deus auctoritative principaliter.

4. *An impositio manuum sacerdotis requiratur necessario.* R'. Non in poenitentia, sed ubi datur copiosa, et excellens gratia ut in ordine et confirmatione.

5. *An hoc sacramentum sit de necessitate salutis.* R'. Non, sed ex suppositione peccati, ut medicina corporalis: Christus remittebat peccata sine poenitentia exteriori, non sine interiori.

6. *An poenitentia sit secunda tabula post naufragium.* R'. Sic, metaphorice, nam navis, idest baptismus est prima; vel est reaedificatio domus spiritualis.

7. *An hoc sacramentum fuerit convenienter institutum in nova lege.* R'. Sic, (et declaratur) in veteri, et lege naturae fuit poenitentia, sed non potestas clavium.

8. *An poenitentia debeat durare usque ad finem*

vitae. R'. Interior, idest displicentia de peccatis sic, sed non exterior.

9. *An poenitentia possit esse continua*. R'. Secundum habitum, seu propositum, sic; sed non secundum actum, quia impossibile.

*Tristitia in sensu nata ex displicentia voluntatis, est moderanda; secus esset vitiosa, et virtus est in medio.

10. *An sacramentum poenitentiae debeat reiterari*. R'. Sic, quia saepe peccamus, et baptismus est nativitas, quae semel fit.

83. *De sacramento poenitentiae, secundum quod est virtus.*

1. *An poenitentia sit virtus*. R'. Vel est virtus, vel actus virtutis, non tamen, ut dicit dolorem in sensu, quia ut sic est passio; sed ut est dolor in voluntate, de quo est dolendum, poenitentia est de praeterito, ut quis ex vitioso fiat studiosus.

2. *An sit specialis virtus*. R'. Sic, quia in ea est specialis actus et speciale obiectum, idest dolor de praeterito, ut offensa Dei, quatenus est emendabile auxilio Dei.

3. *An virtus poenitentiae sit species iustitiae*. R'. Sic, quia dicit vindictam peccati, et compensationem, quod pertinet ad iustitiam.

*In poenitentia non est iustum simpliciter, sed iustum secundum quid, quale est inter dominum et servum, et inter patrem et filium; et quamvis sit species iustitiae, tamen quodam modo comprehendit ea, quae pertinent ad omnes virtutes, ut fidei, prudentiae, etc.

4. *An voluntas sit proprium subiectum poeni-*

tentiae. R'. Sic, quia est species iustitiae, quae est in voluntate.

5. *An principium poenitentiae sit ex timore.* R'. Poenitentia, ut est habitus, infunditur a Deo sine nobis principaliter operantibus, sed non sine nobis dispositive cooperantibus per aliquos actus, ut est motus fidei, motus timoris servilis ob poenam, motus spei, charitatis, timoris filialis.

6. *An poenitentia sit prima virtutum.* R'. Ordo in virtutibus non attenditur secundum tempus, quia sunt simul, cum sint connexae, sed secundum naturam; et ordo naturae sumitur ex actibus, quia scilicet actus unius supponit actum alterius; et sic actus fidei, spei informis, et timoris servilis, praecedunt actum et habitum poenitentiae etiam tempore; sed charitas et aliae virtutes, et earum actus sunt simul cum poenitentia tempore, quia in iustificatione liberum arbitrium simul movetur in Deum per charitatem, et in peccatum per poenitentiam; sed actus amoris in Deum est prior, quam actus poenitentiae in peccatum, quia hic est ab illo, quia Deus est causa finalis et prior intentione. Item virtutes theologicae, et aliae, quae per se sunt in Deum, sunt priores poenitentia, quae per accidens, et ex suppositione peccati, etc.

86. *De poenitentia quoad peccatorum mortalium remissionem.*

1. *An per poenitentiam omnia peccata removeantur.* R'. Viatorum sic, secus derogaretur libertati hominis, vel efficaciae divinae; sed damnatorum non, quia confirmati in malo, et non dolent de peccatis, sed de poena.

* Aliqua peccata dicuntur irremissibilia, quia non facile remittuntur.

2. *An sine poenitentia peccatum remitti possit.* R. Sine poenitentia virtute non; sine poenitentia sacramento potest remitti a Deo.

* In pueris est tantum habitualis deordinatio, et sic sufficit infusio habitualis gratiae et virtutum: in adultis requiritur actualis mutatio voluntatis.

3. *An per poenitentiam possit unum peccatum sine alio remitti.* R. Non, quia repugnat gratiae et dolori de offensa Dei.

* Peccata sunt connexa quantum ad aversionem, ex qua est offensa. Item dilectio naturalis, qua nos Deus diligit non ordinat ad gloriam, ideo cum ea potest esse peccatum mortale; sed dilectio gratiae, non.

4. *An remissa culpa per poenitentiam, remaneat reatus poenae.* R. Remittitur reatus aeternus, et manet temporalis.

5. *An remissa culpa mortali, tollantur omnes reliquiae peccati.* R. Remanent dispositiones causatae ex actibus conversionis ad creaturas, quae dicuntur reliquiae, sed debilitatae, et diminutae.

6. *An remissio culpae sit effectus poenitentiae.* R. Sic, ut est sacramentum, quod habet pro materia poenitentiam virtutem cum charitate.

87. *De remissione venialium peccatorum.*

1. *An peccatum veniale possit remitti sine poenitentia.* R. Non, quia per veniale etiam deordinatur voluntas a Deo, dum immoderate se convertit ad creaturas; ergo debet voluntas mo-

derari per poenitentiam. Item non sufficit habitualis displicentia, quae habetur per habitum charitatis, vel poenitentiae, quia sic charitas excluderet omne veniale.

* Homo potest vitare omnia et singula mortalia, et omnia sed non singula venialia. Item fervor charitatis virtualiter claudit displicentiam venialium. Passio pro Christo suscepta obtinet vim baptismi, ideo liberat ab omnibus, nisi actualiter voluntas eis inhaereat.

2. *An ad remissionem venialium requiratur gratiae infusio.* ℟. Non, sed sufficit motus eius, vel charitatis; quando infunditur de novo gratia tolluntur peccata venialia, quia non sine motu liberi arbitrii infunditur in adultis, et actu tolluntur.

3. *An venialia remittantur per aspersionem aquae benedictae, et huiusmodi.* ℟. Sic, quia sine sacramento, et nova infusione gratiae tolluntur, sed solum per actum gratiae explicite vel implicite, quo quis fertur in Deum detestans peccata, ut est oratio, reverentia in Deum, et ad res divinas, et sic episcopalis benedictio, aqua benedicta, et id genus alia, quia inclinant animam ad motum poenitentiae, et ex se operantur ad remissionem venialium, nisi mens actu aliquibus inhaereat quoad culpam, sed non semper tollitur totus reatus, sed secundum modum fervoris.

4. *An veniale peccatum possit remitti sine mortale.* ℟. Non, quia requiritur motus gratiae, quae non est cum mortali.

88. *De reditu peccatorum per poenitentiam dimissorum.*

1. *An peccata dimissa redeant per sequens peccatum.* R. Peccata, ut sunt conversio, non redeunt, quia sic producerent contrarium, ut prodigalitas avaritiam: ut sunt aversio, per peccatum sequens redit id, quod erat in peccatis remissis, scilicet privatio gratiae, et reatus poenae aeternae.

* Qui offendit in uno, factus est omnium reus, sed non redeunt privatio, macula, et reatus peccatorum, prout aversiones pendent a conversionibus, quia opus Dei, idest remissio per opus hominis non irritatur, et remissio fit etiam secundum praescientiam Dei simpliciter; licet sequens peccatum propter ingratitudinem sit gravius. Quare non redeunt simpliciter, sed secundum quid, quia sequens est gravius.

2. *An peccata dimissa redeant per ingratitudinem.* R. Sic, sed specialius per odium fraternum, apostasiam a fide, contemptum confessionis, et dolorem de poenitentia habita.

* Per peccatum veniale nemo incurrit ingratitudinem, quia non est contra Deum.

3. *An per ingratitudinem peccati sequentis surgat tantus reatus, quantus fuerat remissorum.* R. Non est necesse, sed secundum quantitatem peccati consequentis. Item surgit quantitas ingratitudinis, sed secundum quantitatem beneficii, supposito aequali contemptu, et offensa.

4. *An ingratitudo ob quam redeunt peccata dimissa sit speciale peccatum.* R. Si peccat in contemptum Dei, et recepti beneficii, est speciale

peccatum; si secus, est circumstantia generali peccati, qua in quolibet peccato mortali est ingratus, non est speciale.

89. *De virtutum recuperatione per poenitentiam.*

1. *An per poenitentiam virtutes restituantur.* ℣. Sic, quia ad gratiam sequuntur omnes virtutes, quam causat sacramentum, non ut virtus, quia sic poenitentia causatur a sacramento; contritio se habet ut ultima dispositio ad gratiam, et quia propter actus praecedentes remanserunt reliquiae, inde oritur difficultas operandi, licet ex parte charitatis, et virtutum poenitens delectabiliter operetur.

2. *An post poenitentiam homo resurgat in aequali gradu virtutum.* ℣. Non semper, sed secundum motum liberi arbitrii, qui, si est intensior, in maiori virtute; si remissior in minori virtute resurget, quia ultima dispositio ad gratiam est motus liberi arbitrii.

* Non omnibus diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, et maxime casus, sed praedestinatis, qui finaliter resurgunt; quia eo stabilior est homo, quo est cautior, et humilior.

3. *An per poenitentiam homo restituatur in pristinam dignitatem.* ℣. Recuperat, quod sit filius Dei, sed non dignitatem innocentiae, sicut nec virginitatem, licet aliquando quid maius recuperet. Dignitatem ecclesiasticam quando recuperet, vide ius canonicum.

4. *An opera virtutum in charitate facta possint mortificari.* ℣. Sic per analogiam, quia opus, seu effectus, qui est perducere ad gloriam impeditur, et hoc ob libertatem flexam in malum.

5. *An opera mortificata per peccatum, revivi-cant per poenitentiam.* R'. Sic, quia erant in ac-eptatione divina, unde habent vim; et erant in ctu; et quia sublatum est impedimentum: non c opera mortua.

* Resurgens in minore charitate habebit prac-ium essentiale secundum eam, sed habebit aius gaudium accidentale de primis operibus maiori charitate factis, quam de secundis.

6. *An per poenitentiam subsequentem opera mor-ua vivificentur.* R'. Non, quia non possunt rever-, ut sint viva, solum peccatum remittitur.

* Opera mortificata non dicuntur talia ex par-principii, sed ex parte impedimenti, quia erunt facta in charitate; illa, non: licet qui aec faciunt, minus patientur, vel habebunt emporalem mercedem.

90. *De partibus poenitentiae in generali.*

1. *An poenitentiae debeant partes assignari.* R'. ic, contritio, confessio, satisfactio, quibus in-gratur, quae sunt materia, sed virtus divina, uae in eo operatur, est simplex; et peccata sunt ateria remota, prout sunt obiecta actuum hu-anorum, qui sunt materia poenitentiae, ut est cramentum; quia poenitentia, ut virtus, non abet materiam, nec partes

2. *An convenienter assignentur partes poenitentiae, contritio, confessio, satisfactio.* R'. Sic, quia c recompensatio requiritur secundum volun-tem peccantis, et Dei, et non, ut in iustitia ndicativa in voluntate iudicis. Item sunt par-s materiales, quia essentiales sunt materia, et rma.

* Contritio cordis, ut dicit propositum confitendi virtualiter, pertinet ad exteriorem poenitentiam. Item satisfactio, ut est in proposito, da gratiam, quam auget in executione.

3. *An haec tria sint partes integrales poenitentiae.* ℟. Sic, quia integrant, et non sunt partes subsecutivae, quia in qualibet esset tota poenitentia; nec potentiales propter eandem causam

4. *An poenitentia convenienter dividatur in poenitentiam ante baptismum, mortalium, et venialium.* ℟. Haec divisio est poenitentiae, ut est virtus, et est bona secundum diversa tempora primo in generatione novae vitae; secundo in corruptae vitae emendatione; tertio in perfectione

EX

SUPPLEMENTO SUMMAE D. THOMAE

1. *De partibus poenitentiae in speciali, et primo de contritione.*

1. *An contritio sit dolor de peccatis assumptus.* R. Sic, quia actus ille, quo peccatum dimittitur, per similitudinem dicitur contritio, quia frangitur in minutissimas partes duritia cordis hominis facta per peccatum praesertim superbiae; imo dolor poenitentiae omnino tollit duritiam peccati, et sic per translationem dicitur contritio. Item, in contritione multa considerantur, ut substantia, actus meritorius, agendi principium, et effectus; ideo varie definitur; nam ut est actus virtutis, et pars sacramenti, est dolor pro peccatis assumptus cum proposito confitendi, et satisfaciendi. Item, ut est actus virtutis tantum sic definitur: est dolor voluntarius pro peccato puniens in se, quod dolet commisisse, et aliis modis.

* Licet peccata sint voluntaria, quando fiunt, tamen quando conteritur, vel dolet, non sunt voluntaria voluntate praesenti, ideo de his dolet. Item, contritio ratione formae, idest charitatis, est a Deo, sed quoad substantiam actus est a libero arbitrio. Item, licet per contritionem possit tolli tota poena; tamen adhuc confessio, satisfactio sunt necessaria, tum quia non

sumus certi de perfecta contritione, tum quia est praeceptum confessionis.

2. *An contritio sit actus virtutis.* R'. Sic, quia est actus meritorius, ergo virtutis; et quia est actus poenitentiae, quae destruit peccatum.

* Dolor in parte sensitiva non est de essentia contritionis, sed est effectus: sed dolor, qui est in voluntate est contritio essentialis. Item, in spiritualibus attritio est displicentia imperfecta, sed contritio est perfecta.

3. *An attritio possit fieri contritio.* R'. Non, quia habent principia omnino diversa, quia attritionis principium est timor servilis; contritionis est filialis. Item sunt actus, et non habitus; et ante charitatem non est habitus ut producatur actus: et dolor imperfectus non potest informari adveniente charitate, quia non manet habitu nec est eadem ratio de habitu fidei, et contritione.

2. *De contritionis obiecto.*

1. *An homo debeat conteri de poenis, et non solum de culpa.* R'. De malis poenae potest esse dolor sed non contritio; quia contritio est poena voluntaria de culpa, et nemo dolet de poena, quam vult.

* Poenitentia quae est de vita mortali, non est ratione mortalitatis, sed ratione peccatorum, quae inde nascuntur. Item, dolor de virtute amissa, non est essentialiter contritio, sed principium, quia hinc movetur.

2. *An contritio debeat esse de peccato originali.* R'. Proprie non, quia non est contractum a nostra voluntate, potest tamen esse displicentia, vel dolor.

3. *An debeamus conteri de omni actuali peccato.* R'. Sic, quia poenitentia est de omnibus peccatis, ut medicina; nec peccatum remittitur, nisi homo iustificetur, quod fit per contritionem. Item, licet quaedam peccata, ut accidiae, fiant per tristitiam, tamen curantur cum tristitia contritionis, quae opponitur peccato, ut est voluntarium contra Deum, et non super materiale tristitiae. Item, de totaliter oblitis doleat in genere de omni offensa Dei. De oblitis in specie, et non in genere facta diligentia doleat in genere, doleat de negligentia qua contigit oblivio, sed si postea in memoriam venerit tenetur specialiter conteri. Item, ignorantia si omnino tollit voluntarium excusat; si non, non excusat a culpa: et ideo de peccato per ignorantiam commisso debet esse contritio. Item, post contritionem de mortali potest remanere veniale; sed non contra: ideo de veniali debet esse contritio eo modo, quo poenitentia.

4. *An de peccatis futuris debeat aliquis conteri.* R'. Non, licet in contritione sit quaedam cautio cavendi in futurum, quae est pars prudentiae. Item liberum arbitrium est de futuris, tamquam de actibus, et non tamquam de obiectis actuum. Item, obiectum cogitationis est etiam praeteritum. Item, quando peccatum praeteritum aggravatur secundum effectum consequentem ex illo, ut peccatum Arii, tamen consequens effectus praecessit in causa, in qua fuit tota quantitas culpae; et sic licet crescat quoad poenam accidentalem, quae nondum determinata est, tamen non crescit, quoad culpae rationem.

5. *An homo debeat conteri de peccato alieno.*

℟. Non, quia contritio est de propria duritie. Item, ex charitate de alienis dolemus, non tamen conterimur; nec omnis dolor de peccato alieno est contritio, nisi simus participes.

6. *An de singulis peccatis mortalibus requiratur contritio.* ℟. Quantum ad principium debet esse de singulis peccatis, quae in memoria habet, sicut oportet singula peccata mortalia confiteri; quantum ad terminum, qui est quando dolor gratia informatur, sufficit una contritio pro omnibus, quia respicit omnes dispositiones praecedentes. Unus baptismus delet omnia peccata, quia agit virtute passionis Christi, sed in contritione cum merito Christi requiritur actus noster, qui habet vim finitam. Vel dicendum, quod baptismus est generatio, poenitentia est sanatio per modum alterationis.

3. *De quantitate contritionis.*

1. *An contritio sit maior dolor, qui esse possit in natura.* ℟. Sic, quia fundatur in charitate, qui est amor maximus, et quia est de maximo malo, idest de culpa, quae est maius malum, quam poena. Item, quia ultimus finis super omnia placet, et sic contrarium, scilicet peccatum, super omnia displicet: non sic de dolore in sensu causato a contritione. Item, gaudium de poenitentia non minuit tristitiam, quia non est ei contrarium. Item, homo magis debet dolere de peccato ut est offensa Dei, quam ut est nocivum, quia magis debet diligere Deum, quam se, ergo magis debet ei displicere offensa Dei, quam poena inferni, et quia inter poenas maxima est separatio a Deo. Nota, non est tentandus homo

cum hac doctrina, quia saepe minus displicet, quod magis displicere videtur, et quia nocumentum sensibile est magis nobis notum.

2. *An dolor contritionis possit esse nimis magnus.* R/. Dolor in ratione de peccato, ut est offensa Dei non potest esse nimius, quia procedit ex amore charitatis erga Deum, quae nunquam est nimia; sed ut est dolor sensibilis, potest esse nimius, sicut exterior afflictio corporis, et debet moderari pro viribus corporis, ut obsequium sit rationabile.

3. *An debeat esse maior dolor de uno peccato, quam de alio.* R/. Sic, quia unum peccatum est gravius altero, et quia modus plagarum debet esse secundum mensuram peccati, et homo magis debet dolere de eo, quod debuit magis vitare, et offensa Dei est maior in uno peccato, quam in altero, idem dicendum de dolore sensitivo voluntarie assumpto. Item, quando contritio est una de omnibus peccatis ut in iustificatione, tunc est maior de uno, quam de altero habitualiter, vel in proposito, imo implicite dolet de singulis.

4. De tempore contritionis.

1. *An tota haec vita sit contritionis tempus.* R/. Sic quantum ad peccati detestationem, et quoad sensibilem dolorem sumptum a voluntate, quia homo peccando meruit poenam aeternam, et contra Deum aeternum peccavit, et sic mutatur poena in tota vita. Item, dolor contritionis non est servilis, quem charitas foras mittit, sed charitatis. Item, licet peccator redeat ad pristinam gratiam, nunquam tamen ad pristinam bonita-

tem innocentiae. Item taxatio poenae proportionatur culpae ex parte conversionis quae est finita; unde satisfactio potest esse finita: at dolor contritionis respondet culpae, ratione aversionis, ex qua habet infinitatem, ideo contritio debet semper manere.

2. *An expediat semper de peccato dolere.* R. In voluntate sic, dummodo non impediat actum alterius virtutis magis necessarium, et in contritione nunquam est superfluum, sed ut est dolor sensitivus debet esse moderatus.

* Contritio non impedit gaudere de Deo.

3. *An post hanc vitam animae de peccatis conterantur.* R. In patria non, quia non possunt dolere; in inferno licet sit dolor, tamen non est contritio, quia non est gratia; in purgatorio habent dolorem cum charitate, sed non sunt in statu merendi, vel sacramenti.

* Solutio poenae in purgatorio non est proprie satisfactio, quia non est meritoria.

5. *De effectu contritionis.*

1. *An peccati remissio sit effectus contritionis.* R. Sic, et ut est pars sacramenti instrumentaliter operatur remissionem peccati, ut alia sacramenta: ut est actus virtutis, est dispositio necessaria ad iustificationem, et reducitur ad causam materialem.

* Causa principalis remittendi peccata est Deus, dispositiva, et instrumentalis potest esse a nobis, ut est contritio. Item, licet culpa sit per contritionem remissa, nemo tam n debet accedere ad Eucharistiam ante confessionem.

2. *An contritio possit totaliter tollere reatum*

poenae. R'. Charitas posset tantum in actu intendi, ut contritio inde sequens tollat etiam omnem poenam cum culpa, sic et dolor sensibilis a charitate veniens in contritione.

* Quilibet debet confiteri, quia est praeceptum, et quia non est certus de vera contritione, et poena remissa. Item, licet dolor contritionis sit finitus quoad extensionem, tamen ex charitate informatus habet virtutem infinitam, ut deleat poenam infinitam.

3. *An parva contritio sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum.* R'. Sic, quia est cum gratia gratum faciente. Sic medicina spiritualis, licet parva, habet efficaciam infinitam ex virtute infinita, quae in ea operatur, quamvis de maiori peccato sit magis dolendum.

6. *De confessione quoad eius necessitatem.*

1. *An confessio sit necessaria ad salutem.* R'. Sic existenti in peccato mortali actuali, quia morbus est aperiendus medico, idest sacerdoti. Item, sacramenta ad tollendam culpam sunt necessaria, vel actu, vel voto cum proposito, ut in baptismo, et poenitentia. Item, qui commisit peccatum debet cooperari ad remissionem, secus in baptismo.

* Non legimus Petrum, et Magdalenam confessos fuisse, quia multa sunt facta, quae non sunt scripta; tum quia Christus eis remisit sine sacramento.

2. *An confessio sit de iure naturali.* R'. Non, sed divino, et claves non sunt de iure naturae, et fides est supra cognitionem naturalem, ergo et sacramenta, quae sunt protestatio fidei.

* Confessio facta Deo per recognitionem peccati est de iure naturali, sicut quae fit coram iudice legitime interrogante, sed quae fit homini pro remissione peccati habenda a Deo, non est de iure naturae.

3. *An omnes ad confessionem teneantur.* ℟. De iure divino non, nisi qui post baptismum peccarunt mortaliter, sed de iure positivo omnes tenentur ad confessionem ex institutione Ecclesiae cap. utriusque sexus, si habet peccatum veniale, sed secundum alios nemo tenetur de veniali solo, sed sufficit se praesentare dicendo se non habere materiam confessionis mortalem.

4. *An aliquis licite possit confiteri peccatum, quod non habet.* ℟ Non, quia esset mentiri. Item, qui aliquid omittit, vel committit dubitans esse mortale, peccat mortaliter. Item, qui dubitat peccasse mortaliter, vel venialiter debet confiteri sub hoc dubio, et expectare iudicium sacerdotis.

5. *An teneatur quis statim confiteri.* ℟. Non semper, nisi quando tenetur facere actum, quem non potest in peccato nisi sit confessus, ut est communicare si est copia confessoris, et necessitas non urgeat; unde in paschate omnes tenentur. Item, quando quis tenetur ad contritionem, sufficit propositum confitendi. Item, qui differt baptizari sine contemptu, non peccat mortaliter. Item, in articulo mortis tenetur per se confiteri. Item, probabile est, quod homo non peccat mortaliter in aliquo periculo, si differt confessionem.

6. *An possit cum aliquo dispensari ne confiteatur.* ℟. Papa potest dispensare in praecepto Ec-

clesiae, ut differat tempus, sed non in praecepto divino, ne confiteatur, quia non potest in articulis fidei.

7. *De quidditate confessionis.*

1. *An Augustinus convenienter definiat confessionem, idest: Confessio est per quam morbus latens spe veniae aperitur.* R. Est bona, et in aliis definitionibus tanguntur alia, quae sunt in confessione.

2. *An confessio sit actus virtutis.* R. Sic, quia est sub praecepto, et est meritoria.

3. *An confessio sit actus poenitentiae virtutis.* R. Sic, quia est ad destructionem peccati. Item confessio in iudiciis pertinet ad iustitiam. Item confessio beneficiorum Dei ad latriam.

8. *De ministro confessionis.*

1. *An sit necesse confiteri sacerdoti.* R. Sic, quia ipse solus est minister.

2. *An in aliquo casu liceat alicui non sacerdoti confiteri.* R. Sacramentaliter non, posset tamen esse virtus humilitatis in necessitate. Ipse dicit, quod sit quodammodo sacramentalis.

3. *An non sacerdos in casu necessitatis possit audire confessionem venialium.* R. Dic, ut supra.

4. *An sit necessarium, quod homo confiteatur proprio sacerdoti.* R. Sic, quia requiritur iurisdictio, vel de licentia superioris. Item, superior, qui non dat licentiam alicui confitendi aliis, qui alias non confiteretur, vel oriretur scandalum, peccat.

5. *An aliquis possit alteri, quam proprio sacerdoti confiteri ex mandato superioris.* R. Sic,

quia datur iurisdictio, si non est aliud impedimentum.

6. *An poenitens possit in fine vitae a quolibet sacerdote absolvi.* R'. Sic, et etiam ab excommunicatione, quia necessitas non habet legem, sed post periculum debet satisfacere superiori.

7. *An poena temporalis taxetur secundum quantitatem culpae.* R'. Quando est magna contritio, minor poena imponitur, vel in remedium poenitentis et aliorum, et sic quandoque pro minori peccato maior poena imponitur, vel quia minus potest resistere, ideo maior poena imponitur, v. g. iuveni quam seni pro fornicatione, et tandem sunt considerandae circumstantiae pro iniungenda poenitentia.

9. *De qualitate confessionis.*

1. *An confessio possit esse informis.* R'. Ut pars sacramenti sic, v. g. quando fictus accedit, sed ut pars virtutis non, quia debet esse cum charitate.

2. *An oporteat confessionem esse integram.* R'. Sic, et est de necessitate dicere omnia peccata quae recordatur. Item, de peccato oblito potest confiteri alteri confessario, non repetendo confessa, sed sufficit dicere Oblitus sum huius. Item, poenitens debet omnia peccata confiteri etiam reservata, ut sacerdos ad superiorem mittat pro reservatis, et ad hoc ut intelligat quantitatem culpae.

3. *An possit quis per alium, vel per scriptum confiteri.* R'. Non, sed proprio verbo, nam alii modi introducti sunt in defectu istius, v. g. qui non habet usum linguae, potest per scripturam, nutum, interpretem confiteri.

4. *An sexdecim conditiones requirantur ad confessionem.* R. Sic, sit simplex, humilis, confessio pura, fidelis, atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, integra, secreta, lacrimabilis, accelerata, fortis, et accusans, et sit parere parata.

* Sed non omnes sunt de essentia.

10. *De effectu confessionis.*

1. *An confessio liberet a morte peccati.* R. Sic, contritio habet votum confessionis annexum.

2. *An confessio liberet aliquo modo a poena.* R. Sic, a poena aeterna, licet obliget ad temporalem, et propter erubescentiam minuit etiam poenam peccati, et si pluries confitetur magis minuit.

3. *An confessio aperiat paradisum.* R. Sic, quia tollit culpam et reatum poenae per claves.

4. *An confessio tribuat spem salutis.* R. Sic per claves, et homo fit humilis.

5. *An confessio generalis sufficiat ad delenda mortalia oblita.* R. Sic, imo per contritionem, sed si deinde recordetur tenetur confiteri oblita, ut suppleatur defectus, qui fuit in confessione sacramentali.

11. *De sigillo confessionis.*

1. *An in quolibet casu teneatur confessor celare peccata, quae sub sigillo confessionis novit.* R. Sic, ut confessor scit ut Deus, et non ut homo, nec tenetur homo obviare peccato, quod nescit, et est de iure divino, nec potest cogi. Item, confessor cognoscens aliquem indignum praelatione propter peccata, potest alia via impedire, ut

quia ignarus, dummodo non sit suspicio de pec
cato confesso.

2. *An sigillum confessionis se extendat ad ali*
quam ad illa, quae sunt de confessione. ℟. Dire
cte non, indirecte sic, ne peccatum, vel pec
cator cognoscatur. Item, qui accipit secretu
sub sigillo confessionis, tenetur ex promissione
non tamen est sigillum confessionis.

3. *An solus sacerdos habeat sigillum confe*
sionis. ℟. Solus sacerdos habet sigillum, qu
scit ut Deus, sed non sacerdos audiens pecc
tum confessionis tenetur celare, quia particip
de actu sigilli, sed proprie non habet sigillu
confessionis.

4. *An de licentia confitentis possit confessor d*
cere peccatum confessionis alteri. ℟. Sic, s
cavendum ne sit scandalum.

* Papa non potest dare licentiam, quia s
cerdos scit ut Deus. Item, sacerdos revelans,
accusatur, debet probare de licentia revelass
Item, qui revelante sacerdote peccatum audi
tenetur celare sicut interpres, quia particip
de actu sacerdotis.

5. *An illud, quod quis scit per confessionem*
etiam aliquo alio modo, possit alteri revelare. ℟
Sic, dummodo evitet scandalum.

12. *De satisfactione, quoad eius qualitatem.*

1. *An satisfactio sit virtus, vel actus virtut*
℟. Sic formaliter, et pertinet ad poenitentia
2. *An sit actus iustitiae.* ℟. Sic, quia est ada
quatio emendae ad offensam.

3. *An definitio satisfactionis sit conveniens.*
Sic, est illatae iniuriae recompensatio secu

um iustitiae aequalitatem; sunt aliae definitio-
es.

13. *De satisfactionis possibilitate.*

1. *An homo possit Deo satisfacere.* Ꝑ. Ad ae-
ualitatem quantitatis est impossibile, sed ad
equalitatem proportionis, quod ad iustitiae ra-
onem sufficit, potest, nec Deus plus iubet.

2. *An unus pro alio possit explere satisfacto-
iam poenam.* Ꝑ. Si homo est in charitate pot-
st solvere debitum, sed quando poena est in
emedium peccati, non est facienda. Item, qui
ro alio satisfacit, licet sibi ex charitate aliquid
ncreatur, tamen non satisfacit pro se, si quan-
itas non sufficit ad utrumque peccatum tol-
endum.

14. *De qualitate satisfactionis.*

1. *An homo possit satisfacere de uno peccato
inc alio.* Ꝑ. Non, quia non est acceptum Deo.

2. *An homo possit satisfacere de peccatis, quae
ibi per contritionem fuerunt dimissa, si existit
xtra charitatem.* Ꝑ. Non, quia opera facta ex-
ra charitatem non sunt satisfactoria, ut elee-
nosyna extra charitatem non valet, et oportet
ut sit amicitia restituta. Item, qui satisfecit in
peccato, non tenetur deinde reiterare satisfactio-
nem, quia non incurrit reatum omissionis, licet
non redimat poenas.

3. *An homini, postquam charitatem habuerit,
praecedens satisfactio incipiat valere.* Ꝑ. Non,
quia opera mortua non vivificantur, nec pla-
cent Deo.

4. *An opera extra charitatem facta sint meri-
toria alicuius boni.* Ꝑ. Valent non de condigno,

sed de congruo ad consecutionem temporalium, ad assuefactionem ad bonum, ad dispositionem ad gratiam, et hoc improprie dicitur meritum.

5. *An valeant ad mitigationem poenarum inferni.* R'. Non tollunt, sed impediunt meritum poenae.

15. *De his per quae fit satisfactio.*

1. *An satisfactio debeat fieri per opera poenalia.* R'. Sic, quia est medicina, et ut praeservet.

* Deus non delectatur in poenis ut poenae sunt, sed ut sunt iustae, et sic satisfaciunt cum charitate.

2. *An flagella praesentis vitae sint satisfactoria.* R'. Sic, si acceptentur cum patientia ad purgationem.

3. *An convenienter enumerentur opera satisfactoria.* R'. Sic, idest elecmosyna, iciunium, oratio, et sunt circa bona fortunae, corporis, animi. Item, licet omnis oratio, praesertim contemplativa, habeat suavitatem spiritus, tamen etiam habet afflictionem carnis. Item, peregrinatio pertinet ad ieiunium. Item, omnia quae sunt in utilitatem proximi spectant ad elecmosynam; et quaecumque latria exhibetur Deo habet rationem orationis.

16. *De suscipientibus sacramentum poenitentiae.*

1. *An poenitentia possit esse in innocentibus.* R'. Non actus, sed habitus, quia posset poenitere.

2. *An sancti, qui sunt in gloria habeant poenitentiam.* R'. Ut est gratias agere Deo pro misericordia relaxante peccata, sic, et est pars iustitiae, quae remanet in coelo, sed sine dolo-

re. In Christo non est poenitentia, quia non potuit peccare.

3. *An Angelus sit susceptivus poenitentiae.* R'. Non, quia non habet peccatum: in Daemone est actus, seu passio, non habitus. Item, non est eadem ratio de animabus damnatis et de Daemonibus, quia in illis praecessit peccatum remissibile.

17. *De entitate et quidditate clavium.*

1. *An claves in Ecclesia esse debeant.* R'. Potestas remittendi peccata, et aperiendi coelum metaphorice dicitur clavis, quae in Trinitate est clavis auctoritatis; in Christo homine est clavis excellentiae per meritum passionis; in Ecclesia est clavis ministerii ex divina virtute.

2. *An clavis sit potestas ligandi et solvendi.* R'. Sic, quia iudex ecclesiasticus dignos debet recipere, indignos excludere a regno. Item, character et clavis sunt idem essentialiter, sed non ratione. Item, licet claves non exerceantur sine iurisdictione, tamen dantur cum ipso ordine. Item, admittere ad regnum immediate est Dei, et mediate sacerdotis, licet sacerdos immediate agat circa sacramenta.

3. *An sint duae claves, vel una tantum.* R'. Duae, scientiae et iurisdictionis, una pertinet ad iudicium de idoneitate eius, qui est absolvendus; altera ad ipsam absolutionem; et non distinguuntur in essentia, sed in comparatione ad actus.

18. *De effectu clavium.*

1. *An potestas clavium se extendat ad remissionem culpae.* R'. Sic, vel in actu, vel in voto.

2. *An sacerdos possit remittere peccatum quoad*

poenam. R'. Sic, quae erat solvenda in purgatorio.

3. *An sacerdos per claves possit ligare.* R'. Sic, indirecte, idest prout non absolvit a quantitate poenae in communi, sed ligat in particulari determinando poenam.

4. *An sacerdos possit ligare et absolvere secundum suum arbitrium.* R'. Non, sed cum discretione pro qualitate criminum, et ut instrumentum motum a Deo.

19. *De ministris clavium.*

1. *An sacerdos legalis claves habuerit.* R'. Non, nisi in figura, quia sunt a Christo ad coelestia.

2. *An Christus habuerit claves.* R'. Sic, excellentiae ut homo, sed ut est Deus habet clavem potestatis, auctoritatis, quae est principium sacramentalis auctoritatis: ideo conferebat rem sacramenti sine sacramento.

3. *An soli sacerdotes habeant claves.* R'. Ordinis sic, quia soli remittunt peccata, sed iurisdictionis, ut excommunicandi et absolvendi ab excommunicatione, potest esse in non sacerdote, et potest esse in multis simul, ut in capitulo. Item, abbatissa nullam habet. Item, reges non habent clavem in spiritualibus, licet per unctionem significetur quod sub Christo regnant.

4. *An viri sancti non sacerdotes habeant claves et earum usum.* R'. Non, quia non sunt ministri.

5. *An mali sacerdotes habeant usum clavium.* R'. Sic, quia licet mali tamen sunt instrumentum Dei.

6. *An schismatici, haeretici et excommunicati, suspensi et degradati habeant usum clavium.* R'.

Non, et qui ab his absolutionem petit, peccat contra praeceptum Ecclesiae; nec habent subditos, in quos utantur.

20. *De his, in quos usus clavium exerceri potest.*

1. *An sacerdos possit uti clave, quam habet, in omnes homines.* R. Non, nisi in sibi subditos, sed in casu necessitatis potest quemlibet absolvere, et loquimur de usu clavium, non de potestate.

2. *An sacerdos possit semper suum subditum absolvere.* R. Ratione potestatis semper potest subditum absolvere, sed ratione usus clavis non, quia potest superior sibi reservare casus.

3. *An quis possit uti clavibus in suum superiorem.* R. Sic, si ei se subiicit superior.

21. *De excommunicationis definitione, et congruitate et causa.*

1. *An excommunicatio congruenter definiatur.* R. Sic, et est separatio a communione Ecclesiae quoad fructum et suffragia generalia, et a qualibet licita communione fidelium, idest os, orare, vale, communio, mensa negatur; et loquitur de maiori, non de minori excommunicatione.

2 *An Ecclesia debeat aliquem excommunicare.* R. Sic, ut erubescat et emendetur.

3. *An aliquis pro aliquo temporali damno debeat excommunicari.* R. Si adsit peccatum mortale, excommunicari potest.

4. *An excommunicatio iniuste lata habeat aliquem effectum.* R. Si iniustitia est ex parte ferentis, v. g. si odio, vel ira, tunc excommunicatio tenet; si ex parte excommunicationis, sic

causa iniusta annullat sententiam, tunc non habet effectum, si non annullat, est patienter ferenda ad meritum, et recurrat ad superiorem.

22. *De his qui possunt excommunicare et excommunicari.*

1. *An quilibet sacerdos possit excommunicare.* R/. Non, nisi qui habent iurisdictionem in foro exteriori, ut Episcopi.

2. *An non sacerdos excommunicare possit.* R/. Sic, si habeat iurisdictionem in foro contentioso.

3. *An excommunicatus vel suspensus possit alium excommunicare.* R/. Non, quia non habent usum iurisdictionis.

4. *An aliquis possit seipsum, vel aequalem, vel superiorem excommunicare.* R/. Non, quia non habet iurisdictionem.

5. *An possit ferri sententia excommunicationis in aliquam communitatem.* R/. Non, quia peccatum est singularium.

6. *An semel excommunicatus possit ulterius excommunicari.* R/. Sic, quia excommunicatio ut poena reiteratur.

23. *De participatione cum excommunicatis.*

1. *An liceat communicare excommunicato in pure corporalibus.* R/. Si in maiori non, sed in his, quae ad salutem pertinent licet, et possunt alia verba interponi, ut facilius, quae ad salutem pertinent, recipiant; excipiuntur aliquae personae, ad quas excommunicati provisio spectat, ut uxor, filius non emancipatus, qui ante excommunicationem erant subditi, ut servus, rusticus: superior secundum suam obliga-

tionem, et alii in casu necessitatis; unde versus:

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

2. *An participans cum excommunicato sit excommunicatus.* R'. Si excommunicatio etiam in participantes, vel si quis participat crimine dando consilium, auxilium, favorem, est excommunicatus maiori; secus est tantum minori.

3. *An participare cum excommunicato in casibus non concessis sit semper peccatum mortale.* R'. Non, nisi participet in crimine, aut in divinis, aut in contemptum Ecclesiae, et potest absolvi a quolibet sacerdote, quia non est peccatum mortale; sed si communicat pertinaciter est peccatum mortale, et posset excommunicari cum maiori.

24. *De absolutione ab excommunicatione.*

1. *An quilibet sacerdos possit absolvere suum subditum ab excommunicatione.* R'. A minori sic, a maiori si est ab homine, vel a iure reservata, non potest, et ibi numerantur aliquae reservatae Papae, in percussores clericorum quando possunt absolvi; vide ibi.

2. *An aliquis possit absolvi invitus.* R'. Sic, quia est poena, non sic de peccato.

3. *An aliquis possit absolvi ab una excommunicatione nisi absolvatur ab omnibus.* R'. Sic, quia non sunt connexae.

25. *De indulgentia secundum se.*

1. *An per indulgentiam possit aliquid remitti de poena satisfactoria.* R'. Sic, ad remissionem poenae residuae post contritionem, et confessionem et absolutionem, quia in corpore mystico Ecclesiae, in qua sunt merita supererо-

gantia multorum, et possunt applicari merita unius alteri, et praecipue merita Christi, quae sunt infinitae efficaciae. Nota consulendum est accipientibus indulgentias, ne abstineant ab operibus poenitentiae iniunctis, quia saepe sunt magis creditores, quam credant.

2. *An indulgentiae tantum valeant quantum pronunciantur.* R'. Sic, quando adest auctoritas dantis, charitas accipientis, et pietas causae, et ob eandem causam potest dari maior, vel minor indulgentia. Item, indulgentiae remittunt poenam, sed opera satisfactoria sunt magis meritoria praemii essentialis. Item, remissio poenae non mensuratur ex causa in his.

3. *An pro temporali subsidio debeat indulgentia dari.* R'. Si sunt ordinata haec temporalia ad spiritualia, sic, nec est simonia, quia est spirituale pro spirituali.

26. *De his qui possunt indulgentias facere.*

1. *An quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere.* R'. Non, quia non sunt praelati.

2. *An diaconus, vel alius non sacerdos possit indulgentias facere.* R'. Si habet iurisdictionem potest, quia dare indulgentias est actus clavi- non ordinis, sed iurisdictionis, quod potest esse in non sacerdote.

3. *An episcopus possit indulgentias facere.* R'. Non, nisi ex concessione Papae.

4. *An is, qui est in peccato mortali possit indulgentias facere.* R'. Sic, quia habet iurisdictionem ecclesiasticam, sed non potest eas recipere.

27. *De his quibus valent indulgentiae.*

1. *An indulgentiae valeant existentibus in peccato mortali.* ℟. Non, quia non remittitur poena, nisi remissa culpa, et est membrum mortuum, et incapax.

2. *An indulgentiae valeant religiosis.* ℟. Sic.

3. *An is, qui non facit illud, pro quo indulgentia datur, consequatur indulgentiam.* ℟. Non. Item superior potest ita indulgentiam dare, ut unus lucretur pro alio non operante.

4. *An indulgentiae valeant ei qui facit.* ℟. Sic. Item praelatus non potest sibi tantum dare indulgentias, sed potest uti his, quas pro aliis facit.

28. *De solemni ritu poenitentiae.*

1. *An aliqua poenitentia debeat publicari, vel solemnizari.* ℟. In publicis sic, ad terrorem.

2. *An solemnis poenitentia possit iterari.* ℟. Non, ne vilescat.

3. *An solemnis poenitentia sit imponenda mulieribus et clericis, et an a quolibet sacerdote imponi possit.* ℟. Viris et mulieribus sic, sed clericis non, propter scandalum, et imponenda est solo Episcopo. Item, quae sint circumstantiae solemnis poenitentiae, vide ibi.

29. *De sacramento Extremae Unctionis quantum ad eius essentiam.*

1. *An extrema unctio sit sacramentum.* ℟. Sic, quia in extremis curat a morbo peccati.

2. *An extrema unctio sit unum sacramentum.* ℟. Est unum, ut perfectum ex pluribus partibus, ut domus: sed non, ut indivisibile, vel continuum: et plures unctiones sunt de perfectione. Item, si post unam unctionem sacerdos

moriatur, et alius perficiat, est unum sacramentum.

3. *An hoc sacramentum sit a Christo institutum.* R/. Sic, nec Ecclesia potest illud auferre sed Apostoli promulgarunt, licet in Evangel non fiat mentio.

4. *An oleum olivae sit materia conveniens huius sacramenti.* R/. Sic, quia lenit et penetra

5. *An oporteat oleum esse consecratum.* R/. Si et sacramentum fit in unctione.

6. *An haec materia debeat consecrari ab Episcopo.* R/. Sic.

7. *An hoc sacramentum habeat aliquam formam.* R/. Sic, verba, sicut et caetera sacramenta.

8. *An forma huius sacramenti debeat proferri per verba indicativa et non deprecativa.* R/. Deprecativa, quia in extremis.

9. *An praedicta oratio sit competens forma huius sacramenti.* R/. Sic.

30. *De effectu huius sacramenti.*

1. *An extrema unctio valeat ad remissionem peccatorum.* R/. Principalis effectus huius sacramenti est remissio peccatorum, quoad reliquias peccati, et ex consequenti etiam quoad culpam, si eam inveniat, dummodo infirmus non ponat obicem. 1. Iacob. 5. Si in peccatis sit remittentur ei, et omne sacramentum novae legis confert gratiam. Item in ultima unctione quia est formalis, infunditur gratia.

2. *An sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti.* R/. Sic, secundario, sed non semper sed quando expedit ad spiritualem sanitatem

. hoc ex virtute divina, si recipiens non im-
ediat.

3. *An hoc sacramentum imprimat characterem.*
℟. Non, et sic iteratur. Item, res, et sacra-
ientum in extrema unctione est quaedam in-
erior devotio, quae est spiritualis unctio.

31. *De ministro huius sacramenti.*

1. *An laicus possit hoc sacramentum ministra-*
e. ℟. Non, quia in eo fit remissio peccatorum,
uod non competit laicis.

2. *An diaconi possint hoc sacramentum con-*
erre. ℟. Non, sed inducat presbyteros ex s.
acobo.

3. *An solus Episcopus possit hoc sacramentum*
inistrare. ℟. Non, sed etiam alii sacerdotes.

32. *Quibus hoc sacramentum conferri debeat, et in qua parte corporis.*

1. *An sanis debeat conferri hoc sacramentum.*
℟. Non, sed infirmis, et hoc modo significa-
ur curatio spiritualis ex Iacob. Infirmatur quis
ex vobis? nec datur eis, qui non per infirmita-
em moriuntur.

2 *An dari debeat in qualibet infirmitate.* ℟.
Non, sed his qui sunt in extremis ex infirmitate.

3. *An debeat dari furiosis, et amentibus.* ℟.
Non, quia non habent devotionem, nec cogno-
scunt.

4. *An debeat dari pueris.* ℟. Non, quia non
peccaverunt per sensus, nec habent actualem
devotionem.

5. *An totum corpus debeat inungi.* ℟. Non, sed
in sensibus, in quibus est radix infirmitatis spi-
ritualis.

6. *An convenienter determinentur partes ungendae.* ℟. Sic, et sunt principia peccandi, et propter honestatem.

7. *An mutilati debeant inungi in illis partibus.* ℟. In his debet saltem quanto propinquius fieri potest.

33. *De iteratione huius sacramenti.*

1. *An hoc sacramentum debeat iterari.* ℟. Sic, quia effectus non est perpetuus sicut medicina corpo alis reiteratur.

2. *An in eadem infirmitate debeat reiterari.* ℟. Potest quando est diuturna infirmitas, et reincidit.

34. *De sacramento Ordinis, quoad eius essentiam et partes.*

1. *An ordo in Ecclesia esse debeat.* ℟. Sic, quia est a Deo, et sic est ordinata; sicut in natura, et gloria est ordo.

* Ordo in Ecclesia est secundum potestatem dispensandi sacramenta, et non secundum dona naturalia, nec secundum gratiam gratum facientem.

2. *An convenienter ordo definiatur.* ℟. Sic, ordo est signaculum quoddam Ecclesiae, quo spiritualis potestas traditur ordinato.

* Signaculum non stat pro charactere, sed pro eo quod exterius geritur, et effectus est traditio potestatis. Item potest etiam accipi pro charactere, qui est res, et sacramentum.

3. *An ordo sit sacramentum.* ℟. Sic, quia est sanctificatio hominis per aliquod signum sensibile.

* Aliae consecrationes, ut regum, non sunt ordines, quia non ordinantur ad dispensationem

sacramentorum. Item, nec ordo in Angelis, quia non per signum sensibile.

4. *An forma huius sacramenti convenienter exprimatur.* ℣. Sic, quia in forma exprimitur usus ordinis per actus, et traditur potestas per imperativum modum, et usus est causa finalis.

5. *An hoc sacramentum habeat materiam.* ℣. Sic, et sunt res traditae, quae materia determinat potestatem.

* Porrectio materiae est magis de essentia sacramenti, quam tactus, quia potestas non a materia, sed a ministro traditur: verum verba formae videntur ostendere, quod etiam tactus sit de essentia sacramenti, dum dicitur accipe hoc, vel illud.

35. *De effectu huius sacramenti.*

1. *An in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens.* ℣. Sic, quia sacramenta causant gratiam, et per hanc ordinatus fit aptus ad dispensationem sacramentorum; nisi ponat obicem.

* Qui ordinatur, si est in gratia, recipit maius munus gratiae.

2. *An in hoc sacramento imprimatur character quantum ad omnes ordines.* ℣. In omnibus, etiam in minoribus, unde non possunt reiterari, et licet clericus ad laicatum se transferat, semper manet character.

3. *An character ordinis praesupponat characterem baptismalem.* ℣. Sic, quia baptismus est ianua sacramentorum, et dat potentiam receptivam sacramentorum.

* Non baptizatus si ordinaretur sacerdos non posset consecrare; et si fieret Episcopus, et or-

dinaret aliquos, hi non essent ordinati; et si deinde baptizaretur, deberet iterum ordinari.

4. *An character ordinis praesupponat de necessitate characterem confirmationis.* R'. Non, nisi de congruitate, ut Apostoli prius fuerunt ordinati, quam confirmati.

5. *An character unius ordinis de necessitate praesupponat characterem alterius ordinis.* R'. Non, quia qui per saltum ordinatur, sufficit si accipiat ordinem, quem reliquit, et non de novo ordinetur.

36. *De qualitate suscipientium hoc sacramentum.*

1. *An in suscipientibus ordines requiratur bonitas vitae.* R'. Sic, et qui in peccato mortali suscipit peccat mortaliter, licet ordo teneat, quia ordo non est sacramentum in remedium peccati, ut baptismus, et poenitentia, sed ad conferendam gratiam.

2. *An requiratur scientia totius sacrae Scripturae.* R'. Sufficit illa, quae requiritur pro actu, et exercitio ordinis, v. g. qui non habent curam animarum sciant conficere Eucharistiam; qui habent sciant quae ad doctrinam fidei, et morum pertinent; Episcopi sciant solvere difficultates quaestionum legis.

3. *An ex merito vitae aliquis gradus ordinis consequatur.* R'. Non, nisi ordinetur.

4. *An promovens indignos ad ordines peccet.* R'. Peccat mortaliter, quia facit in detrimentum Ecclesiae, et honoris Dei: quare diligenter inquirendum est de qualitate ordinandorum, saltem ut nesciat contrarium.

5. *An existens in peccato mortali possit uti or-*

ine suscepto sine peccato mortali. ℟. Non, nec n hoc potest dispensari.

* A sacerdote existente in peccato mortali, si ustinctur ab Ecclesia, subditus in necessitate ootest ab eo accipere sacramenta, sed extra necessitatem non esset tutum si hoc sciat. Item, i in peccato mortali baptizat, etc. ut minister Ecclesiae peccat mortaliter; secus si in necessitate, et in casu quo liceret etiam hoc facere aico, ut baptizare, proiectum in terram corpus Christi colligere.

37. *De distinctione ordinum, et eorum actibus et characteris impressione.*

1. *An debeant plures ordines distingui.* ℟. Sic, quia distincta officia, sed tota plenitudo est in sacerdotio: in aliis est participatio quaedam illius.

2. *An sint septem ordines.* ℟. Sic, et sunt in ordine ad Eucharistiam, quod est sacramentum sacramentorum.

* In primitiva Ecclesia non erant explicite tot distinctiones ordinum propter paucitatem ministrorum, sed omnes inferiores ordines erant in diacono. Item, psalmistatus est actus ordini adiunctus: cantor non est ordo, quia toti choro competit, et non refertur specialiter ad Eucharistiam.

3. *An ordines debeant distingui per sacros, et non sacros.* ℟. Licet omnes ordines secundum se sint sacri, quia sunt sacramenta quaedam, tamen secundum materiam circa quam habent actus distinguuntur a non sacris; nam sacri sunt qui habent actum circa rem consecratam, et sic sunt tres sacerdos, et diaconus circa Corpus, et Sanguinem Christi, subdiaconus circa vasa sa-

cra, unde habent votum castitatis, ut sancti sint, nec possunt contrahere matrimonium.

4. *An actus ordinis convenienter in littera assignentur.* R'. Sic, secundum actum, quem quilibet ordo habet in ordine ad Eucharistiam; actus ordinum in particulari vide ibi.

5. *An character imprimatur sacerdoti in ipsa calicis porrectione sub forma verborum.* R'. Sic, quia tunc traditur potestas consecrandi, ergo imprimitur character. Nota, in confirmatione non imprimitur character in traditione alicuius materiae, quia non datur officium operandi in aliqua materia, ut in ordine, in quo nec datur per manus impositionem. Item, licet actus principalis diaconi sit portare corpus Christi, et ministrare sanguinem, tamen character exprimitur per secundarium actum, dum datur liber Evangeliorum, quia non potest exprimi per actum priorem.

38. *De conferente hoc sacramentum.*

1. *An tantum episcopus conferat ordines.* R'. Sic, sicut et sacramentum confirmationis.

* Quando cum episcopo ordinante caeteri sacerdotes imponunt manus non imprimunt characterem, sed datur gratia tantum. Item, papa potest dare facultatem sacerdotibus, non episcopis, ut possint dare ordines minores.

2. *An haeretici ab Ecclesia praecisi possint ordines conferre.* R'. Sic, quia per haeresim non amittitur potestas episcopalis, unde si convertitur non ordinatur de novo. Item, ita ordinati peccant.

39. *De impedimentis huius sacramenti.*

1. *An sexus foemineus impediat susceptionem rdinis.* ℟. Sic, de necessitate praecepti, et sa-ramenti.

2. *An pueri, et carentes usu rationis possint uscipere ordines.* ℟. Non, de necessitate prac-epti non sacramenti, praesertim in sacris ob otum castitatis. Item, in Episcopo requiritur isus rationis de necessitate consecrationis.

3. *An servitus impediat susceptionem ordinis.* ℟. Sic, de necessitate praecepti; idem dicen-lum de aliis personis obligatis. Item servus romotus sciente domino, et non reclamante fit iber; si nesciente, episcopus, et qui praesen-avit, tenentur domino in duplum, si norunt sse servum: alias si servus habeat peculium debet se redimere, alioqui reduci in servitutem.

4. *An homicida prohibeatur ordinari.* ℟. Sic, quia irregularis, secus si non irregularis.

5. *An illegitimus arceatur ab ordine.* ℟. Sic, quia irregularis, et indiget dispensatione.

6. *An propter defectum membrorum debeat aliquis impediri.* ℟. Quando sunt irregulares sic, et sub praecepto.

40. *De his quae sunt annexa sacramento Ordinis.*

1. *An ordinati debeant ferre coronam, seu tonsuram.* ℟. Sic, ob multas mysticas significationes.

2. *An corona sit ordo.* ℟. Non, sed praeambulum ad ordines, seu quaedam deputatio ad officium sine charactere.

3. *An per receptionem coronae renunciatur temporalibus bonis.* R'. Non.

4. *An supra ordinem sacerdotalem debeat esse aliqua potestas episcopalis.* R'. Sic, sacerdos purgat, et illuminat, episcopus perficit; et illa pendet ab hac, ut in iurisdictione.

5. *An Episcopatus sit ordo.* R'. Non, quia unus ordo non pendet ab alio in necessitate sacramenti, sed episcopatus pendet a sacerdotali, ergo, etc. Item, circa corpus Christi verum, episcopus non habet maiorem potestatem, quam sacerdos, licet respectu corporis Christi mystici habeat supra sacerdotem auctoritatem in actionibus hierarchicis.

6. *An in Ecclesia possit esse aliquis superior supra episcopos.* R'. Sic, papa ut totum corpus regatur ab una auctoritate capitis. Item, potestas ligandi fuit data a Christo soli Petro, ut confirmet fratres suos. Item, licet unus episcopus alium consecret, quia sunt aequales, tamen excedunter a papa in potestate eiusdem generis, et ideo ipsum consecrant: potestas episcopi est alterius generis a sacerdotali.

7. *An vestes ministrorum sint convenienter in Ecclesia institutae.* R'. Sic, quia convenienter designant idoneitatem, quae in eis requiritur ad tractanda divina, et numerantur ibi cum significationibus. Vide.

41. *De sacramento matrimonii in quantum est officium naturae.*

1. *An matrimonium sit de iure naturae.* R'. Sic, quia ad hoc natura inclinat, idest ad prolem, et completur per liberum arbitrium, et sic per matrimonium, et certos parentes, qui im-

pendant mutuum obsequium in rebus domesticis, et cum perfectione, et sic non sufficit sola generatio.

2. *An matrimonium cadat sub praecepto.* R'. Non, quia quae sunt necessaria ad perfectionem multitudinis non obligant unumquemque per modum praecepti: sufficit quod sufficienter aliqui nubant.

3. *An actus matrimonii sit licitus.* R'. Ex se est licitus, etiam si sit cum intensa delectatione. Item, actus matrimonii, et adulterii licet sint idem in specie naturae, tamen differunt in genere moris.

4. *An actus matrimonii sit meritorius.* R'. Si causatur a iustitia, idest ut debitum reddatur, vel a religione, ut proles ad cultum Dei procreetur, est meritorius, secus esset peccatum.

42. *De matrimonio, ut est sacramentum.*

1. *An matrimonium sit sacramentum.* R'. Sic, quia est signum rei sacrae, et materia, et forma sunt actus, seu verba contrahentium. Item, res, et sacramentum est obligatio nata ex talibus actibus inter virum, et mulierem.

2. *An matrimonium debuerit institui ante peccatum.* R'. Ut ordinatur ad prolem fuit institutum ante peccatum, sed ut est remedium contra peccatum, fuit institutum post peccatum: ut habet determinationem personarum, fuit in tempore Moysis: ut repraesentat mysterium Christi, et Ecclesiae fuit in nova lege; et secundum hoc est sacramentum novae legis.

3. *An matrimonium conferat gratiam.* R'. Sic, quia est sacramentum, et est in remedium con-

tra concupiscentiam, quod non fit sine gratia

4. *An carnalis commistio sit de integritate matrimonii.* R'. Non est de essentia matrimonii, sed requiritur ad generationem prolis, pro qua datur facultas per matrimonium.

43. *De matrimonio quantum ad sponsalia.*

1. *An sponsalia sint futurarum promissio nuptiarum.* R'. Sic, et possunt fieri nuda promissione, quae si est honesta stante conditione obligat, non stante, non; si est inhonesta, et contra bona matrimonii, non valet; si non est contra matrimonium, tunc tenet promissio, sed conditio debet removeri.

* Qui sine legitimo impedimento non servat promissum matrimonii peccat mortaliter, sed Ecclesia non cogit in foro exteriori, quia solent habere malos exitus. Item, si cum promissione poneretur poena, non valet, nec exigenda, quia matrimonia debent esse libera.

2. *An tempus septennii sit convenienter assignatum sponsalibus contrahendis.* R'. Sic, quia habent usum rationis. Item, si quis promisit pro pueris ante septennium, non valet, nisi postea sit eorum, saltem tacitus, consensus. Item, si parum distant a septennio, nihil distare videtur.

5. *An sponsalia possint dirimi.* R'. Ipso iure dirimuntur, si quis ingreditur religionem, vel cum alia contraxit per verba de praesenti; in aliis casibus debent dirimi secundum iudicium Ecclesiae, v. g. quia infirmus, vel alter est absens, et statuto tempore non comparet: deformitas: si nascitur affinitas: quia peccavit cum consanguinea sponsae; et ad hoc sufficit fama.

Item, possunt se invicem absolvere spondentes. Item, per fornicationem alterius. Item, si contraxit cum alia per verba de praesenti.

44. *De matrimonii definitione.*

1. *An matrimonium sit in genere coniunctionis.* R'. Sic, quia est coniunctio duorum ad unum.

2. *An matrimonium convenienter nominetur.* R'. Sic, ex communi usu loquendi. Item essentia matrimonii est coniunctio, et sic dicitur coniugium; est causa eius, idest desponsatio, et dicitur nuptiae, quia in desponsatione velantur capita nubentium; est effectus, et dicitur matrimonium, quasi matris munium, idest officium.

3. *An matrimonium convenienter definiatur in littera.* R'. Sic, et est viri mulierisque coniunctio maritalis retinens individuam, et perpetuam vitae consuetudinem, et haec est essentialis, nam per causam, est consensus utriusque. Item per effectum, est ordinatio ad vitam communem in domesticis.

45. *De consensu matrimonii secundum se.*

1. *An consensus sit causa efficiens matrimonii.* R'. Sic, ut est in aliis contractibus. Item, divina virtus est causa prima matrimonii, consensus contrahentium est causa secunda, quae habet efficaciam ex divina institutione.

2. *An consensus oporteat exprimi per verba de praesenti.* R'. Sic, quia in sacramentis requiritur signum sensibile saltem per nutus, ut in muto, si puella sit verecunda, et non contradicat, sufficiunt verba parentum loco ipsius.

3. *An consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium.* R'. Non, sed sponsalia.

4. *An consensus per verba de praesenti expressus, si desit interior consensus, faciat matrimonium.* R'. Non, quia in quolibet sacramento, u in baptismo, requiritur intentio; et sic peccat. et in foro exteriori non creditur ei. Item, qui non habuit intentionem cum prima, et postea contraxit cum secunda volens, quando compellitur ab Ecclesia sub excommunicatione, ut ad primam redeat, debet potius sustinere excommunicationem, et fugere ad remotas regiones, quam ad primam uxorem redire.

5. *An consensus in occulto factus per verba de praesenti faciat matrimonium.* R'. Antiquitus valebat, post Concil. Trident. non, quia requiritur Parochus, et testes.

46. *De consensu cui advenit iuramentum, vel copula carnalis.*

1. *An iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso faciat matrimonium.* R'. Non, sed tantum confirmat promissionem de futuro.

2. *An carnalis copula post verba de futuro faciat matrimonium.* R'. Non, nisi sit novus consensus cum requisitis.

* Qui deflorat aliquam sub specie matrimonii tenetur eam ducere, si sit aequalis conditionis, vel sponsa sit melioris; sed si aliam duxerit iam est factus impotens ad primam, et sufficit si provideat illam de nuptiis, sed si fuerunt expressa signa fraudis, non tenetur.

47. *De consensu coacto et conditionato.*

1. *An aliquis consensus possit esse coactus.* R'. Quando quis corporaliter impellitur ad metum, dicitur coactio absoluta, et violentum simplici-

ter, alia est coactio conditionata, et secundum quid, ut cum quis proiicit merces in mare, est voluntarium simpliciter, et est cum consensu; et circa consensum interiorem idem est coactio, et metus.

2. *An aliqua coactio cadat in constantem virum.* Rſ. Sic, cum aliquid facit ad evitandum maius malum, quod alias non faceret. Item, constans vir est, qui ex qualitate periculi scit quid, pro quo sit timendum secundum rectam rationem; inconstans est qui facit maius malum, ut vitet minus Item, constans non cogitur nisi ex forti extimatione; inconstans etiam ex levi. Item, qui non cogitur ad minus malum, ut vitet maius, est pertinax. Item, constans dicitur, non quod nunquam timeat, sed quod non timeat, quando non oportet. Item, peccata sunt maxima malorum, et sic nunquam facienda. Item constans ad vitandum damnum corporale potest pati infamiam, quae licet sit maius malum, tamen potest recuperari.

3. *An consensus coactus tollat matrimonium.* Rſ. Si cadit in constantem virum sic, quia metus tollit perpetuitatem contractus; nam constans potest petere restitutionem in integrum.

4. *An consensus coactus ex parte cogentis faciat matrimonium.* Rſ. Non, quia quando est impedimentum ex una parte, non est matrimonium ex altera parte; unde dicitur, quod matrimonium non claudicat.

5. *An per consensum conditionatum fiat matrimonium* Rſ. Si conditio est de praesenti, et non est contraria matrimonio potest, sive conditio sit honesta, sive inhonesta; si est conditio de fu-

turo, et necessaria, tenet matrimonium; si est contingens fiunt sponsalia, ut per verba de futuro.

6. *An aliquis ex praecepto patris possit impelli ad matrimonium contrahendum.* R'. Non potest ex praecepto, potest tamen ex causa rationabili inducere filium ad matrimonium; et pro qualitate causae filius debet obedire. Item, quando parentes promittunt, et iurant pro filiis intelligitur, si eis placuerit. Item, papa potest cogere aliquem ad episcopatum, quia ibi non est quaedam servitus corporalis, ut in matrimonio.

48. *De obiecto consensus.*

1. *An consensus qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam.* R'. Non, nisi implicite, sed consensus explicite est associatio viri et mulieris cum consequentibus, et copula non est de essentia matrimonii.

*Post votum, consensus in matrimonium damnatur, quia datur potestas ad id quod non licet, non quod necessario includat carnalem copulam. Item, inter fratrem, et sororem non potest esse matrimonium, quia inter hos non potest esse potestas ad copulam. Item, haec conditio, consentio in te, dummodo non cognoscas me, est contraria matrimonio; quia non solum excludit actum, sed etiam potestatem.

2. *An matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam.* R'. Sic.

49. *De bonis matrimonii.*

1. *An haberi debeant aliqua bona in matrimonio, quae illud honestant, et excusant.* R'. Sic;

quia actus, qui est malus in fornicatione, est bonus in matrimonio, et ista bona compensant labores matrimonii, et haec bona se habent ad matrimonium, ut circumstantiae ad actus virtutis.

2. *An bona matrimonii sufficienter assignentur.* R. Sic, et sunt fides, proles, et sacramentum, propter fidem est conditio virtutis, quae dicitur pars iustitiae, per prolem est, etiam sub bono prolis educatio, et tota communicatio operum, et matrimonium habet rationem honesti.

3. *An sacramentum sit principalius inter bona matrimonii.* R. Sic, ratione dignitatis, et sic in definitione ponitur indivisio, quae pertinet ad sacramentum, et non ponitur fides, et proles. Item, prolis si sumatur pro intentione prolis, tunc prolis est in primo loco essentialis, et si pro fide sumatur debitum servandi fidem, est in secundo loco, et tertio loco erit sacramentum, quia homini est essentialius esse naturae, quam gratiae, licet hoc sit dignius.

4. *An actus matrimonii excusetur per bona praedicta.* R. Sic, patet ex dictis.

5. *An actus matrimonialis possit excusari sine bonis matrimonii.* R. Non. Coniuges sine peccato coëunt, vel causa procurandae prolis, vel debiti reddendi, alias semper peccant, saltem venialiter.

6. *An vir cognoscens uxorem, non intendens aliud bonum matrimonii, sed tantum delectationem, peccet mortaliter.* R. Non semper est mortale, actus est ex se bonus, vel non est ex se malus, nisi ex circumstantia, ut si ita vult delectationem ab uxore, ac si non esset sua, est mortale, sed si tantum in sua, esset veniale.

50. *De impedimentis matrimonii.*

1. *An convenienter assignentur impedimenta matrimonii.* R'. Sic, quaedam impediunt, non dirimunt; quaedam impediunt, et dirimunt contractum; quia sunt de essentia, et sunt; error, conditio, votum, cognatio, crimen, cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, si sis affinis, si forte coire nequibis.

51. *De impedimento erroris.*

1. *An error convenienter ponatur impedimentum matrimonii.* R'. Sic, quia tollit consensum, et impedit voluntarium, et sic sublata causa, cessat effectus. Item, cum quis baptizat unum pro alio, error non impedit baptismum; quia ibi character non imprimitur ex intentione agentis, sed consensus facit matrimonium.

2. *An omnis error impediat matrimonium.* R'. Non, sed ille, qui est circa ea, quae sunt de essentia matrimonii, ut error personae, et conditionis, idest in servo. Item, error circa matrimonium, ut infidelitatis an sit sacramentum, an sit licitum, etc. non impedit. Item, non quaelibet ignorantia causat involuntarium. Item, diversitas qualitatis, et fortunae non impedit; quia non sunt de essentia matrimonii, nec error nobilitatis, et dignitatis, nisi redundet in errorem personae, nisi de novo consentiat.

52. *De impedimento conditionis.*

1. *An conditio servitutis impediat matrimonium.* R'. Ignorata sic, scita non. Item, si servus contrahat cum serva putans esse liberam, tenet matrimonium. Item, error in voto, vel consanguinitate nil operatur, sicut nec scientia.

2. *An servus possit contrahere matrimonium sine consensu domini.* R. Sic, quia ius positivum, in quo est servitus, non praeiudicat iuri naturali, et divino, in quo est matrimonium. Item, servus praecipiente domino ne consentiat in matrimonium, non tenetur obedire; quia quoad actus naturales habet potestatem sui corporis, quod potest alteri per matrimonium praebere, sed solum est servus in his quae naturalibus superadduntur, ut servire. Item, tenetur prius reddere debitum, quam servare praecepta Domini, sed in his sunt considerandae circumstantiae. Item, servus non potest ingredi religionem sine consensu domini; quia religio obligat ad totum tempus.

3. *An servitus possit supervenire matrimonio.* R. Sic, quia potest homo liber dare ius suum alteri, et sufficit si reddat uxori solum ea, quae ad actum naturae pertinent; sed uxor nolente viro, non potest se in servam dare, quia vir est caput mulieris.

4. *An filii debeant sequi conditionem patris.* R. Partus sequitur ventrem de lege civili, et naturali. Item, filii in his quae pertinent ad dignitatem, ut est ex forma rei sequuntur patrem, ut in honoribus, municipiis, haereditate, et aliis huiusmodi, nam a matre habent tantum substantiam corporalem: unde in conditionibus materialibus filius sequitur matrem, in formalibus sequitur patrem.

83. *De impedimento voti et ordinis.*

1. *An per obligationem voti simplicis matrimonium contractum debeat dirimi.* R. Impedit tan-

tum, sed non dirimit, quia per simplicem promissionem, ut est votum simplex, cum non transfertur dominium, potest alteri dare id, quod est promissum, sed peccat contrahens; et licet votum, quantum ad id ad quod obligat, sit maius vinculum, quam sit matrimonium, tamen quantum ad modum ligandi, matrimonium est maius vinculum, quia in eo traditur potestas actualis, et melior est conditio possidentis. Item, praeceptum prohibens matrimonium inter consanguineos dirimit, non quia est praeceptum Dei, vel Ecclesiae, sed quia facit, ut corpus non possit transire in potestatem consanguinei; non sic votum simplex. Item, habens votum simplex, si contrahit de praesenti, non potest cognoscere uxorem sine peccato mortali, quia adhuc potest votum implere, verbi gratia in religione, sed post consummationem tenetur reddere debitum, uxore petente expresse, vel interpretative, sed non potest petere, sed post mortem uxoris debet servare votum.

2. *An votum solemne dirimat matrimonium iam contractum.* R/. Sic, quia est matrimonium spirituale, imo dignius quam carnale, et quantum ad matrimonium, magis obligat solemne, quam simplex, licet quoad Deum aeque obliget. Item, iuramentum addito voto simplici, non dirimit matrimonium contractum.

3. *An ordo impediat matrimonium.* R/. Sacer sic, quia apud latinos habet votum annexum. Item, apud graecos ordo sacer ex sua vi tantum impedit, sed apud latinos ex voto continentiae ei annexo. Item, apud graecos non impeditur usus matrimonii prius contracti, sed apud

atinos sic, et si ordinetur ignorante, vel con-radicente uxore, non debet ei praeiudicari.

4. *An ordo sacer possit supervenire matrimonio.* R'. Non, imo defuncta, vel consentiente uxore, maritus potest ingredi religionem, et ordinari, sed si ordinatur reclamante uxore, non habebit executionem ordinis, et tenetur reddere debitum uxori, sed uxor non tenetur ei reddere. Item, si uxor consentit ordinationi mariti, tenetur perpetuam continentiam vovere, non tamen religionem intrare, nisi timeat periculum castitatis. Item, causa matrimonii est consensus noster, qui potest impediri ex ordine praecedente, sed ordo habetur a Deo.

54. *De impedimento consanguinitatis.*

1. *An definitio consanguinitatis sit competens.* R'. Sic, et est vinculum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum.

* Non ideo omnes sumus consanguinei, quia virtus primi motoris per multa media deficit, licet sit in eadem specie, et consideratur individualis generantis, quae maior est in filio, quam in nepote. Item, in aliis animalibus non est consanguinitas, quia non uniuntur ad unitatem amicitiae, propter propagationem ex uno parente proximo.

2. *An consanguinitas convenienter distinguatur.* R'. Sic, et est, vel descendentium, vel ascendentium; hic gradus, vel est communicatio inter fratres ab uno principio, et est linea transversalis. Nota, computatio legalis attendit descensum ex utraque parte a communi principio, et sic duo fratres sunt in secundo gradu,

et filii duorum fratrum in quarto, sed computatio canonica est tantum ex altera parte, in qua maior numerus graduum invenitur, et sic duo fratres in primo gradu, filius unius fratris est in secundo cum altero fratre, quia duobus gradibus distat a communi.

3. *An consanguinitas de iure naturae impediat matrimonium.* Ꝑ. Potius ex congruentia deducitur, et sic quantum ad aliquas personas impedit de iure naturae, quantum ad alias de iure divino, quantum ad alias de iure positivo.

4. *An gradus consanguinitatis impedientes matrimonium potuerint taxari ab Ecclesia.* Ꝑ. Sic.

55. *De impedimento affinitatis.*

1. *An ex matrimonio consanguinei causetur affinitas.* Ꝑ. Sic, quia vir et uxor fiunt una caro, ergo sicut vir secundum carnem attinet omnibus suis consanguineis, sic eius uxor attinebit eisdem et contra.

2. *An affinitas maneat post mortem viri vel uxoris.* Ꝑ. Sic, quia affinitas causatur ex consanguinitate, sed est perpetuum vinculum quandiu personae vivunt inter quas est affinitas.

3. *An illicitus concubitus causet affinitatem.* Ꝑ. Sic, quia habet aliquid de carnali commictione, et quia accedens ad meretricem fit unum corpus, 1. Corinth. 6. et quia in eo est quid naturale commune fornicationi et matrimonio. Item, ex concubitu contra naturam non causatur affinitas, quia non est commistio seminis ad prolem.

4. *An ex sponsalibus causetur affinitas.* Ꝑ. Proprie non, sed causatur impedimentum iusti-

publicae honestatis, et impedit ut affinitas.

* Licet sponsalia solvantur, tamen non tollitur impedimentum publicae honestatis, et nascitur ex sola promissione de futuro, sicut affinitas in contractu de praesenti. Item, si sponsalia essent nulla ex aliquo impedimento, non nascitur impedimentum publicae honestatis.

5. *An affinitas sit causa affinitatis.* ℟. Licet quondam fuerit causa, nunc non est, et sic non parit affinitatem.

6. *An affinitas matrimonium impediat.* ℟. Praecedens impedit, et dirimit, ut consanguinitas; subsequens non dirimit matrimonium.

7. *An affinitas habeat per se gradus.* ℟. Per se non habet, sed ratione consanguinitatis habet eosdem, et sic quoto gradu consanguinitatis distat vir, toto affinitatis distat uxor.

8. *An gradus affinitatis extendantur secundum gradum consanguinitatis.* ℟. Sic. Item, facilius dispensatur in remotis gradibus affinitatis, quam consanguinitatis, quia est minus vinculum.

9. *An coniugium contractum inter affines, et consanguineos semper sit dirimendum.* ℟. Sic, quia non est matrimonium, et concubitus esset peccatum mortale, nisi ignorantia excusaret.

* Item, contrahens si est certus de impedimento, non potest petere, nec reddere; si opinatur, potest tantum reddere; si neutrum, potest petere et reddere.

10. *An ad separationem matrimonii contracti inter affines, et consanguineos sit procedendum per viam accusationis.* ℟. Potest procedi accusando contra factum illicitum.

* Extranei repelluntur ab accusatione ma-

trimonii, cum consanguinei tacent qui possunt probare. Item, quando sunt sponsalia, non datur accusatio: potest tamen denunciari impedimentum, ut impediatur matrimonium.

11. *An ad separationem matrimonii contracti inter affines et consanguineos procedi debeat per testes.* R'. Sic, ut fiat fides iudici per testes, et idem potest esse accusator et testis, et non iuratur de calumnia, et consanguinei possunt esse testes, valet testimonium de auditu, non servatur ordo iudiciarius, quia contumax potest excommunicari, lite non contestata.

56. *De impedimento cognationis spiritualis.*

1. *An spiritualis cognatio impediat matrimonium.* R'. Sic, sicut et carnalis. Item, si praecessit matrimonium impedit, et dirimit contractum; si subsequitur, non solvit matrimonium, sed qui contraxit cognationem, non potest petere debitum, nisi in necessitate, v. g. si pater baptizasset filium, uterque potest petere.

2. *An per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur.* R'. Contrahitur per baptismum et confirmationem tantum; non per catechismum, quia est sacramentale, non sacramentum, licet secundum aliquos contrahatur impediens, et non dirimens in catechismo, ut in sponsalibus.

3. *An cognatio spiritualis contrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi, et levantem de sacro fonte.* R'. Sic, quia levans est, ut mater loco Ecclesiae: baptizans, ut pater loco Dei, sic qui tenet confirmandum.

4. *An cognatio spiritualis transeat a viro in*

uxorem. R'. Quando actus est communis sic, ecus non.

5. *An cognatio spiritualis transeat in filios carnales patris spiritualis*. R'. Quondam sic, sed post Concil. Trid. non.

57. *De cognatione legali, quae est per adoptionem.*

1. *An adoptio convenienter definiatur*. R'. Sic, et est extraneae personae in filium, vel nepotem, vel deinceps legitima assumptio, et hoc fit ad similitudinem naturae. Item, adoptio est duplex, prima qua transit persona in potestatem patris adoptantis, et dicitur arrogatio, et sic adoptatus succedit ab intestato, nec potest privari quarta parte sine causa; secunda est imperfecta, quando adoptatus non transit in potestatem, et sic sine licentia principis, nec succedit ab intestato. Item, qui habent perpetuum impedimentum generationis, non possunt adoptare, quia haereditas debetur illis, qui succedunt iure propinquitatis.

2. *An ex adoptione sequatur aliquod vinculum impediens matrimonium*. R'. Sic, idest cognatio legalis, quando adest auctoritas Ecclesiae confirmans leges humanas.

3. *An cognatio legalis contrahatur solum inter patrem adoptantem et filium adoptatum*. R'. Sic, et est triplex, prima descendentium, ut pater adoptans, et filius adoptati; secunda per modum affinitatis inter patrem, et uxorem filii adoptati, et filium adoptatum, et uxorem patris adoptantis, et utraque perpetuum matrimonium impediunt; tertia inter adoptatum

et filium naturalem, et haec solum impedit vivente patre adoptante.

58. *De impedimento frigiditatis, maleficii, furiae, amentiae, incestus et defectus aetatis.*

1. *Utrum frigiditas impediat matrimonium.* R'. Sic, quia non potest reddere debitum. Item, si est temporalis, vel ex maleficio, quae possit iuvari medicina, vel processu aetatis, non impedit. Item, ad cognoscendum an sit perpetua, Ecclesia dat triennium, deinde dissolvit matrimonium non consummatum, si vero ille, in quo erat impedimentum invenitur cum alia carnalem copulam habuisse, reintegravit primum, et solvitur secundum. Item, si caliditas per triennium impediret matrimonium, etiam solvitur, senibus tamen conceditur matrimonium, quia et si non possunt generare, tamen possunt habere copulam. Item, si mulier sciat virum esse frigidum, et contrahit matrimonium tenet, quia non impedit actum matrimonii de iure, ut consanguinitas, sed de facto. Item, arctata est impedita, ut frigidus, nisi aperiatur.

2. *An maleficium possit matrimonium impedire.* R'. Si est temporale, non; si perpetuum sic, et datur triennium. Item, vir separatus si potest habere copulam cum altera, potest cum ea contrahere, quia maleficium potest impedire cum una tantum.

3. *An furia matrimonium impediat.* R'. Sic, quia tollit usum rationis, sed si in lucido intervallo contrahitur, tenet. Item, si furia venit post matrimonium, non solvit. Item, furia impedit, ut error.

4. *An incestus, quo quis cognoscit sororem suae uxoris dirimat matrimonium.* R'. Si ante matrimonium, etiam post sponsalia dirimit, si post contractum matrimonium non dirimit, sed non potest petere debitum.

5. *An defectus aetatis impediat matrimonium.* R'. Sic, quia mulier debet esse duodecim annorum, vir quatuordecim, et hoc impedimentum reducitur ad errorem propter defectum rationis.

59. *De disparitate cultus, quae matrimonium impedit.*

1. *An fidelis possit contrahere cum infideli.* R'. Non, in nova lege, quia requiritur unitas cultus de praesenti, sed sponsalia de futuro cum promissione de conversione valent, quia de futuro. Item, contrahens cum haeretica tenet matrimonium, quia habent sacramentum fidei, id est baptismum, sed peccat; idem de excommunicata. Item cathecumenus non baptizatus, licet habeat veram fidem, si contrahit cum baptizata, non tenet.

2. *An inter infideles possit esse matrimonium.* R'. Sic, sed imperfectum, quia licet perducant prolem ad perfectionem legis naturae, quae est imperfecta, non tamen ad perfectionem gratiae, quae est per fidem, et sic in infidelibus non est sacramentum, sed ut officium naturae. Item licet matrimonium sit inter infideles, tamen non est inter fidelem, et infidelem ratione disparitatis in fide, et ratione infidelitatis.

3. *An coniux conversus ad fidem possit commanere cum uxore nolente converti.* R'. Sic, quia fides non tollit matrimonium, sed si sit obstina-

ta, potest cum ea non conversari, nec debitum petere; idem dicendum, cum uxor sit adultera. Item infideles, qui contraxerunt inter gradus prohibitos de iure divino si convertantur, non possunt simul manere; si de iure Ecclesiastico possunt. Item, si infidelis habens multas uxores convertatur, debet manere cum prima, si non prima, et aliqua alia convertatur, potest cum illa contrahere. Item, qui postquam unam repudiavit, et alteram duxit, si convertatur, tenetur accedere ad primam, si voluerit converti.

4. *An fidelis conversus possit uxorem infidelem dimittere nolentem cohabitare sine contumelia creatoris.* ℣. Sic, quia est adulterium spirituale, et quia est mortuus priori vitae, et sic non tenetur reddere debitum, vel cohabitare, licet in aliquo casu possit id facere, sicut secularis si fiat religiosus, non tenetur ad vota facta in seculo.

* Servus conversus non liberatur a servitute domini, quia haec non repugnat perfectioni Christianae, sed illa matrimonii sic, nec uxor habet ius in corpus viri, qui corporaliter est consepultus Christo. Item, servitus non impedit matrimonium nisi cum est ignorata. Item, proles conversi, si est in aetate perfecta poterit libere sequi, vel patrem, vel matrem: si non est in aetate perfecta, est danda fideli.

5. *An fidelis discedens ab uxore infideli possit aliam ducere.* ℣. Si infidelis vult cohabitare sine contumelia creatoris, licet possit ab ea discedere, non potest aliam ducere; si cum contumelia creatoris, potest aliam ducere, quia ma-

trimonium sine baptismo non est ratum, et potest dissolvi, et dissolvitur non propter peccatum mulieris, sed propter sequens matrimonium. Item, si vir conversus non habet spem conversionis uxoris, ea requisita, ut convertatur, potest sacros ordines, et religionem ingredi, et licet postea uxor convertatur, non ei reddendus maritus in poenam tardae conversionis. Item, si filius convertatur, redditur ei possessio haereditatis, licet alius in possessionem intravit, quia vinculum paternitatis non solvitur per disparem cultum, sicut matrimonium.

6. *An alia vitia solvant matrimonium.* R'. Non, sed tantum fornicatio corporalis, et infidelitas reddunt nullum matrimonium; sed si non est ratificatum, solvitur vinculum matrimonii remanente altero in infidelitate, si conversus aliam duxit, nec solvitur per adulterium, nisi quantum ad actum, per alia peccata non, neque quantum ad actum, nisi ad tempus, v. g. in correctionem uxoris.

60. *De uxoricidio.*

1. *An liceat uxorem interficere in actu adulterii comprehensam.* R'. In foro conscientiae, et Ecclesiastico non licet, imo in nullo casu licet occidere uxorem propria auctoritate, potest tamen ex zelo iustitiae illam accusare, et procurare, ut puniatur etiam ad mortem, potest etiam illam corrigere non poena mortis, sed emendationis. Item, percutiens clericum inventum cum sua uxore non est excommunicatus, non tamen occisio uxoris est licita, licet nullam poenam incurrat.

2. *An uxoricidium impediat matrimonium.* R
Impedit, et punitur in eo, in quo peccavit, se
aliquando impedit contrahendum, et non diri
mit contractum, ut si ob adulterium, vel e
odio: aliquando dirimit contractum, ut si occi
dat, ut eam ducat cum qua moechatur, si ver
aliam ducit peccat contra statutum Ecclesiae
sed matrimonium tenet.

61. *De impedimento matrimonii, quod est votum solemne.*

1. *An alter coniugum post carnalem copula altero invito possit religionem intrare.* R. Non
quia est in praeiudicium uxoris, quae habet iu
in corpus viri, et non potest facere oblationem
Deo de alieno.

2. *An alter coniux ante carnalem copulam pos sit ingredi religionem altero invito.* R. Sic, qui
non est translata omnino potestas corporis, se
sub conditione, idest nisi convertatur ad me
liorem statum. Item, coniunctio matrimoniali
ante copulam carnalem, est perfecta quantum
ad actum primum, sed non quantum ad actum
secundum, et assimilatur possessioni corporali
et sic non habet omnimodam indissolutionem

3. *An mulier possit nubere alteri viro ante carnalem copulam primo viro ingresso religionem.* R
Post professionem potest, quia est mortuus spi
ritualiter, sicut quando moritur corporaliter.

* Coniuges quando pari consensu ingrediun
tur religionem, non abrenunciant coniugali vin
culo, ideo non solvitur; sed quando unus in
greditur, quantum in se est abrenunciat vin
culo, ideo solvitur.

62. *De impedimento quod supervenit matrimonio consummato, quod est fornicatio.*

1. *An propter fornicationem liceat viro uxorem dimittere.* ℟. Sic, quia non servanti fidem, non tenetur quis fidem servare, sed non potest eam dimittere, si ipse etiam est fornicatus. Item si ipse uxorem prostituerit. Item, si credens probabiliter virum suum esse mortuum, alteri nupserit. Item, si latenter ab aliquo cognita est sub specie viri sui lectum subintrante. Item, si fuerit vi oppressa. Item, si post adulterium vir eam carnaliter cognoscens sibi reconciliavit. Item, si in infidelitate dedit ei libellum repudii, si postea convertatur, tenetur eam recipere.

* Qui uxorem fornicariam livore vindictae dimittit, peccat; sed non, si ad evitandam propriam infamiam, vel ad vitium uxoris corrigendum, vel ad vitandam prolis incertitudinem. Item, si uterque est in eodem crimine, nemo potest accusare, vel facere divortium. Item propter vitium contra naturam potest fieri divortium, licet non causet incertitudinem prolis. Item, alia crimina etiam graviora non causant divortium.

2. *An vir teneatur ex praecepto dimittere uxorem fornicantem.* ℟. Si est correcta non tenetur, quia non est opus poena, et quilibet potest dimittere quod factum est contra se ipsum. Si non poeniteat, tenetur dimittere, ne eius peccato consentire videatur.

* Vir cognoscendo uxorem fornicantem non peccat, quia accedit ut ad uxorem. Item de di-

mittenda uxore non est praeceptum, potest eam corrigere.

5. *An vir proprio iudicio possit uxorem fornicantem dimittere.* R'. Quoad thorum sic, id-est potest non reddere debitum, et si ab Ecclesia compellatur reddere, reddens non sibi praeiudicat. Item divortium quoad habitationem non potest fieri sine iudicio Ecclesiae, quia non potest seipsum vindicare, quia esset iudex et actor. Item, si a viro dimissa fuerit, vir posset cogi ad cohabitandum, nisi posset incontinenti fornicationem probare. Item licet uxor non inveniatur in facto, tamen si inveniatur in locis et horis suspectis, et solus cum sola, nudus cum nuda, et hoc probetur per testes, videtur fornicatio probata. Item fraterna correctio debet praecedere quando proceditur per denunciationem, non quando per accusationem.

4. *An vir et uxor in causa divortii possint ad paria iudicari.* R'. Sic, quia quod licet uni, licet alteri, et in pari causa, licet sit maior causa divortii in uxore propter bonum prolis; quare ex inaequali causa ad aequalia obligantur, non tamen iniuste, quia in utroque est causa sufficiens.

5. *An post divortium vir alteri nubere possit.* R'. Non, quia non dissolvitur matrimonium. Item post divortium quisque potest vovere castitatem, quia nemo tenetur reddere debitum. Item si Ecclesia fuisset decepta falsis testibus, debet uxor reddi viro suo etiam post professionem in religione, et tunc reddere debitum, sed non petere.

6. *An post divortium vir et uxor possint re-*

conciliari. R'. Si post divortium est emendata, potest eam sibi reconciliare; si vero in peccato est incorrigibilis, potest, sed non debet, imo uxor dimissa post fornicationem si revocetur, tenetur redire ad maritum. Item si post divortium maritus adulteratur, non potest uxor petere reconciliationem, nec iudex potest illum de rigore ad hoc cogere, sed debet secundum aequitatem, ut consulat animae eius. Item vir adulter, si petat divortium, peccat, licet mulier non possit probare eius adulterium, tamen si petit debitum, et reconciliationem, vir tenetur ad utrumque.

63. *De secundis nuptiis.*

1. *An secundae nuptiae sint licitae.* R'. Sic, quia post mortem uxoris non est impedimentum, licet careat illo honore, ut sit una unius sicut Christus, et Ecclesia, et fit irregularis non propter culpam, sed propter defectum sacramenti.

2. *An secundum matrimonium sit sacramentum.* R'. Sic, ut primum, quia habet requisita, idest materiam, atque formam, et copula non est peccatum, et in secundo reperitur perfecta significatio, licet respectu primi habeat aliquem defectum, ideo non benedicuntur secundae nuptiae.

64. *De annexis matrimonio, et de redditione debiti.*

1. *An alter coniugum teneatur alteri reddere debitum.* R'. Sic, ex necessitate praecepti, salva tamen prius incolumitate personae, quia reddere spectat ad generationem prolis. Item, quando vir redditur impotens ad reddendum debitum ex causa licita, mulier non debet exigere,

et ille non debet reddere, sed si ex causa illicita, et ex hoc sequatur peccatum mulieris, imputatur viro. Item, lepra solvit sponsalia, sed non matrimonium; ideo uxor tenetur leproso debitum reddere, sed non tenetur cohabitare, quia ex cohabitatione facilius quis inficitur, quam ex coitu, et licet proles generetur infirma, tamen melius est male esse, quam omnino non esse.

2. *An vir teneatur debitum reddere uxori non petenti.* R'. Si per signa, vel interpretative cognoscit velle debitum, licet ob verecundiam non petat, tenetur reddere, quia est veluti medicina. Item, vir non debet uxorem avertere, ne debitum petat, nisi esset aliqua rationabilis causa, et tunc non debet cum magna instantia eam avertere ob imminentia pericula.

3. *An vir, et mulier in actu matrimoniali sint aequales.* R'. Aequaliter obligantur ad actum matrimonii, ad gubernationem domus cum aliqua proportione, quia vir regit, illa regitur, et gubernatur, et tandem sunt aequales secundum proportionem.

4. *An vir, et uxor possint votum emittere contra debitum matrimonii sine mutuo consensu.* R'. Non potest, quia non habet potestatem sui corporis, et non potest vovere de alieno.

5. *An in diebus sacris impediatur petitio debiti.* R'. In diebus, in quibus praecipue spiritualibus est vacandum non licet, quia actus matrimonii licet culpa careat, tamen distrahit, et reddit hominem ineptum ad spiritualia.

6. *An petens debitum tempore sacro peccet mortaliter.* R'. Non, in lege nova.

7. *An unus coniugum teneatur alteri reddere debitum tempore festivo.* R. Sic, salva tamen honestate, et non peccat, quia invitus dat quod ab eo exigitur, et quantum in se est non consentit, et potest orare in aliis horis.

65. *De pluralitate uxorum.*

1. *An habere plures uxores sit contra legem naturae.* R. Non primario, sed secundario, seu deductum, quia impedit bonam directionem finis, et reddit actionem inconvenientem fini, quia non poterunt bene, et in pace educari filii multarum uxorum et inter fideles significationem Christi, et Ecclesiae.

2. *An aliquando licitum fuerit habere plures uxores.* R. Sic antiquitus, etiam sanctis Patribus ex dispensatione facta a Deo ad multiplicationem prolis educandae ad cultum Dei, et pluralitas uxorum non est contra primum ius naturae, sed contra secunda praecepta deducta ex primo, et sic dispensatio circa plures uxores non fuit contra, sed praeter ordinem naturae. Item, cultus Dei post Christum non per carnalem propagationem, ut in veteri lege, sed per spiritualem debet multiplicari, et conservari, ideo nunc non est necessaria talis dispensatio.

3. *An habere concubinam sit contra legem naturae.* R. Sic, quia filii essent vituperabiles. Item, matrimonium est naturale, ergo concubinatus non est naturalis; imo in hoc solum delectatio quaeritur, non proles.

4. *An accedere ad concubinam sit peccatum mortale.* R. Sic, quia excludit a regno Dei.

5. *An aliquando fuerit licitum habere concu-*

binam. R/. Nunquam fuit licitum, quia est contra praeceptum decalogi, imo est contra prima praecepta legis naturae, quae non dispensantur, et si de antiquis patribus legatur, dicendum vel quod peccarunt, vel erant uxores quantum ad bonum prolis, non quantum ad societatem, et communionem operum.

66. *De bigamia et irregularitate ex ea contracta.*

1. *An bigamiae sit annexa irregularitas.* R/. Sic, et est quando quis habet successive plures uxores de iure, vel quando simul habet duas, unam de iure, alteram de facto, vel cum plures habet successive, unam de iure, alteram de facto, vel cum viduam ducit in uxorem, et ratio est, quia deest significatio sacramenti, idest ut sit unius, et quia datur signum concupiscentiae, hinc solus consensus de praesenti cum copula causat irregularitatem.

2. *An qui habet duas uxores, unam de iure, alteram de facto sit irregularis.* R/. Sic, quia in secundo est sacramenti similitudo, et primum est principale in causanda irregularitate. Item, si non cognovit carnaliter eam, quam de iure contraxit, et contrahit de facto cum alia, quam carnaliter cognoscit, non est bigamus, quia primum matrimonium non habuit perfectam suam significationem; si vero coactus ab Ecclesia redit ad primam, et eam cognoscit fit bigamus.

3. *An qui ducit uxorem non virginem fiat irregularis.* R/. Sic, sed si vir corruptus duceret virginem, non esset irregularis, quia non facit defectum in sacramento. Item, probabile est, quod qui defloravit aliquam, quam postea ducit

uxorem, non sit irregularis. Item, si uxor rnicetur, ac maritus post fornicationem illam gnoscit, fit irregularis.

4. *An bigamia solvatur per baptismum.* R'. Non, uia baptismus solvit culpas, et non coniugia, quibus sequitur irregularitas. Item, sacraenta veteris legis tollebant irregularitatem, uia erant ad hoc ordinata, non sic baptismus, ui tollit peccatum.

5. *An cum bigamo liceat dispensare.* R'. Sic, ut rdinetur, quia bigamiae non est annexa irreularitas de iure naturali, vel divino, nec esntialiter contrariatur ordini, unde si bigamus rdinetur recipit characterem, et quando in iure icitur, cum bigamis non licere dispensare, inelligitur, non ita facile.

67. *De libello repudii.*

1. *An inseparabilitas uxoris sit de lege naturae.* '. Sic, ut educent filios, et eis thesaurizent, et uod Deus coniunxit homo non separet.

2. *An potuerit esse licitum per dispensationem xorem dimittere.* R'. Probabile est; inseparabitas matrimonii est deducta ex iure naturae et ic posset dispensari in rigore: Deus autem dipensare potest, etiam si esset in primo gradu aturae, ut Abraham filium occideret, et dimiteret Agar, sed supradictum intelligitur de marimonio, ut est officium naturae, quia nunc, ut st sacramentum, est indispensabile.

3. *An sub lege Moysis licitum fuerit uxorem imittere.* R'. Est res dubia, aliqui dicunt ex ermissione divina licuisse, alii dicunt repulium non excusasse a peccato, sed a poena in-

fligenda per legem, et haec est probabilior.

4. *An liceat uxori repudiatae alium virum ducere.* R'. Qui dicunt ex dispensatione divina per repudium esse dissolutum matrimonium poterat alium ducere, qui dicunt non licuisse, sed tantum non incurrisse poenas, dicunt non potest, et si in veteri lege sunt exempla, dicunt licuisse habere plures uxores.

5. *An liceat viro repudiatam a se accipere.* R'. Non, et hoc in poenam.

6. *An causa repudii fuerit odium uxoris.* R'. Sic, ad evitandum homicidium, sunt et aliae causae remotae, ut sterilitas, lepra, mali mores.

7. *An causae repudii debeant in libello scribi.* R'. Non in speciali, ne damnum repudiatae nasceretur, sed in generali.

68. *De filiis illegitime natis.*

1. *An filii qui nascuntur extra verum matrimonium sint legitimi.* R'. Non. Nota qui conveniunt bona fide in facie Ecclesiae, licet adsit impedimentum, dum ignorant non peccant, nec filii sunt illegitimi, secus si in occulto contrahant, quia videtur ignorantia affectata. Item, filii nati ex simplici fornicatione sunt naturales, et non legitimi. Item, adoptivi sunt legitimi, et non naturales. Item, qui ex adulterio, et stupro, nec sunt naturales, nec legitimi, quia sunt contra legem positivam, et naturalem.

2. *An filii illegitimi debeant ex hoc aliquod damnum reportare.* R'. Sic, non quia illis subtrahatur, quod illis esset debitum, sed quod non erat debitum, sed esse poterat, ut quia non succedunt haereditati paternae, vel non admittun-

ur ad actus legitimos, ut ad aliquas dignitates, fficia, etc.

3. *An filius illegitimus possit legitimari.* R'. Sic, dest ad hoc, ut subtrahantur damna quae incurreret secundum leges. Nota, modus legitimandi secundum canones est, si pater ducat marem in uxorem, vel si papa dispensat: secundum leges est, si pater offert filium naturalem curiae imperatoris, si nullus sit filius legitimus, et ipsemet filius principi se offerat: si pater in testamento nominet eum legitimum haeredem, et postea eum imperatori offert; si pater in publico instrumento, vel cum trium testium inscriptione eum legitimum nominet, nec adiiciat naturalem.

69. *De his quae spectant ad resurrectionem, et primo de loco animarum post mortem.*

1. *An post mortem assignentur receptacula animabus.* R'. Sic quia Deus per eas gubernat corporalia, et sic est aliqua congruentia prout dignioribus substantiis digniora aptantur corpora, seu loca, licet substantia spiritualis secundum suum esse non pendeat a corpore, et sit in loco aliquo modo ex quadam proportionalitate v. gr. animae spiritualiter illuminatae conveniunt cum corporibus luminosis, ut in coelo; animae obtenebratae cum locis tenebrosis, ut in inferno.

2. *An statim post mortem animae deducantur ad coelum, vel ad infernum.* R'. Statim, nisi in bonis sit aliquid purgandum.

* Animae beatae in die iudicii iudicabuntur ad gloriam, etiam corporis.

3. *An animae in paradiso, vel in inferno existentes egredi valeant.* R'. Non, ita ut locus earum non sit paradisus, vel infernus, sed ex dispositione divina possunt ad tempus, ut saepe accidit, praesentari conspectui hominum. Item, beati possunt pro voluntate apparere hominibus, et hoc habent ex lumine gloriae, damnati non nisi ex permissione, tamen semper sunt cum eadem poena, vel gloria.

* Potest tamen apparere quasi praesentialiter in somnio, vel vigilia ex operatione bonorum, vel malorum.

4. *An limbus inferni sit idem quod sinus Abrahae.* R'. Erant unum per accidens ante Christum, quia prout habebant quietem, dicitur sinus Abrahae, prout aliquid eis deerat dicitur limbus, quia non habebant finem, et erat aliqua pars inferni, sed post adventum Christi nihil prohibet quod limbus, et sinus Abrahae sint diversi, quia erant unum per accidens: nam post Christum sinus Abrahae sumitur pro statu beatorum.

5. *An limbus idem sit quod infernus damnatorum.* R'. Non, quia a limbo fuerunt liberati, ab inferno non, et sunt secundum locorum qualitatem: probabile est quod pars superior inferni dicatur limbus.

6. *An limbus puerorum sit idem quod limbus Patrum.* R'. Quoad locum probabile est quod sic, sed differunt secundum qualitatem praemii, vel poenae, quia pueris in limbo non est spes beatitudinis, quae erat in patribus.

7. *An debeant tot receptacula distingui.* R'. Sic, secundum diversos status animarum, et

sic, vel est gloria, vel infernus, vel limbus, vel purgatorium.

*Daemones habent aërem istum caliginosum, non ut locum retributionis, sed pro officio eorum ad nostrum exercitium. Item, qui cum originali peccato, et veniali moritur, punitur in inferno in aeternum, quia est sine gratia, et sic non punitur ad tempus, ut in purgatorio. Item, bona praeterita damnatorum valent ad mitigationem poenae, non ad aliud praemium.

70. *De qualitate animae exeuntis a corpore, et poena ei inflicta ab igne corporeo.*

1. *An in anima separata remaneant potentiae sensitivae.* R'. Non, quia hae potentiae sunt coniuncti, et potentia est actus eius, cuius est; sed potentiae, quae non utuntur corpore, manent in anima, ut in subiecto, ut est potentia volendi, intelligendi, et potentiae quae utuntur organo, ut est potentia sensitiva, et vegetativa corrumpuntur corrupto organo, quod est subiectum earum.

* Sensitivas habet radicaliter. Item, in resurrectione erunt organa eadem numero, sed non potentiae, quia non sunt actus eorum formales, sed tantum perficientes eorum operationes, radicaliter autem semper manent.

2. *An in anima separata remaneant actus sensitivarum potentiarum.* R'. Non, nisi in radice.

* In anima separata est memoria intellectiva, quae respicit praeterita, praesentia, futura, sed non est memoria sensitiva, quae respicit tantum praeterita

3. *An anima separata possit pati ab igne cor-*

poreo. Ꝛ. Sic, ut in inferno, qui licet sit instrumentum divinae potentiae, tamen habet propriam actionem connaturalem, ut operetur circa id instrumentum Dei. Item, inter animam et corpus est contactus spiritualis, qui sufficit ad actionem. Item, damnati licet ex dispensatione divina aliquando sint extra infernum, tamen semper vident ignem inferni sibi paratum, et sic ubicunque sint, affligi possunt.

71. *De suffragiis mortuorum.*

1. *An suffragia facta per unum possint aliis prodesse.* Ꝛ. Non valent per viam meriti, idest ut per opus unius alter mereatur vitam aeternam, sed per opus proprium, sed per viam orationis potest iuvari alter, ut operetur ad salutem secundum liberalitatem Dei; similiter potest iuvari, etiam quantum ad aliquid consequens statum, ut est praemium accidentale; dimissio poenae, et forte ex intentione operantis posset iuvari per viam meriti, si ille sit in charitate, quia qui sunt in charitate, sunt unum, et unum opus unius potest dici alterius.

2. *An mortui possint iuvari ex operibus vivorum.* Ꝛ. Sic, quia communicatio secundum charitatem, non tamen valent ad mutandum statum.

3. *An suffragia per peccatores facta prosint mortuis.* Ꝛ. Prosunt ex opere operato, ut sunt sacramenta, et non ex opere operantis. Item, prosunt, ut gerit personam totius Ecclesiae, vel ut est instrumentum alicuius existentis in gratia, qui praecipit fieri suffragia per aliquem qui non est in gratia, sed si fierent a iusto, valerent ex opere operantis, et operato.

4. *An suffragia quae pro mortuis fiunt a vivis prosint facientibus.* ℟. Ut est satisfactorium non, quia solvens debitum pro alio non absolvitur a suo debito, sed ut est meritorium vitae aeternae, sic, si est in charitate.

5. *An suffragia prosint existentibus in inferno.* ℟. Non, nec pro eis Ecclesia intendit orare.

6. *An suffragia prosint existentibus in purgatorio.* ℟. Sic.

7. *An suffragia valeant pueris in limbo existentibus.* ℟. Non, quia exierunt sine fide.

8. *An suffragia prosint Sanctis existentibus in coelo.* ℟. Non, quia nullam habent indigentiam. Item, cum de nostris bonis gaudent, non augetur gaudium, ut intensius gaudeant, sed ut de pluribus gaudeant.

9. *An orationes Ecclesiae, sacrificium altaris, et eleemosynae prosint defunctis.* ℟. Sic, et praecipue, quia maxime pertinent ad communicationem charitatis.

* Licet Missa ex parte Sacrificii aeque prosit defuncto, sed quoad orationes magis prodest illa defunctorum, tamen hic defectus potest compensari, vel per maiorem devotionem celebrantis, vel iubentis celebrari, vel per intercessionem Sancti, cuius suffragium in missa imploratur.

10. *An indulgentiae Ecclesiae prosint mortuis* ℟. Directe, non: quia mortui non possunt operari, indirecte, sic: quia cum causa requirunt opera viventis, pro mortuis.

11. *An cultus exequiarum defunctis prosit.* ℟. Sic, quatenus vivi ex his moti pro defunctis orant, vel opera aliqua pia faciunt; et sic ex o-

pere operantis, de reliquis, ut ornatus, etc. haec magis sunt vivorum solatia, quam defunctorum subsidia.

12. *An suffragia, quae fiunt pro uno defuncto, magis proficiant ei, pro quo fiunt, quam aliis.* R. Solum pro eo valent, quantum ad satisfactionem poenae, quia facere suffragia est satisfacere, sed alii in caritate existentes delectantur de bonis alterius, et sic omnes consolationem habent.

13. *An suffragia facta pro multis tantundem valeant singulis, ac si pro unoquoque specialiter fierent.* R. Non, quia suffragium habet finitam efficaciam. Item, secus Ecclesia non diceret Missam solum pro uno, sed pro omnibus; sed ex laetitia charitatis sic, ut dixi in articulo 12.

14. *An suffragia communia tantum valeant illis, pro quibus specialia non fiunt, quantum illis, pro quibus fiunt communia, et specialia simul.* R. Non, sed specialia tantum pro his, pro quibus fiunt.

* Licet virtus Christi in sacramento sit infinita, tamen effectus ad quem sacramentum ordinatur est finitus, et sic non est necesse, ut tollat totam poenam. Item, credibile est ex divina misericordia quod suffragia facta pro aliquibus, si non indigeant, dispensentur aliis pro quibus non fiunt.

72. *De oratione respectu Sanctorum qui sunt in patria.*

1. *An sancti cognoscant orationes nostras.* R. Licet sancti non videant omnia, quae continentur in Deo, quia non comprehendunt Deum, sed vident ea, quae spectant ad perfectionem

propriae beatitudinis, et sic in Verbo cognoscunt vota, devotiones, orationes hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt, quod pertinet ad eorum gloriam, ut tanquam coadiutores Dei prosint ad salutem petentibus auxilium, tamen non ferunt auxilium, nisi prout vident esse dispositum a divina iustitia, quia semper sunt conformes divinae voluntati.

2. *An debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis.* R. Sic, quia divina bonitas disposuit, ut essent medii inter nos, et Deum, et sic perfectius servatur ordo, ut per media ad finem, et ob varias causas. Item, ad tollendum errorem Nestorii, et Arii non dicimus Christe ora pro nobis, sed audi nos.

3. *An orationes sanctorum pro nobis semper exaudiantur.* R. Sic, quia orando semper vount quod Deus vult, et quod Deus vult, semper fit, nisi loquamur de voluntate antecedenti, quae non semper impletur, tamen non est frustra oratio, quia forte praedestinatum est, ut sanctorum orationibus adimpleatur id, quod sancti vident Deum velle.

73. *De signis, quae iudicium praecedent.*

1. *An aliqua signa praecedent ante adventum Domini ad iudicium.* R. Sic, quae inducant ad reverentiam, et subiectionem iudici, quot autem, et quae signa erunt vix sciri potest.

2. *An circa diem iudicii sol, et luna realiter obscurabuntur.* R. Circa propinqua tempora iudicii sic, ad terrorem hominum, sed in ipso adventu Christi non, et fiet ex virtute Dei.

3. *An virtutes coelorum veniente Domino com-*

movebuntur. R'. Sic, idest Angeli admirabun tur, et Virtutes, qui est certus ordo Angelo rum, facient multa miracula, et non ampliu movebunt corpora coelestia, sicut nec Angel custodes homines.

74. *De igne ultimae conflagrationis.*

1. *An mundi purgatio sit futura*. R'. Sic, u in meliorem statum mutetur, sicut corpus ho minum propter quos factus est, ut sit locus con venientior, et aspectu delectabilior, tum qui ex hominum culpa aliquam infectionem con traxerunt, tum quia ad invicem creaturae s corrumpunt.

2. *An mundi purgatio sit futura per ignem*. R' Sic, quia ignis est nobilissimum elementum, e habet naturales proprietates similes proprietati bus gloriae v. g. non recipit commixtionem ex tranei, non ita inficitur, ut alia elementa, e quae non possunt purgari per ignem, corrum puntur ab eo, ut panni, vasa lignea, etc.

3. *An ille ignis quo mundus purgabitur sit eius dem speciei cum igne elementari*. R'. Sic, sed an descendat de coelo, vel generabitur in terra vir tute divina, est sub opinione.

4. *An ille ignis purgabit etiam coelos superio res*. R'. Non, quia non indigent purgatione, sed solum quiescent virtute divina a suo motu.

5. *An ille ignis alia elementa consumet*. R'. Non quoad substantiam, et qualitates, sed purga buntur ab infectione contracta ob peccata ho minum, et ab impuritate, ex mutua actione facta, et per illam purgationem elementa ac quirent nobilissimum statum, sed in sua specie.

6. *An omnia elementa per illum ignem purgabuntur.* R'. Non, sed solum usque ad medium aëris interstitium, quo usque ascenderunt aquae diluvii, et ignis non ascendet ultra aquas diluvii ex scriptura. Item, infernus non purgabitur, imo omnes faeces illuc descendent.

7. *An ignis conflagrationis debeat sequi iudicium.* R'. Non, sed praecedet iudicium, quia erit ante resurrectionem, quae praecedet iudicium, et conflagratio est dispositio ad resurrectionem, licet quoad aliquem effectum, idest involvere malos, subsequatur iudicium.

8. *An ille ignis habiturus sit talem effectum in hominibus qualis designatur.* R'. Naturaliter aeque ageret in omnes malos, et bonos, sed ut instrumentum divinae virtutis cruciabit malos, boni nullum dolorem sentient; purgandi sentient dolorem magis, et minus pro diversitate meritorum, sed post iudicium solum aget in damnatos.

9. *An ille ignis involvet reprobos.* R'. Sic, ut calidus, et combustivus descendet cum eis in infernum in poenam eorum; sed ut est subtilis, et lucidus, remanebit superius ad gloriam maiorem electorum.

75. *De resurrectione.*

1. *An corporum resurrectio sit futura.* R'. Sic, quia est de fide, et probatur multis.

2. *An resurrectio erit omnium generaliter.* R'. Sic, propter conformitatem naturae ad Christum.

3. *An resurrectio sit naturalis.* R'. Simpliciter non, sed est miraculosa, quia a privatio-

ne, idest morte ad habitum non datur regressus secundum naturam, licet secundum quid posset dici naturalis, quatenus in corpore est aliqua inclinatio, et potentia ad unionem cum anima, quae tamen potentia non sufficit ad rationem motus naturalis.

76. *De causa resurrectionis.*

1. *An resurrectio Christi sit causa nostrae resurrectionis.* R. Christus accepit primitias gratiae, et eius gratia est causa nostrae gratiae, quia ex eius plenitudine nos omnes accepimus, sic in Christo est inchoata nostra resurrectio: sed Christus, ut Deus, est prima causa nostrae resurrectionis, sed ut Deus, et homo resurgens, est causa proxima, et quasi univoca, et est etiam causa exemplaris, vel instrumentum Dei; et effectus, idest nostra resurrectio sequetur quando Deus voluerit, quia resurrectio Christi non est immediata nostrae, sed mediante voluntate Dei.

2. *An vox tubae sit causa nostrae resurrectionis.* R. Sic, quia tuba erit aliquod signum corporale datum a Christo ad nostram resurrectionem, quod potest esse multiplex, et habebit efficaciam instrumentalem a Christo ad resuscitandum, ex hoc quod proferetur a Deo.

3. *An Angeli operabuntur ad resurrectionem.* R. Sic, quia quae Deus corporaliter facit utitur ministerio Angelorum, v. g. ut colligant, et praeparent cineres, licet Deus immediate sine ministerio Angelorum uniet animam corpori, et glorificabit.

77. *De tempore et modo resurrectionis.*

1. *An tempus nostrae resurrectionis oporteat differri usque ad finem mundi.* R'. Sic, sicut motus coeli est usque ad finem mundi, sed resurrectio Christi cum sit causa, et exemplar nostrae resurrectionis, debuit praecedere omnium resurrectionem, quae erit in fine saeculi, nisi in aliquo ex privilegio particulari, ut in B. Virgine, et aliis.

2. *An tempus resurrectionis nostrae sit occultum.* R'. Sic, etiam Angelis, et Apostolis.

3. *An futura sit resurrectio tempore noctis.* R'. Sic, sicut resurrectio Christi, quae est exemplar nostrae, fuit in nocte; de hora determinate sciri non potest, sed probabile est, quod erit illa in qua Christus resurrexit, ut quasi in crepusculo.

4. *An resurrectio sit subito, vel successive.* R'. Concursus Angelorum operabitur in tempore imperceptibili, quod posset vocari instans, sed quod fiet virtute divina, fiet subito.

78. *De termino a quo resurrectionis.*

1. *An mors erit terminus resurrectionis in omnibus.* R'. Praecedet, secus non resurgerent.

2. *An omnium resurrectio erit a cineribus.* R'. Sic, nisi ex privilegio alicui aliter concedatur, et qui ante iudicium immediate erunt vivi, resolventur in cinerem ab igne purgante totum universum, et per cineres intelliguntur omnes reliquiae, quae remanent resoluto corpore.

3. *An pulveres illi, ex quibus humanum corpus reparabitur, habeant aliquam naturalem inclinationem ad animam quae eis coniungetur.* R'

Non, quia possent resolvi in animalia, sed solum divina providentia statuit illos iterum animae coniungi.

79. *De conditionibus resurgentium, et primo de eorum identitate.*

1. *An anima in resurrectione resumat idem corpus numero.* ℟. Sic, quia resurrectio est surgere idem, quod cecidit, idest anima et corpus, et refutantur errores.

2. *An sit idem numero homo qui resurget.* ℟. Sic, quia resurgere est reviviscere, ergo, et ut idem homo ad beatitudinem perveniat, et est idem numero corpus, et eadem numero anima. Item, anima hominis secundum substantiam est rationalis, et sensibilis; quod sufficit, ut sit idem numero homo, et potentiae sensitivae, quae corrumpuntur, non possunt totaliter tollere identitatem animalis, cum sint accidentales proprietates.

3. *An pulveres humani corporis oporteat redire ad eandem partem corporis, quae in eis dissoluta est.* ℟. Dummodo servetur eadem species potest defendi diversa variatio partium, sed congruentius videtur dicendum quod servabitur in resurrectione situs partium, quantum ad partes essentiales, et organicas, et non quantum ad partes accidentales, ut sunt ungues, etc

80. *De integritate corporum resurgentium.*

1. *An omnia membra humani corporis resurgent.* ℟. Sic, ut perfecte, et integre reparetur, et perfecte respondeat animae tanquam causae efficienti circa membra quae non solum est forma, et finis. Item intestina resurgent

plena nobilissimis humoribus. Item, homo meretur, ut praemietur, etiam in membro, quo forte in vita caruit.

2. *An capilli, et ungues in homine resurgent.* Ꝑ. Sic, quia homo resurget in perfectione suae naturae, et haec sunt data ad ornamentum, et etiam ad conservationem partium. Item, urina et aliae superfluitates, quae expelluntur a natura, non erunt; nec semen, quia non est ad perfectionem individui, sed ad perfectionem speciei.

3. *An humores in corpore resurgent.* Ꝑ. Illa humiditas, quae ad integritatem humanae naturae pertinet, resurget in homine, ut sanguis in Christo, et isti humores non erunt ad restaurationem deperditi, sed ad integritatem corporis, sed non urina, semen, sudor, quia haec a natura reiiciuntur pro perfectione individui, vel ad generandum, vel nutriendum, ut lac.

4. *An totum quod fuit in corpore de veritate humanae naturae, resurget in ipso.* Ꝑ. Sic, secus corpus non esset perfectum, et sic totum quod pertinet ad esse corporis, et quod percipiet formam hominis, resurget: quid autem sit hoc, quod pertinet ad essentiam, sunt variae opiniones.

* Carnes humanae comestae resurgent in eo in quo magis accesserunt ad perfectam participationem speciei: sed si aequaliter, resurgent in eo, in quo primo fuerant, et si quid superfluerit, resurget in secundo, et si quid deerit in quolibet illorum ad perfectam quantitatem, supplebit virtus divina.

5. *An quidquid fuerit materialiter in membris*

hominis, totum resurget. Ꝛ. Non, quia esset monstruositas, sed considerata totalitate speciei, quae attenditur secundum quantitatem, figuram, situm, et ordinem partium; sic capilli non resurgent considerata totalitate materiae ab infantia, sed speciei, sic ossa, et similia.

81. *De qualitate resurgentium.*

1. *An omnes resurgent in eadem aetate.* Ꝛ. Omnes in aetate iuvenili sine ullo defectu, qui est in pueris, vel in senibus ad mensuram aetatis plenitudinis Christi, qui fuit circa triginta annos. Item, resurgemus in statu iuvenili; non quantum ad numerum annorum, sed quantum ad statum, qui in corpore humano ex annis relinquitur.

2. *An omnes resurgent eiusdem staturae.* Ꝛ. Non, sed in quantitate, quae debebatur individuo, si natura non errasset, neque defecisset, et quod superest, resecabitur, et quod deest supplebitur a Deo.

3. *An omnes resurgent in sexu virili.* Ꝛ. Non, sed in diversis sexibus, ut in diversis staturis, et haec diversitas spectat ad perfectionem speciei, et si sit differentia sexus, non erit confusio mutuae visionis, quia ibi non est libido incitans ad turpes actus, unde nascitur confusio, nec erit subiectio, quia non erit aliqua differentia, nisi ratione meritorum, et virtus animi erit in utroque sexu, unde occurremus in virum perfectum.

4. *An omnes resurgent in vita animali.* Ꝛ. Non, quod sit nutritio, vel generatio, comestio, etc. hinc cessabunt mutuae actiones elementorum, et motus coeli, qui erat ad actiones animalis.

* Comestio Christi post resurrectionem non fuit necessitatis, quia cibo egeret, sed potestatis, ut ostenderet se veram naturam assumpsisse, quam prius habebat. Item beatitudo corporis humani consistit in operatione, ex redundantia rationis, et quia homo est, et non, ut animal est, et delectationes corporales sunt medicinales ad tollendum fastidium in actibus, nec sunt verae delectationes, nec de perfectione beatitudinis.

82. *De conditionibus corporum beatorum resurgentium.*

1. *An corpora sanctorum post resurrectionem erunt impassibilia.* R'. Sic, quia quamvis in eis sint elementa cum qualitatibus habentibus actionem et passionem, sed quia quidquid in eis est elementarium qualitatum, erit perfecte subiectum animae rationali, et sic non potest esse mutatio contra dispositionem qua perficiuntur ab anima. Ita, ut potentia illius materiae sit ligata virtute animae.

* Cicatrices in sanctis erunt non ut important aliquem defectum, sed ut signa constantissimae virtutis.

2. *An impassibilitas in omnibus erit aequalis.* R'. Impassibilitas, ut dicit negationem, vel privationem, erit aequalis, sed secundum dominium animae, non erit aequalis, quia est quoddam praemium datum ratione meritorum: sed in nullo erit passibilitas, quia non erit maior per recessum a contrario, sed per accessum ad terminum.

3. *An impassibilitas excludat sensum in actu a corporibus gloriosis.* R'. Non, quia sentient, et videbit eum omnis oculus, et immutatio quae

fiet a sensibili in potentia, v. g. oculo, non erit naturalis, sic, ut eadem qualitate mutetur, sicut quando manus tangit calidum fit calida, sed per qualitatem sensibilem spiritualem, v. g. quando recipitur species, et non qualitas, ut cum oculus videt albedinem, et non efficitur albus.

* Potentiae in sanctis erunt perfectissimae, et una poterit intense operari sine impedimento alterius operationis, et sic dum Deum contemplantur, poterunt alias operationes exercere.

4. *An in beatis post resurrectionem sint omnes sensus in actu.* R'. Sic, excipitur gustus, qui deservit nutritivae, nisi forte per immutationem linguae ab aliqua humiditate, quia corpus debet praemiari, ergo omnes sensus, etiam de obiectis sensuum, vide ibi.

83. *De subtilitate corporum beatorum.*

1. *An subtilitas sit proprietas corporis gloriosi.* R'. Sic, et est perfectio corporis veniens ex dominio animae gloriosae, et non erit subtilitas ex eo, quod corpus vertatur in spiritum: esset enim haeresis, non enim resurgeret homo: nec erit subtilitas per modum rarefactionis, quia corpus erit palpabile, habens carnem, et ossa.

2. *An ratione huius subtilitatis competat corpori glorioso esse in eodem loco cum alio corpore non glorioso.* R'. Ratione subtilitatis non, quia non aufertur dimensio quantitatis, quae requirit proprium situm, sed hoc habebit ex operatione virtutis divinae, et sic transibit coelum.

3. *An per miraculum possit fieri, ut duo corpora sint in eodem loco.* R'. Sic, ut in partu B. Virginis, et Christus intravit ianuis clausis, et in

oc non est contradictio, et utrumque corpus sset in loco.

* Non potest fieri per miraculum, quod unum orpus localiter sit in diversis locis, et corpus Christi in altari non est in loco, et eadem virutc fit, ut accidens sit sine subiecto.

4. *An unum corpus gloriosum possit esse cum ulio glorioso in eodem loco.* R'. Ratione suae prorietatis, vel subtilitatis non, sicut, nec cum ion glorioso, sed virtute divina sic.

5. *An ex sua subtilitate removeatur a corpore glorioso necessitas existendi in aequali loco.* R'. Non, quia semper cum eo est eadem quantitas.

* Corpus Christi in sacramento altaris non est localiter; potest quidem beatus quando vult videri, vel non videri, quia hoc nihil variat in ipso corpore.

6. *An corpus gloriosum ratione suae subtilitatis sit impalpabile.* R'. Corpus gloriosum ex sua natura est palpabile, ut illud Christi, sed est in potestate beati immutare, vel non immutare sensum tactus, sed ex virtute divina habet corpus gloriosum, ut non palpetur a corpore non glorioso.

84. *De agilitate corporum beatorum.*

1. *An corpora gloriosa sint futura agibilia.* R'. Sic, per dotem glorificati corporis, quae est perfectio effluens in corpus ab anima gloriosa, cui erit omnino subiectum, ut sit ubi vult anima, ut motrix.

* Et dicuntur ferri ab Angelis, ut monstretur reverentia, quae debetur eis, et per hanc dotem agilitatis corpus redditur aptum non solum ad motum, sed etiam ad sentiendum, et ad omnes

alias operationes, et hoc dabitur a Deo in proprietate gloriae.

2. *An sancti aliquando utentur sua agilitate, ita quod moveantur.* R'. Sic, quia resurgent ad coelum, et etiam in coelo pro sua voluntate movebuntur, et semper erunt beati, quia ubique Deum videbunt, et hoc non propter indigentiam, sed ut manifestent virtutem motivam in ipsis: nec motus localis aliquid minuit de stabilitate animae in Deo, et semper gaudet de loco sibi debito ex meritis, licet in alio loco sit.

3. *An sancti moveantur in instanti.* R'. Non, sed in tempore imperceptibili propter sui brevitatem, quia medium est divisibile, sic et motus; nec transit de loco ad locum sine medio, sicut facit voluntas, et Angelus qui aequivoce dicitur esse in loco respectu corporis. Item, licet post resurrectionem non erit tempus, quod est numerus motus coeli, tamen erit tempus consurgens ex posteriori, et priori.

85. *De claritate corporum beatorum.*

1. *An corporibus gloriosis conveniat claritas.* R'. Sic, quia fulgebunt sicut sol, et illa claritas causabitur ex redundantia gloriae animae in corpus modo corporali, et recipietur per modum recipientis, et erit maior, vel minor secundum quantitatem gloriae animae pro meritis, nec color qui est conveniens corpori impedietur, et erit claritas secundum modum cuiuslibet partis.

2. *An claritas gloriosi corporis possit videri a corpore non glorioso.* R'. Sic, et naturaliter, et impii videbunt gloriam sanctorum in iudicio, et ex hoc torquebuntur, et assimilatur claritati

Christi in transfiguratione quam viderunt Apostoli.

* Claritas naturae, et gloriae licet in causa sint diversi generis, tamen conveniunt in specie. Item, claritas beati licet sit intensa non offendit visum, quia agit virtute animae, sed delectat, et videtur secundum imperium voluntatis, cui subditur.

3. *An corpus glorrosum necessario videatur t corpore non glorioso.* R'. Non, sed ut anima voluerit sub cuius potestate est, sicut corpus Christi post resurrectionem non necessario videbatur.

* Claritas in corpore glorioso erit obediens animae, quae potest occultari, et ostendi quando vult, ut mutet, vel non mutet visum, non tamen potest mutare quantitatem corporis.

86. *De conditionibus corporum damnatorum resurgentium.*

1. *An corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgent.* R'. Resurgent integra quoad membra, et quoad defectus membrorum, in quibus attenditur perfectio naturae, v. g. mortui in puerili aetate, sed defectus nati ex naturalibus principiis, ut ponderositas, passibilitas, etc. erunt in corpore damnati.

2. *An corpora damnatorum erunt incorruptibilia.* R'. Sic, quia cessante motu coeli non erit corruptibilitas: sed incorruptibilitas beatorum erit etiam ex vi gratiae.

3. *An corpora damnatorum sint futura impassibilia.* R'. Erunt impassibilia passione naturali, sicut et incorruptibilia, quia cessabit motus coeli a quo est omnis alteratio; sed erunt passibilia

passione animae per modum cuiusdam intentionis, sicut similitudo albedinis recipitur in oculo, et erit etiam sensus poenae, per modum laesivi erunt passibilia, sed beatorum non, quia non accipient per modum laesivi. Item, ignis affliget, et non consumet.

87. *De cognitione quam habebunt resuscitati in die iudicii respectu meritorum et demeritorum.*

1. *An post resurrectionem quilibet cognoscat peccata quae fecit.* R'. Sic, ex divina vi, et quisque perfecte sciet ob quae iudicabitur, quae erunt in conscientia, ut in libris scripta, ut unus liber erit cum sententia iudicis, et hoc fiet ex divina vi. Item, in Sanctis memoria peccatorum erit causa cur gaudeant de divina misericordia, ob quam sunt dimissa.

2. *An quilibet poterit legere quae sunt in conscientia alterius.* R'. Sic, ut omnes cognoscant sententiam esse iustam tum in bonis, tum in malis; nec minuetur confusio peccantium, quia habent socios.

3. *An omnia merita, vel demerita propria, vel aliena uno intuitu ab aliquo videbuntur.* R'. Omnia in brevissimo tempore virtute divina, sed beati omnia vident in Verbo.

88. *De iudicio generali, tempore et loco in quo fiet.*

1. *An generale iudicium sit futurum.* R'. Sic, post resurrectionem, et tunc apparebit divina iustitia, quae modo occultatur in multis.

* Licet iudicium sit particulare, et universale, tamen Deus non iudicat bis in id ipsum, quia non infert duas poenas pro uno peccato, sed complet quae inflicta non fuerant.

2. *An iudicium fiet per locutionem vocalem.* R'. Hoc certe sciri non potest, sed est probabile, quod perficietur mentaliter; sed Christus corporaliter apparebit, ut iudex.

3. *An tempus futuri iudicii sit ignotum.* R'. Sic, sed soli Deo notum.

4. *An iudicium fiat in valle Iosaphat.* R'. Probabiliter colligitur ex scripturis, quod erit circa locum montis Oliveti, unde Christus ascendit, qui praeeminet valli Iosaphat, ut ostendatur quod idem est, qui ascendit, et descendit ubi magna multitudo in parvo spatio comprehendi potest, et nubes non erunt vapores aliqui, sed densitates lucis resplendentes a corporibus sanctorum.

89. *De iudicantibus et iudicatis in iudicio generali.*

1. *An aliqui homines iudicabunt cum Christo.* R'. Iudicare ex propria auctoritate ferendo sententiam est solius Dei, sed iudicare sententiam iam latam pronunciando, convenit viris perfectis, quia alios ducunt in cognitionem divinae iustitiae, ita ut revelatio iustitiae dicatur iudicium. Nec est inconveniens aliquos Sanctos aliis revelare quaedam per modum illuminationis, vel locutionis.

2. *An iudiciaria potestas correspondeat voluntariae paupertati.* R'. Sic, quia humilibus per modum meriti convenit exaltatio; qui secuti sunt Christum, etc.

3. *An Angeli debeant iudicare.* R'. Non, quia non habeat humanam naturam; unde Christus iudicium facit, quia filius hominis, sed erunt ministri iudicis, et approbabunt sententiam.

4. *An Daemones exequentur sententiam iudicis in damnatos.* R'. Sic, quia iustum est, ut qui diabolo se subiecerunt peccando, subiiciantur eidem in poenis.

5. *An omnes in iudicio comparebunt.* R'. Sic, quia Christum videbit omnis oculus, et sicut mortuus est pro omnibus sufficienter, ita convenit, ut omnes agnoscant suam iudiciariam potestatem, qui est iudex vivorum, et mortuorum.

6. *An boni in iudicio iudicabuntur.* R'. Omnes, ut praemientur, et fiat discussio ubi fuit aliquando peccatum, ut omnes alii cognoscant merita, et Dei iustitiam.

7. *An mali iudicabuntur.* R'. Quoad retributionem poenae omnes; sed quoad discussionem, non, quia non fit de infidelibus, quia opera sine fide carent rectitudine.

8. *An Angeli in futuro iudicio condemnabuntur.* R'. Non, quia iam iudicati sunt, indirecte sic, quia boni gaudebunt de salute eorum, quos ad meritum induxerunt; mali contra magis torquebuntur propter ruinam malorum, qui per eos ad mala sunt excitati.

90. *De forma iudicis venientis ad iudicium.*

1. *An Christus in forma humanitatis sit iudicaturus.* R'. Sic, et sic convenit, dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est, cuius beneficio salvamur, et in hac forma praedicavit, et fuit iudicatus, et nos redemit, hinc data est Christo omnis potestas in coelo, et in terra.

* In Christo secundum divinam naturam erat auctoritas dominii ob creationem, secundum hu-

manam erat auctoritas dominii iure redemptionis, et ex dono divinitatis erat invincibilis, et quae Christus faciebat in carne, attribuitur divinitati, quia caro erat instrumentum divinitatis.

2. *An Christus in iudicio apparebit in forma gloriosa humanitatis.* Ꝛ. Sic, imo electi habebunt corpora gloriosa; et sicut in primo adventu venit in infirmitate, ut iudicaretur, sic in secundo veniet in gloria et maiestate, ut iudicet; et veniet in eadem carne, sed gloriosa, et videbitur ita gloriosus ab omnibus, quod beatis erit in praemium, damnatis in poenam, et ostendet plagas suas.

3. *An divinitas sine gaudio videri poterit.* Ꝛ. Non, quia Deus est per essentiam bonus, et sic est impossibile, quod essentia apprehensa non delectet.

* Impii licet certo cognoscant Christum esse Deum, non tamen vident divinitatem, quam si viderent, non haberent tristitiam.

91. *De qualitate mundi, et resurgentium post iudicium.*

1. *An mundus innovabitur.* Ꝛ. Sic, corporalia sunt facta propter homines, sed homo tunc non indigebit illis, et illa dispositio novitatis in mundo non erit naturalis, nec contra naturam, sed supra naturam, addens certam perfectionem cuiusdam gloriae; et homo meruit ut talis gloria mundo conferatur, et non mundus, qui non potest mereri.

2. *An motus corporum coelestium cessabit.* Ꝛ. Sic, sed non naturaliter, sed ex virtute divina, nec eo homo amplius indigebit.

* Nec motus est de substantia coeli, quae

remanebit, et cessante sole, illa pars terrae, quae non illuminabitur a sole, non erit obscura, quia corpora elementorum habebunt in se ipsis quandam gloriae claritatem, nec erit tempus post tempus.

3. *An in corporibus coelestibus augebitur claritas in illa innovatione.* ℟. Sic, quia si totus mundus immutabitur, ergo et coelum quod est pars mundi, sed de modo et quantitate Deus scit.

4. *An elementa innovabuntur per receptionem alicuius claritatis.* ℟. Sic, non tamen aequaliter omnia elementa vestientur claritate, sed quodlibet secundum modum suum, et hoc, ut homo per sensus, v. g. visum, manifesta indicia divinitatis habeat.

5. *An plantae et animalia remanebunt in illa innovatione.* ℟. Non, quia facta sunt ad conservandam vitam animalem hominis, qua cessante cessabunt, quia homo habet incorruptionem.

92. *De visione divinae essentiae in comparatione ad beatos.*

1. *An intellectus humanus possit pervenire ad videndum Deum per essentiam.* ℟. Sic, est de fide, tum ex scripturis, tum ex sanctis. Vide ibi, et in prima secundae.

2. *An Sancti post resurrectionem Deum corporalibus oculis videbunt.* ℟. Non, neque sentire aliquo sensu corporali, sicut per se visibile est nec hic, nec in patria, sed per accidens sic, idest tum tantam gloriam Dei inspicient in corporibus, et maxime gloriosis, et speciatim Christi, ut dicatur aliquo modo Deum videre, et ex parte intellectus tam clare Deum videbit,

quod in rebus corporalibus visis Deus percipietur, sicut in locutione alicuius percipitur eius vita.

3. *An sancti Deum videntes omnia videant quae Deus videt.* R'. Non, quia Deus scientia visionis cognoscit omnia quae sunt, erunt, et fuerunt tanquam praesentia. Item, cum scientia simplicis intelligentiae cognoscit illa, quae potest facere, licet nunquam facturus sit; secus non cognosceret perfecte suam potentiam, nisi cognosceret obiecta, sed impossibile est, ut beatus haec omnia cognoscat. Item, anima Christi cognoscit omnia in Verbo, quae Deus cognoscit, notitia visionis, sed alii beati non cognoscunt omnia in essentia divina, ut anima Christi, unde Angeli inferiores illuminantur a superioribus, et quo perfectius principium, seu essentia divina cognoscitur, eo plures effectus cognoscuntur per ipsum. Item, divina essentia est speculum voluntarium, ideo ostendit tantum ea quae vult. Item illa ignorantia in beatis non est poenalis, quia non dicit nescientiam alicuius, quod sciri debet, sed est quaedam nescientia. Item, probabile quod post diem iudicii omnes omnia videbunt in Verbo, quae Deus videt scientia visionis, sed non, ut anima Christi, sed aliqui plura, aliqui pauciora secundum gradum suum.

93. *De sanctorum beatitudine et eorum mansionibus.*

1. *An beatitudo sanctorum sit maior futura post iudicium, quam ante.* R'. Extensive sic, quia anima gaudebit non solum de bono proprio, sed etiam de bono corporis, et quia anima in-

formando corpus, perficitur, quia est in suo esse naturali, ut forma ad materiam, et perfectius operabitur, quia non impedietur a corpore, et sic potest dici, quod beatitudo erit perfectior, etiam intensive.

*Licet anima in actu intelligendi non utatur corpore, tamen perfectio corporis quodammodo cooperatur ad perfectionem operis intellectualis, in quantum anima in corpore glorioso erit ex sua natura perfectior, et efficacior, et gaudebit plus ob gloriam corporis intensive, et extensive.

2. *An gradus beatitudinis debeant dici mansiones.* R'. Sic, quia assequutio finis appetitivi dicitur mansio, et licet domus beatitudinis respectu obiecti sit una, tamen ex parte beatorum sunt multae, quia differunt beatitudines.

*In limbo, et purgatorio non sunt mansiones, quia qui ibi sunt non sunt consequuti suum finem.

3. *An diversae mansiones distinguantur penes diversos gradus charitatis.* R'. Sic, quia gradus beatitudinis sunt secundum gradus charitatis.

91. *De modo quo sancti se habebunt erga damnatos.*

1. *An beati qui erunt in patria videbunt poenas damnatorum.* R'. Sic, ut in beatitudine magis complaceant, et Deo maiores gratias reddant.

2. *An beati compatiantur miseriis damnatorum.* R'. Non erit per modum passionis, nec per modum electionis, quia volunt quod Deus vult, et sic non eligunt damnatos privari poena; sed erga peccatores in hac vita, sic, quia volunt eorum salutem, et ipsi possunt salvari sine praeiudicio divinae iustitiae.

3. *An beati laetentur de poena damnatorum.* R'. Non, ut poena damnatorum sunt, sed gaudent de divina iustitia, et sua liberatione, et sic ut habent aliquid boni annexum.

95. *De dotibus beatorum.*

1. *An sint ponendae aliquae dotes in hominibus beatis.* R'. Sic, et dona data a Deo ad ornatum eorum sicut ornamenta sponsarum in matrimonio carnali ad dotem pertinent, et dantur a tota Trinitate, licet datio approprietur Patri, dum traducitur sponsa in coelum.

2. *An dos sit idem quod beatitudo.* R'. Non, sed differunt realiter, et dos datur sine meritis, sed beatitudo pro meritis. Item, beatitudo est ipsa operatio. sed dotes sunt habitus, vel dispositiones, vel quaecumque aliae qualitates, quae ad ipsam operationem ordinantur. Item, beatitudo dicit omnia bona, etiam ipsas dotes, non ut partes essentiae, sed ut ordinatas aliquo modo ad beatitudinem.

3. *An competat Christo habere dotes.* R'. Proprie non, quia non est matrimonium inter naturam humanam et divinam, cum sit eadem persona; imo Christus est qui dat dotes spirituales, et non eas recipit: verum est, quod ea quae dicuntur dotes, excellentissime conveniunt Christo.

4. *An Angeli habeant dotes.* R'. Licet ea quae dicuntur dotes conveniant Angelis et hominibus, sed non ratione dotis, quia Angeli sunt sodales, et non sunt sponsae, quia non est conformitas naturae humanae, ut debet esse inter sponsum et sponsam, saltem non competit Angelis proprie dos, ut hominibus.

5. *An convenienter ponantur tres animae dotes.*

R'. Sic, et sunt visio, dilectio, fruitio. Ex parte habitus, qui elicit visionem, est una des, quae ab omnibus dicitur visio; et ob convenientiam per affectum, quae dicitur dilectio, quae ab aliquibus vocatur fruitio; et ob coniunctionem ponitur comprehensio quae est Deum praesentem habere. Visio respondet fidei, comprehensio spei, dilectio charitati.

96. *De aureolis.*

1. *An aureola sit aliud a praemio essentiali, quod aurea dicitur.* R'. Sic, quia praemium essentiale dicitur aurea, sed praemium accidentale superadditum dicitur aureola, et datur propter specialem rationem certaminis, cui debetur specialis corona spiritualis, idest aureola, ut in virginibus, martyribus et doctoribus.

2. *An aureola differat a fructu.* R'. Sic, et varia ratione distinguuntur, quia fructus est gaudium spiritualitatis, quod habetur ex opere per Verbum Dei, et multi habent fructus, sed non aureolas.

3. *An fructus debeatur soli virtuti continentiae.* R'. Magis continentiae, quia fructus debetur ex hoc, quod a carnali vita in spiritualem transit, quod fit per continentiam proprie.

4. *An convenienter assignentur tres fructus tribus continentiae partibus.* R'. Sic, quia continentiae coniugali datur fructus trigesimus; viduali sexagesimus; virginali centesimus: et hic fructus qui est accidentale praemium, non datur omnibus salvandis, ut carnalibus, qui in fine convertuntur.

5. *An aureola debeatur virginibus.* R'. Sic, quia in his est praecellens ratio victoriae, et

sic eis debetur specialis aliqua corona, idest aureola, et debetur his tantum quae habuerunt propositum servandi perpetuo virginitatem, sive cum voto, sive sine voto. Item, si aureola large sumatur, ut pro quocumque gaudio, quod potest haberi supra gaudium essentiale, tunc potest competere etiam non virginibus. Item, virgo violenter oppressa non amittit aureolam, sic ex diva Lucia, frigidi et eunuchi si habent propositum virginitatis, habebunt aureolam.

6. *An martyribus debeatur aureola.* R'. Sic, quia habent maiorem victoriam ex pugna quam virgines. Causa sufficiens ad martyrium non solum est confessio fidei, sed quaecumque alia virtus, quae pro fine habet Christum, ut B. Agnes, quae pro virginitate servanda mortua est, fuit martyr. Item, martyres actu, non voluntate, ut innocentes, qui passi sunt pro Christo, habent aureolam non secundum perfectam rationem, sed secundum quandam participationem.

7 *An doctoribus debeatur aureola.* R'. Sic, quia docendo et praedicando obtinent victoriam contra diabolum, illum expellendo a se, et ab aliis, sicut virgines et martyres contra mundum et carnem.

8. *An Christo debeatur aureola.* R'. Christo competit aurea corona, et non aureola, quia in Christo est plena victoriae ratio, et non per participationem, et per ipsum alii vincunt, et participant aureolas.

9. *An Angelis debeatur aureola.* R'. Non, quia in Angelis non est pugna, ut coronentur, nec habent corpus, ut per eius actum vincant, etc. et non datur amantibus martyrium, nisi patiantur.

10. *An aureola debeatur corpori.* R'. Non, se in mente, sed per quandam redundantiam re fulget in corpore, sicut ex gaudio essentia redundat in corpus decor, sic ex aureola menti

11 *An convenienter assignentur tres aureolae virginum, martyrum, doctorum.* R'. Sic, qui tres sunt victoriae privilegiatae in tribus pu gnis, contra delectationes venereas, et sic vir ginum; contra mundum persequentem, et si martyrum; contra diabolum, et sic doctorum

12. *An aureola virginum sit potissima inte alias.* R'. Secundum quid sic, quia longior pu gna, sed simpliciter potior est illa martyrum

13. *An unus alio habeat excellentius aureolam* R'. Sic, prout meritum est maius, vel minus Item, potest esse, ut quis in martyrio minu mereatur quantum ad praemium essentiale, se auream, quod est ex charitate, et magis quoa aureolam propter intentionem operis.

97. *De poena damnatorum.*

1. *An damnati in inferno sola poena ignis affligantur.* R'. Non, sed ex multis sicut in mul tis vanis finem suum posuerunt, et sic transi bunt a vehementissimo calore ad vehementis simum frigus sine aliquo refrigerio.

2. *An vermis damnatorum sit corporalis.* R' Non, sed spiritualis, idest remorsus conscientiae

3. *An status qui erit in damnatis, sit corporalis.* R'. Fletus corporalis, ut dicit resolutionen lacrymarum non erit in damnatis, quia con sumerentur, sed ut est quaedam commotio e turbatio capitis, potest esse.

4. *An damnati sint in tenebris corporalibus.* R'. Sic, in loco tenebroso, et si quid lumen erit,

idebunt quae displicent, et augebitur poena.

5. *An ignis inferni sit corporalis.* R'. Ignis qui cruciabit corpus est corporeus, licet a nostro igne in aliqua proprietate distinguatur, ut est instrumentum iustitiae Dei, cruciabit magis, vel minus.

6. *An ignis inferni sit eiusdem speciei cum igne nostro.* R'. Sic, sed in qua materia erit ille ignis, nescitur, nec indiget lignis, etc.; sicut corpora damnatorum licet sint eiusdem speciei, tamen sunt incorruptibilia, sic ignis.

7. *An ignis inferni sit sub terra.* R'. Sic, sicut gaudium beatorum est in coelo.

98. *De voluntate et intellectu damnatorum.*

1. *An voluntas omnis damnatorum sit mala.* R'. Deliberata semper erit mala, quia obstinati, sicut beatorum semper erit bona, licet damnati habeant voluntatem naturalem, et ut sic bonam, et appetunt bonum.

2. *An damnatos poeniteat de malo, quod fecerunt.* R'. Semper habent voluntatem mali, irae et peccati, et sic non poenitebit, nisi per accidens, in quantum affliguntur de poena, quam pro peccatis substinent.

3. *An damnati recta et deliberata ratione vellent non esse.* R'. Non, simpliciter, sed ad vitandam poenam sic.

4. *An damnati in inferno vellent alios esse damnatos, qui non sunt.* R'. Sic, ex odio et invidia.

5. *An damnati habeant Deum odio.* R'. Sic, ob effectum suae iustitiae, qui est poena, licet in se sit amabilis.

6. *An damnati mereantur.* R'. Non, quia iam

sunt in termino, nisi loquamur de poena secundaria et praemio accidentali.

7. *An damnati possint uti notitia, quam in hoc mundo habuerunt.* R°. Sic, sed erit ad tristitiam, et non ad laetitiam.

8. *An damnati aliquando cogitabunt de Deo.* R°. Non de Deo, ut in se est, sed ut punit, etc.

9. *An damnati gloriam beatorum videant.* R°. Ante diem iudicii intelligent eos esse in gloria inexistimabili, et ex hoc turbabuntur propter invidiam et privationem; post iudicium non videbunt, et dolebunt ob memoriam eorum, quae viderunt ante.

99. *De misericordia Dei respectu damnatorum.*

1. *An ex divina iustitia inferatur peccatoribus poena aeterna.* R°. Sic, quia offenderunt Dei maiestatem infinitam, ergo poena debet esse infinita, non in intentione, ergo in duratione.

2. *An per divinam misericordiam omnis poena terminetur, tam hominum, quam daemonum.* R°. Non, sicut nec bonorum beatitudo terminatur, licet eos citra condignum puniat.

3. *An divina misericordia patiatur homines in aeternum puniri.* R°. Sic, sicut daemones, et quia sunt eodem modo obstinati.

4. *An poenae Christianorum damnatorum per divinam misericordiam terminentur.* R°. Non, sed punientur in aeternum, ut alii, de quibus supra.

5. *An omnes illi qui operantur misericordiae opera, punientur in aeternum.* R°. Si moriantur in peccato mortali, in aeternum punientur.

INDEX

QUAESTIONUM

PRIMAE PARTIS

Quaest.		*Pag.*
1	De sacra doctrina qualis sit, et ad quae se extendat.	5
2	De Deo, an Deus sit.	7
3	De simplicitate Dei.	7
4	De Dei perfectione.	9
5	De bono in communi.	9
6	De bonitate Dei.	10
7	De infinitate Dei.	11
8	De existentia Dei in rebus.	12
9	De immutabilitate Dei.	13
10	De aeternitate Dei.	13
11	De unitate Dei.	14
12	Quomodo Deus a nobis cognoscatur.	15
13	De nominibus Dei.	18
14	De scientia Dei.	21
15	De ideis.	24
16	De veritate.	24
17	De falsitate.	23
18	De vita Dei.	26
19	De voluntate Dei.	27
20	De amore Dei.	29
21	De iustitia et misericordia Dei.	30
22	De providentia Dei.	31
23	De praedestinatione.	32
24	De libro vitae.	34
25	De divina potentia.	35
26	De divina beatitudine.	35
27	De processione divinarum personarum.	36
28	De relationibus divinis.	37
29	De personis divinis.	39
30	De pluralitate personarum in divinis.	40

Quaest. pag.
51 De his, quae ad unitatem et pluralitatem pertinent in divinis. 41
52 De divinarum personarum cognitione. 42
53 De persona Patris. 44
54 De persona Filii. 45
55 De imagine. 45
56 De persona Spiritus sancti. 45
57 De nomine Spiritus sancti, quod est amor. 46
58 De nomine Spiritus s., quod est donum. 47
59 De personis ad essentiam relatis. 47
40 De personis in comparatione ad relationes, sive proprietates. 50
41 De personis in comparatione ad actus notionales. 51
42 De aequalitate et similitudine divinarum personarum ad invicem. 53
43 De missione divinarum personarum. 54
44 De processione creaturarum a Deo, et de omnium entium prima causa. 57
45 De modo emanationis rerum a primo principio. 57
46 De principio durationis rerum creatarum. 59
47 De distinctione rerum in communi. 59
48 De distinctione rerum in speciali. 59
49 De causa mali. 60
50 De substantia Angelorum absolute. 60
51 De comparatione Angelorum ad corpora. 61
52 De Angelis in comparatione ad locum. 61
53 De motu locali Angelorum. 62
54 De cognitione Angelorum. 62
55 De medio cognitionis angelicae. 63
56 De cognitione Angelorum ex parte rerum immaterialium. 63
57 De Angelorum cognitione respectu rerum materialium. 64
58 De modo cognitionis angelicae. 64
59 De voluntate Angelorum. 65
60 De amore, et dilectione Angelorum. 66
61 De productione Angelorum in esse naturae. 67
62 De perfectione Angelorum in esse gratiae, et gloriae. 67
63 De Angelorum malitia quoad culpam. 68

Quaest. *pag.*
64 De poena Daemonum. 70
65 De opere creationis creaturae corporalis. 71
66 De ordine creationis quoad distinctionem. 72
67 De opere distinctionis secundum se. 73
68 De opere secundi diei. 73
69 De opere tertii diei. 73
70 De opere quarti diei. 73
71 De opere quinti diei. 74
72 De opere sexti diei. 74
73 De his, quae pertinent ad septimum diem. 74
74 De omnibus septem diebus in communi. 74
75 De homine quantum ad essentiam animae. 75
76 De unione animae ad corpus. 75
77 De pertinentibus ad potentias animae. 76
78 De potentiis animae in speciali. 77
79 De potentiis intellectivis. 77
80 De potentiis appetitivis in communi. 78
81 De sensualitate. 80
82 De voluntate. 80
83 De libero arbitrio. 81
84 Quomodo anima unita corpori intelligat corporalia. 82
85 De modo et ordine intelligendi. 83
86 Quid intellectus hominis cognoscat in rebus corporalibus. 84
87 Quomodo anima intellectiva seipsam cognoscat. 84
88 Quomodo anima humana cognoscat ea, quae supra se sunt. 85
89 De cognitione animae separatae. 86
90 De productione hominis quantum ad animam. 87
91 De productione corporis primi hominis. 87
92 De productione mulieris. 88
93 De fine, sive termino productionis hominis. 89
94 De statu, et conditione primi hominis quoad intellectum. 90
95 De pertinentibus ad voluntatem primi hominis; de gratia scilicet et iustitia. 91
96 De dominio hominis in statu innocentiae. 92
97 De his, quae pertinent ad statum primi hominis, quantum ad individui conservationem. 92
98 De pertinentibus ad conservationem speciei. 93

Quaest. pag.
99 De conditione prolis generandae quantum ad corpus. 93
100 De conditione prolis in illo statu quoad iustitiam. 94
101 De conditione prolis quoad scientiam. 94
102 De paradiso. 94
103 De gubernatione rerum in communi. 95
104 De effectibus divinae gubernationis in speciali. 96
105 De mutatione creaturarum a Deo. 97
106 De actu Angelorum, qui est invicem illuminare. 99
107 De locutionibus Angelorum. 100
108 De ordine Hierarchiarum. 101
109 De ordine Daemonum. 104
110 De praesidentia Angelorum super creaturam corporalem. 105
111 De actione Angelorum in homines. 106
112 De missione Angelorum. 107
113 De custodia hominum a bonis Angelis. 108
114 De impugnatione Daemonum. 110
115 De actione corporalis creaturae. 111
116 De fato. 113
117 De pertinentibus ad actionem hominis. 113
118 De traductione hominis secundum animam. 114
119 De propagatione hominis quantum ad corpus. 115

PRIMAE SECUNDAE

1 De fine ultimo hominis in communi. 116
2 De beatitudine hominis, in quibus consistat. 118
3 De beatitudine quid sit. 119
4 De his, quae ad beatitudinem requiruntur. 121
5 De adeptione beatitudinis. 122
6 De voluntario, et involuntario. 123
7 De circumstantiis humanorum actuum, in quibus voluntarium, et involuntarium invenitur. 125
8 De voluntate quorum sit, ut volitorum. 126
9 De motivo voluntatis. 126
10 De modo quo voluntas movetur. 128

Quaest. *pag.*
11 De fruitione quae est actus voluntatis. 129
12 De intentione, quae est actus voluntatis. 130
13 De electione, quae est actus voluntatis in comparatione eorum quae sunt ad finem. 130
14 De consilio quod electionem praecedit. 131
15 De consensu, qui est actus voluntatis in ordine ad finem. 132
16 De usu, qui est actus voluntatis in ordine ad media. 132
17 De actibus imperatis a voluntate. 133
18 De bonitate et malitia humanorum actuum in generali. 134
19 De bonitate et malitia humanorum actuum interioris voluntatis. 135
20 De bonitate et malitia exteriorum actuum humanorum. 137
21 De his, quae consequuntur actus humanos ratione bonitatis et malitiae. 138
22 De passionibus animae in generali. 139
23 De differentia passionum animae invicem. 139
24 De bono et malo in passionibus animae. 140
25 De ordine passionum ad invicem. 140
26 De passionibus animae in speciali, et primo de amore. 141
27 De causis amoris. 141
28 De effectibus amoris. 142
29 De odio. 145
30 De concupiscentia. 145
31 De delectatione secundum se. 144
32 De causa delectationis. 145
33 De effectibus delectationis. 146
34 De bonitate et malitia delectationum. 147
35 De dolore seu tristitia secundum se. 147
36 De causa tristitiae seu doloris. 148
37 De effectibus doloris seu tristitiae. 149
38 De remediis tristitiae, seu doloris. 149
39 De bonitate, et malitia tristitiae, seu doloris. 150
40 De passionibus irascibilis, et primo de spe, et desperatione. 150
41 De timore secundum se. 151
42 De obiecto timoris. 152
43 De causa timoris. 152

Quaest.

44 De effectu timoris. 153
45 De audacia. 154
46 De ira secundum se. 154
47 De causa effectiva irae, et de remediis eius. 155
48 De effectibus irae. 155
49 De habitibus in generali quoad eorum substantiam. 156
50 De subiecto habituum. 156
51 De causa habituum quantum ad generationem ipsorum. 157
52 De causa habituum quantum ad augmentum. 158
53 De corruptione et diminutione habituum. 158
54 De distinctione habituum. 159
55 De virtutibus quantum ad substantias. 159
56 De subiecto virtutis. 160
57 De distinctione virtutum intellectualium. 161
58 De distinctione virtutum moralium ab intellectualibus. 161
59 De distinctione virtutum moralium per comparationem ad passiones. 162
60 De distinctione virtutum moralium ad invicem. 163
61 De virtutibus cardinalibus. 163
62 De virtutibus theologicis. 164
63 De causa virtutum. 165
64 De medio virtutum. 165
65 De connexione virtutum. 166
66 De aequalitate virtutum. 167
67 De duratione virtutum post hanc vitam. 168
68 De donis. 169
69 De beatitudinibus. 171
70 De fructibus Spiritus sancti. 172
71 De vitiis et peccatis secundum se. 172
72 De distinctione peccatorum et vitiorum. 174
73 De comparatione peccatorum ad invicem. 175
74 De subiecto peccatorum, seu vitiorum. 178
75 De causis peccatorum in generali. 180
76 De ignorantia quae est causa peccati ex parte rationis. 181
77 De causa peccati ex parte appetitus sensitivi. 182
78 De causa peccati, quae est ex parte voluntatis, quae dicitur malitia. 183
79 De causis exterioribus peccati. 184

Quaest.	*pag.*
80 De causa peccati ex parte diaboli.	185
81 De causa peccati ex parte hominis.	185
82 De originali peccato quantum ad suam essentiam.	186
83 De subiecto originalis peccati.	187
84 De causa peccati secundum quod unum peccatum est causa alterius.	188
85 De effectibus peccati.	188
86 De macula peccati.	189
87 De effectibus peccati quantum ad reatum poenae.	190
88 De peccato veniali et mortali.	192
89 De peccato veniali secundum se.	194
90 De legibus.	195
91 De legum diversitate.	196
92 De effectibus legis.	198
93 De lege aeterna.	198
94 De lege naturali.	199
95 De lege humana secundum se.	201
96 De potestate legis humanae.	202
97 De lege humana quantum ad eius mutationem.	204
98 De veteri lege secundum se.	205
99 De praeceptis veteris legis.	206
100 De praeceptis moralibus veteris legis.	207
101 De praeceptis caeremonialibus secundum se.	209
102 De caeremonialium praeceptorum causis.	210
103 De duratione praeceptorum caeremonialium.	210
104 De praeceptis iudicialibus in communi.	211
105 De ratione iudicialium praeceptorum.	212
106 De lege evangelica, quae dicitur lex nova secundum se.	212
107 De comparatione legis novae ad veterem.	213
108 De his, quae continentur in lege nova.	214
109 De exteriore principio humanorum actuum, scilicet de gratia Dei.	216
110 De gratia Dei quantum ad eius effectum.	220
111 De divisione gratiae.	221
112 De causa gratiae.	223
113 De effectibus gratiae.	224
114 De merito, quod est effectus gratiae cooperantis.	227

SECUNDAE SECUNDAE

Quaest.		*pag.*
1	De fide.	230
2	De actu fidei.	233
3	De exteriore actu fidei.	235
4	De ipsa fidei virtute.	235
5	De habentibus fidem.	236
6	De causis fidei.	237
7	De effectibus fidei.	238
8	De dono intellectus scientiae.	238
9	De dono scientiae.	239
10	De infidelitate in communi.	240
11	De haeresi.	242
12	De apostasia.	243
13	De peccato blasphemiae in generali.	244
14	De blasphemia in Spiritum sanctum.	245
15	De vitiis oppositis scientiae et intellectui.	246
16	De praeceptis fidei, scientiae et intellectus.	246
17	De spe.	247
18	De subiecto spei.	248
19	De dono timoris.	249
20	De vitiis oppositis.	251
21	De praesumptione.	251
22	De praeceptis pertinentibus ad spem et timorem.	253
23	De charitate secundum se.	253
24	De charitatis subiecto.	256
25	De obiecto charitatis.	258
26	De ordine charitatis.	260
27	De principali actu charitatis, qui est dilectio.	263
28	De gaudio.	265
29	De pace.	265
30	De misericordia.	266
31	De beneficentia.	266
32	De eleemosyna.	267
33	De correctione fraterna.	269
34	De odio.	270
35	De accidia.	271
36	De invidia.	271
37	De peccatis, quae opponuntur paci.	272

Quaest. *pag.*
38 De contentione. 272
39 De schismate. 273
40 De bello. 274
41 De rixa. 274
42 De seditione, quae opponitur paci. 274
43 De vitiis, quae beneficentiae opponuntur. 275
44 De praeceptis charitatis. 276
45 De dono sapientiae. 277
46 De stultitia, quae opponitur sapientiae. 278
47 De prudentia secundum se. 278
48 De partibus prudentiae. 280
49 De singulis prudentiae partibus quasi integralibus. 280
50 De partibus subiectivis prudentiae. 282
51 De virtutibus adiunctis prudentiae. 282
52 De dono consilii. 282
53 De vitiis oppositis prudentiae. 283
54 De negligentia. 284
55 De vitiis oppositis prudentiae, quae habent similitudinem cum prudentia. 285
56 De praeceptis pertinentibus ad prudentiam. 286
57 De iure 287
58 De iustitia. 288
59 De iniustitia. 291
60 De iudicio. 291
61 De partibus iustitiae. 293
62 De restitutione. 294
63 De acceptione personarum. 297
64 De vitiis oppositis commutativae iustitiae. 298
65 De mutilatione membrorum. 299
66 De peccatis iustitiae oppositis, de furto, et rapina. 300
67 De vitiis oppositis commutativae iustitiae. 302
68 De his quae pertinent ad iustam accusationem 303
69 De peccatis quae sunt contra iustitiam 304
70 De iustitia pertinente ad personam testis. 305
71 De iustitia quae fit in iudicio ex parte advocatorum. 306
72 De iniuriis verborum quae inferuntur extra iudicium. 308
73 De detractione. 309
74 De susurratione. 310

Quaest. pag.
75 De derisione. 311
76 De maledictione. 311
77 De fraude, quae committitur in emptionibus et venditionibus. 312
78 De usura. 315
79 De partibus integralibus iustitiae. 315
80 De partibus potentialibus iustitiae. 316
81 De religione. 317
82 De devotione. 318
83 De oratione. 319
84 De exterioribus actibus latriae. 323
85 De sacrificiis. 323
86 De oblationibus et primitiis. 324
87 De decimis. 324
88 De voto quo promittitur Deo aliquid. 325
89 De iuramento. 328
90 De adiuratione per quam assumitur nomen divinum. 330
91 De laude Dei. 330
92 De vitiis religioni oppositis. 331
93 De speciebus superstitionis. 331
94 De idololatria. 332
95 De superstitione divinativa. 332
96 De superstitionibus observantiarum. 334
97 De tentatione Dei. 336
98 De periurio. 337
99 De sacrilegio. 338
100 De simonia. 338
101 De pietate. 341
102 De observantia, et partibus eius. 342
103 De dulia. 343
104 De obedientia. 343
105 De inobedientia. 345
106 De gratia, sive gratitudine. 345
107 De ingratitudine. 347
108 De vindicatione. 347
109 De veritate. 348
110 De vitiis oppositis veritati. 349
111 De simulatione et hypocrisi. 350
112 De iactantia. 351
113 De ironia. 351
114 De amicitia, quae affabilitas dicitur. 352

quaest.		*pag.*
145	De adulatione.	352
146	De litigio.	355
147	De liberalitate.	353
148	De vitiis oppositis liberalitati.	354
149	De prodigalitate.	355
150	De epicheia, seu aequitate.	355
151	De pietate.	355
152	De praeceptis iustitiae.	356
123	De fortitudine.	358
124	De martyrio.	360
125	De timore.	361
126	De vitio intimiditatis.	361
127	De audacia.	362
128	De partibus fortitudinis.	362
129	De magnanimitate.	362
130	De praesumptione.	364
131	De ambitione.	364
132	De inani gloria.	365
133	De pusillanimitate.	366
134	De magnificentia.	367
135	De parvificentia.	368
136	De patientia.	368
137	De perseverantia.	369
138	De vitiis oppositis perseverantiae.	370
139	De dono fortitudinis.	371
140	De praeceptis fortitudinis.	372
141	De temperantia.	372
142	De vitiis oppositis temperantiae.	374
143	De partibus temperantiae in generali.	375
144	De partibus temperantiae in speciali.	376
145	De honestate.	377
146	De abstinentia	378
147	De ieiunio.	378
148	De gula.	381
149	De sobrietate.	383
150	De ebrietate.	384
151	De castitate.	385
152	De virginitate.	386
153	De vitio luxuriae.	388
154	De luxuriae partibus.	389
155	De partibus potentialibus temperantiae.	392
156	De inconlinentia.	393

Quaest. *pag*
157 De clementia et mansuetudine. 39
158 De ira. 39
159 De crudelitate. 39
160 De modestia. 39
161 De speciebus modestiae. 396
162 De superbia. 397
163 De peccato primi hominis. 399
164 De poenis peccati primi hominis. 401
165 De tentatione primorum parentum. 402
166 De studiositate. 403
167 De curiositate. 403
168 De modestia in motu corporis. 404
169 De modestia in exteriori apparatu. 405
170 De praeceptis temperantiae. 406
171 De prophetia. 408
172 De causa prophetiae. 408
173 De modo propheticae cognitionis. 410
174 De divisione prophetiae. 413
175 De raptu. 414
176 De gratia gratis data, quae pertinet ad locutionem. 415
177 De gratia gratis data, quae consistit in sermone 417
178 De gratia miraculorum. 417
179 De vita activa et contemplativa. 418
180 De vita contemplativa. 419
181 De vita activa. 420
182 De comparatione vitae activae ad contemplativam. 421
183 De officiis et statibus hominum. 422
184 De statu perfectionis in communi. 423
185 De his quae pertinent ad statum Episcoporum. 424
186 De his quae pertinent ad statum religionis. 426
187 De his, quae competunt religiosis. 429
188 De differentia religionum. 430
189 De religionis ingressu. 432
434

TERTIAE PARTIS

uest.		*pag.*
	De convenientia incarnationis.	437
	De modo unionis Verbi incarnati.	438
	De modo unionis ex parte personae assumentis.	442
	De modo unionis ex parte naturae humanae assumptae	445
	De modo unionis ex parte partium humanae naturae.	447
5	De modo assumptionis quantum ad ordinem.	448
	De gratia Christi, prout est quidem singularis homo.	449
8	De gratia Christi, secundum quod est caput Ecclesiae.	452
9	De scientia Christi in communi.	454
0	De scientia beata animae Christi.	456
1	De scientia infusa animae Christi.	458
2	De scientiaanimae Christi acquisita.	459
3	De potentia animae Christi.	459
4	De defectibus corporis assumptis a filio Dei.	460
5	De defectibus animae a Christo assumptis.	461
6	De consequentibus unionem quantum ad ea, quae conveniunt Christo secundum esse et fieri.	463
7	De pertinentibus ad unitatem in Christo, quantum ad esse	466
8	De pertinentibus ad unitatem in Christo quantum ad voluntatem.	467
9	De pertinentibus ad virtutem Christi, quantum ad operationem.	468
0	De convenientibus Christo secundum quod patri fuit subiectus.	470
1	De oratione Christi.	470
2	De sacerdotio Christi.	471
3	De adoptione Christi.	473
4	De praedestinatione Christi.	474
5	De adoratione Christi.	475
6	De eo quod Christus mediator Dei, et hominum dicitur,	477

Quaest.

27 De B. V. Mariae sanctificatione.
28 De virginitate B. Mariae.
29 De Matris Dei desponsatione.
30 De B. Mariae Virginis Annuntiatione.
31 De Conceptione Salvatoris, quoad materiam de qua corpus eius conceptum est.
32 De Conceptione Christi, quoad principium activum.
33 De modo et ordine conceptionis Christi.
34 De perfectione prolis conceptae.
35 De Nativitate Christi.
36 De manifestatione Christi nati.
37 De legalibus circa puerum Iesum observatis.
38 De Baptismo Ioannis.
39 De baptizatione Christi.
40 De modo conversationis Christi.
41 De tentatione Christi.
42 De doctrina Christi.
43 De miraculis a Christo factis in generali.
44 De singulis miraculorum speciebus.
45 De transfiguratione Christi.
46 De passione Christi.
47 De causa efficiente passionis Christi.
48 De modo passionis Christi, quantum ad effectum.
49 De effectibus passionis Christi.
50 De morte Christi.
51 De sepultura Christi.
52 De descensu Christi ad inferos.
53 De resurrectione Christi.
54 De qualitate Christi resurgentis.
55 De manifestatione resurrectionis.
56 De resurrectionis Christi causalitate.
57 De ascensione Christi.
58 De sessione Christi ad dexteram Patris.
59 De iudiciaria potestate Christi.
60 De sacramentis.
61 De necessitate sacramentorum.
62 De principali effectu sacramentorum, qui est gratia.
63 De effectu sacramentorum, qui est character.
64 De causa sacramentorum.

pag.
est.
De numero sacramentorum. 523
De pertinentibus ad sacram. baptismi. 524
De ministris, per quos traditur baptismi sacramentum. 526
De suscipientibus baptismum. 528
De effectibus baptismi. 531
De circumcisione, quae praecessit baptismum 532
De praeparatoriis, quae simul concurrunt cum baptismo. 533
De sacramento confirmationis. 534
De sacram. eucharistiae secundum se. 536
De materia eucharistiae, quantum ad speciem. 537
De conversione panis, et vini in Corpus, et sanguinem Christi. 540
De modo, quo Christus existit in hoc sacramento. 543
De accidentibus remanentibus in hoc sacramento. 545
De forma sacramenti eucharistiae. 547
De effectibus sacramenti eucharistiae. 548
De usu, seu sumptione huius sacramenti in communi. 549
De modo, quo Christus usus est hoc sacramento. 551
De ministro huius sacramenti. 552
De ritu huius sacramenti. 554
De sacramento poenitentiae. 555
De sacramento poenitentiae, secundum quod est virtus. 557
De poenitentia, quoad peccatorum mortalium remissionem. 558
De remissione venialium peccatorum. 559
De reditu peccatorum per poenitentiam dimissorum. 561
De virtutum recuperatione per poenitentiam. 562
De partibus poenitentiae in generali. 563

SUPPLEMENTI

Quaest. p.

1 De partibus poenitentiae in speciali, et primo de contritione.
2 De contritionis obiecto.
3 De quantitate contritionis.
4 De tempore contritionis.
5 De effectu contritionis.
6 De confessione, quoad eius necessitatem.
7 De quidditate confessionis.
8 De ministro confessionis.
9 De qualitate confessionis.
10 De effectu confessionis.
11 De sigillo confessionis.
12 De satisfactione, quoad eius qualitatem.
13 De satisfactionis possibilitate.
14 De qualitate satisfactionis.
15 De his per quae fit satisfactio.
16 De suscipientibus sacramentum poenitentiae.
17 De entitate, et quidditate clavium.
18 De effectu clavium.
19 De ministris, et usu clavium.
20 De his in quos usus clavium exerceri potest.
21 De excommunicatione, eiusque definitione, et congruitate, et causa.
22 De his, qui possunt excommunicare, et excommunicari.
23 De participatione cum excommunicatis.
24 De absolutione ab excommunicatione.
25 De indulgentia secundum se.
26 De iis, qui possunt indulgentias facere.
27 De iis, quibus valent indulgentiae.
28 De solemni ritu poenitentiae.
29 De sacramento extremae unctionis quantum ad eius essentiam, et institutionem.
30 De effectu huius sacramenti.
31 De ministro huius sacramenti.
32 Quibus hoc sacramentum conferri debeat, et in qua parte corporis.
33 De iteratione huius sacramenti.

iaset. *pag.*

4 De sacramento ordinis quoad eius essentiam, et eius partes. 588
5 De effectu huius sacramenti. 589
6 De qualitate suscipientium hoc sacramentum. 590
7 De distinctione ordinum, et eorum actibus, et characteris impressione. 591
8 De conferentibus hoc sacramentum. 592
9 De impedimentis huius sacramenti. 593
0 De his, quae sunt annexa sacramento ordinis. 593
1 De sacramento matrimonii, in quantum est officium naturae. 594
2 De matrimonio, ut est sacramentum. 595
3 De matrimonio quantum ad sponsalia. 596
4 De matrimonii definitione. 597
5 De consensu matrimonii secundum se. 597
6 De consensu, cui accedit iuramentum cum copula carnali. 598
7 De consensu coacto et conditionato. 598
8 De obiecto consensus. 600
9 De bonis matrimonii. 600
0 De impedimentis matrimonii in generali. 602
1 De impedimento erroris. 602
2 De impedimento conditionis. 605
3 De impedimento voti et ordinis. 605
4 De impedimento consanguinitatis. 605
5 De impedimento affinitatis. 606
6 De impedimento cognationis spiritualis. 608
7 De cognatione legali, quae est per adoptionem 609
8 De impedimento frigiditatis, maleficii, furiae, amentiae, incestus, et defectus aetatis. 610
9 De disparitate cultus, quae matrimonium impedit. 611
0 De uxoricidio. 613
1 De impedimento matrimonii, quod est votum solemne. 614
2 De impedimento, quod supervenit matrimonio consummato, quod est fornicatio. 615
3 De secundis nuptiis. 617
4 De annexis matrimonio, et de debiti redditione 617
5 De pluralitate uxorum. 619
6 De bigamia, et irregularitate ex ea contracta. 620
7 De libello repudii. 621
8 De filiis illegitime natis. 622

Quaest. *pag*
69 De iis, quae spectant ad resurrectionem, et primo de loco animarum post mortem. 625
70 De qualitate animae exeuntis a corpore, et poena ei inflicta ab igne corporeo. 625
71 De suffragiis mortuorum. 626
72 De oratione respectu sanctorum, qui sunt in patria. 628
73 De signis, quae iudicium praecedent. 629
74 De igne ultimae conflagrationis. 630
75 De resurrectione. 631
76 De causa resurrectionis. 632
77 De tempore, et modo resurrectionis. 635
78 De termino a quo resurrectionis. 635
79 De conditionibus resurgentium, et primo de eorum identitate. 634
80 De integritate corporum resurgentium. 634
81 De qualitate resurgentium. 636
82 De conditionibus corporum beatorum resurgentium. 637
83 De subtilitate corporum beatorum. 638
84 De agilitate corporum beatorum. 639
85 De claritate corporum beatorum. 640
86 De conditionibus corporum damnatorum resurgentium. 641
87 De cognitione, quam habebunt resuscitati in die iudicii respectu meritorum, et demeritorum. 642
88 De iudicio generali tempore, et loco in quo fiet. 642
89 De iudicantibus, et iudicatis in iudicio generali. 643
90 De forma iudicis venientis ad iudicium. 644
91 De qualitate mundi, et resurgentium post iudicium. 645
92 De visione divinae essentiae in comparatione ad beatos. 646
93 De sanctorum beatitudine, et eorum mansionibus. 647
94 De modo, quo sancti se habebunt erga damnatos. 648
95 De dotibus beatorum. 649
96 De aureolis. 650
97 De poena damnatorum. 651
98 De voluntate, et intellectu damnatorum. 653
99 De misericordia et iustitia Dei respectu damnatorum. 654

INDEX

ALPHABETICUS RERUM

QUAE IN HOC COMPENDIO SUMMAE S. THOMAE TRACTANTUR

Absolvere ab excommunicatione quis potest. Supplementum quaest. 24.
Abstinentiae virtus. 2. 2. q. 146.
Acceptio personarum. 2. 2. q. 63.
Accidia quale peccatum. 2. 2. q. 55.
Actus humani specificantur a fine. 1. 2. q. 1. et quando sunt boni, vel mali. q. 18. et infra: a quo imperantur. q. 17.
Accusatio a quo facienda, et quomodo, et quando est iusta. 2. 2. q. 68.
Accusatus quando potest negare veritatem, vel calumniose se defendere. 2. 2. q. 69.
Adae peccatum quale fuit, et eius poena, et tentatio. 2. 2. q. 163. et infra.
Adiurare an liceat. 2. 2. q. 90.
Adoptio quid sit, et quotuplex, et quid operatur. Suppl. q. 57.
Adoptare an conveniat Deo, et an Christus sit adoptatus. 3. p. q. 23.
Adoratio latriae quid est, et quomodo facienda. 2. 2. q. 84.
Adoranda quomodo sunt Christus, Trinitas, imago, Crux, Maria Virgo, reliquiae sanctorum. 3. par. q. 25.
Adulatio quale peccatum. 2. 2. q. 115.
Adulterium quid sit, et quale peccatum. 2. 2 q. 154.
Advocatus quem, et in qua causa, et quomodo debet defendere. 2. 2. q. 71.
Aequalitas Epichiae in lege servanda. 2. 2. q. 120.
Affabilitas quid sit, et in quo consistit 2. 2. q 114.
Affinitas unde nascitur, et ad quos se extendat. Suppl. q. 55.

Ambitio quando est peccatum. 2. 2. q. 131.
Amicitia, seu affabilitas quae virtus. 2. 2. q. 114.
Amor quo Deus amat. par. 1. q. 20.
Amor quid sit, et in qua potentia sit, et quae eius causa, et effectus. 1. 2. q. 26 et infra.
Angelorum esse, et cognitio, dilectio, perfectio, malitia, poena, par. 1. q. 50. et infra.
Angelorum operatio, locutio, ordo, missio, custodia. par. 1. q. 106. et infra.
Anima quid sit. par. 1. q. 75. cui unitur. q. 76. eius potentia. q. 77. et infra.
Anima quomodo intelligat. par. 1. q. 84.
Animae post mortem quo ferantur. Suppl. q. 69.
Apostasia quid est, et an tollat dominium. 2. 2. q. 12.
Avaritia quale peccatum sit, et quae eius filiae 2. 2. q. 118.
Audacia quid sit, et eius causa, et effectus. 1. 2. q. 45.
Audacia quale peccatum est, et cui opponitur. 2. 2. q. 127.
Aureolae quae sunt, et quibus debentur. Suppl. q. 96.

B

Baptismi essentia, et ritus, minister, effectus, praeparatoria. 3. par. q. 66. et infra.
Beatitudo Dei qualis. par. 1. q. 26.
Beatitudo hominis in quo consistat, et quid sit principalius. 1. 2. q. 2. et infra.
Beatitudines quid sint, et quae. 1. 2. q. 69.
Beatitudo sanctorum post iudicium qualis erit, Suppl. q. 93.
Bellandum quo modo, et quibus licet. 2. 2. q. 40.
Beneficentia circa quos debet esse. 2. 2. q. 31.
Bigamus quando est irregularis. Supp. q. 66.
Blasphemia quale peccatum. 2. 2. q. 13.
Bonitas vel malitia delectationis. 1. 2. q. 34.
Bonum quid sit, et in quo consistit. par. 1. q. 5.

C

Caecitas, et hebetudo mentis quale peccatum. 2. 2. q. 15.
Castitas virtus quomodo distinguitur ab aliis. 2. 2. q. 151.
Charitas quid, et qualis est, et de eius subiecto, obie-

cto, ordine, actu, affectu. 2. 2. q. 23. et infra.
Charitatis praecepta quae, et qualia 2. 2. q. 44.
Christus homo quas gratias, et virtutes habuit. 3. par. q. 7.
Quomodo est caput hominum, et Angelorum. q. 8.
Quas scientias habuit. q. 10. 11. 12.
Eius anima an sit omnipotens. q. 13.
Quos defectus assumpsit. q. 14. 15.
Quae praedicantur de Christo, et quae sunt falsa. q. 16. et 17.
Eius voluntas. q. 18.
Operatio. q. 19.
Subiectus an sit Patri. q. 20.
Oratio Christi. q. 21.
An adoptaverit filios. q. 23.
Praedestinatio Christi. q. 24.
Quomodo est mediator. q. 26.
Christi nativitas, et vita usque ad mortem, et resurrectionem, ascensionem, sessionem, potestatem iudiciariam. 3. par. q. 35. et infra.
Circumcisio quid sit, et eius effectus. 3. p. quaest. 70.
Circumstantiae actus humani quae. 1. 2. q. 7.
Clavis Ecclesiae quid, et quot sint, et eorum effectus, et minister, et usus. Suppl. quaest. 17. et infra.
Clementia, et mansuetudo virtutes in quo differunt. 2. 2. q. 157.
Conceptio Salvatoris quomodo fuit facta. 3. p. q. 31. et infra.
Concubinatus quale peccatum. Suppl q. 65.
Concupiscentia quid, et in quo appetitu est, et quotuplex. 1. 2. q. 30.
Conscientia est actus non potentia proprie. par. 1. q. 79.
Confessionis conditiones effectus, sigillum, cui facienda. Suppl. q, 8. et infra.
Confirmatio, et eius materia necessaria, et effectus. 3. par. q. 72.
Consensus cuius potentiae est, et ad quae se extendit. 1. 2. q. 15.
Consilium quid est, et de quo et quomodo procedit. 1. 2. q. 14.
Contemplatio quae causat. 2. 2. q. 82.
Consuetudo quando mutat legem. 1. 2. q. 97.
Contentio quale peccatum. 2. 2. q. 38.

Continentia, et incontinentia. 2. 2. quaest. 155. et 156.
Contritio quid sit, et eius obiectum, et quidditas, et tempus, et effectus. Suppl. q. 1. et infra.
Contumelia quid sit, et quale peccatum. 2. 2. q. 72.
Correctio fraterna a quo, et quando facienda. 2. 2. q. 33.
Creatio rerum quid, a quo, et quomodo sit. par. 1. q. 44. et 65. et 66.
Creatura an sit similis Deo. par. 1. q. 4.
Credere, et scire an possint esse de eodem. 2. 2. q. 1.
Crudelitas quid sit. 2. 2. q. 159.
Cupiditas quale peccatum. 1. 2. q. 84.
Curiositas quid, et in quo sit, et eius effectus. 2. 2. q. 167.

D

Daemonum impugnatio. par. 1. q. 114.
Damnatorum poena, voluntas, intellectus. Suppl. q. 97. et 98.
Decimae quae, et a quibus dandae. 2. 2. q. 87.
Delectatio quid sit, et in quo est, quae maior, et eius causa, effectus, bonitas, malitia. 1. 2. q. 31. et infra.
Derisio in quo differt ab aliis, quando est peccatum. 2. 2. q. 75.
Desperatio quid, et quale peccatum. 2. 2. q. 20.
Detractio quid sit, et quale peccatum, et eam audiens. 2. 2. q 73.
Devotio quid sit, et eius causa, et effectus. 2. 2. q. 82.
Deus est, et notus, et in sua essentia. par. 1. q. 2. et 3.
Deus est perfectus, infinitus, ubique immutabilis, aeternus. par. 1. q. 4. et infra.
Deus a nobis quomodo potest cognosci. par. 1. q. 12.
Deo an conveniant nomina, et quomodo. par. 1. q. 13.
Dei omnipotentia qualis. p. 1. q. 25.
Dierum septem opera declarantur. par. 1. q. 67. et infra.
Dilectio. 2. 2. q. 27.
Discordia quale peccatum. 2. 2. q. 37.
Divinatio quid sit, et quando est peccatum. 2. 2. q. 95.
Dolor, seu tristitia quid sit, cui opponitur, quis maior, quae eius causa, eius effectus, de eius remediis, bonitate, vel malitia. 1. 2. q. 35. et infra.

Dominium rerum in homine quale. 2. 2. q. 66.
Dona quid sint, et quae a Spiritu sancto. 1. 2. q. 68.
Donum intellectus, et scientiae. 2. 2. q. 8. et 9. et 17.
Dotes beatorum. Suppl. q. 95.
Dulia quid, et cui danda. 2. 2. q. 103.

E

Ebrietas quale peccatum. 2. 2. q. 150.
Electio cuius est actio. 1. 2. q. 13.
Eleemosyna a quo, et cui danda. 2. 2. q. 32.
Epicheia virtus. 2. 2. q. 120.
Episcopatum appetere, vel renunciare, et Episcopi ad quae tenentur, etiam de redditibus. 2. 2. q. 185.
Error qui impedit matrimonium. Suppl q. 51.
Eucharistiae materia, forma, de modo quo Christus est in ea, effectus, usus, minister, ritus. par. 3. q. 73. et infra.
Excommunicatio quid sit, quis potest excommunicare, vel excommunicari, participans, absolvens. Suppl. q. 21. et infra.
Extrema unctio quid sit, quae sunt necessaria, quibus, et quando est danda. Suppl. q. 29 et infra.
Existentia Dei in rebus ubique, et quomodo. par. 1. q. 8.

F

Falsitas quid, et qualis. par. 1. q. 17.
Fatum quid sit. par. 1. q. 116.
Fidei obiectum quod est, et quale, et fidei articuli, et actus. 2. 2. q. 1 et infra.
Fides explicita de quibus est necessaria. 2. 2 q. 92.
Fidem qui non habet, et quae est causa, et effectus 2. 2. q. 6 et infra.
Fidei praecepta. 2. 2. q. 16.
Fiducia quid sit. 2. 2. q. 129.
Filii infidelium an baptizandi. 2. 2. q. 10.
Filii illegitimi qui sint, et quo privantur vel illegitimantur. Suppl. q. 68.
Finis hominis propter quae agit, et ultimus finis, et an sint plures. 1. 2. q. 1.
Fornicatio quale peccatum. 2. 2. q. 154.
Fortitudo qualis virtus, et circa quae est. 2. 2. q. 123.
Fortitudinis partes quae. 2. 2. q. 128.

Fortitudo donum, et eius praeceptum. 2. 2. q. 139. et 140.
Fraus in venditione quando est. 2. 2. q. 77.
Fructus Spiritus sancti qui. 1. 2. q. 70.
Fruitio quid, et de qua re est. 1. 2. q. 11.
Furtum quid est, et quomodo differt a rapina. 2. 2. q. 66.

G

Gaudium in nobis unde nascitur. 2. 2. q. 28.
Gratia Dei quae necessaria homini, et eius effectus, ut meritum, et divisio, et causa. 1. 2. q. 109. et infra.
Gratiae gratis datae, ut in sermone, et miraculis. 2. 2. q. 176.
Gratitudo, seu gratiarum actio quibus debetur. 2. 2. q. 106.
Gubernatio mundi, et rerum. par. 1. q. 103. et infra.
Gulae peccatum, et eius species, et filiae. 2. 2. q. 148.

H

Habitus quid sit, et de eius subiecto, et causa, et augmento, et corruptione. 1. 2. q. 49. et infra.
Haeresis, et haeretici. 2. 2. q. 11.
Hypocrisis quid sit, et quando est peccatum mortale. 2. 2. q. 111.
Histrionum officium quando est licitum, vel peccatum. 2. 2. q. 178.
Homo, et partes eius quomodo sint factae, et primi hominis status, et conditio. par. 1. q. 90. et infra.
Hominis actio, et productio qualis. par. 1. q. 117, et infra.
Honestum in quo convenit cum virtutibus. 2. 2. q. 145.
Humilitas quae, et circa quae est. 2. 2. q. 161.

I

Iactantia an mendacium, et quale peccatum. 2. 2. q. 112.
Idea quid, et qualis est. par. 1. q. 23.
Idololatria quale peccatum, et quae eius causae. 2. 2. q. 94
Ieiunandum quomodo, et a quibus. 2. 2. q. 117.
Ignis purgans mundum qualis erit. Supplem. q. 74.

norantia quando causat involuntarium. 1. 2. q. 6.
ago Dei, in quibus est, et quomodo. 1. 2. q. 93.
idelitas quale peccatum, et an cum infidelibus sit ommunicandum. 2. 2. q. 9. et 10.
gratitudo quale peccatum, et an ingratis sit bene faiendum. 2. 2. q. 107.
egitimus quis, et quando legitimatur. Supplem. q. 38.
nis gloriae peccatum, et eius filiae. 2. 2. q. 132.
arnationis convenientia, et finis. 3. par. quaest. 1.
fulgentiarum finis pro quibus, et a quo fiunt. Suppl. q. 25. et infra.
ustitia quid sit, et quando est peccatum mortale. 2. 2. q. 59.
pedimenta matrimonii dirimentia, vel non, et de annexis matrimonio, et copula. Suppl. q. 73.
perare quid sit, et eius potentiae. 1. 2. q. 17.
ellectus quid sit, quomodo, et quo ordine intelligit. par. 1. q. 84.
lentio quid sit, et quotuplex. 1. 2. q. 12.
timiditas ut in pavido quando est peccatum. 2. 2. q. 123.
vidia quid est, et quale peccatum. 2. 2. q. 36.
a quid sit, et eius obiectum, et species. 1. 2. q. 46.
onia quale peccatum. 2. 2. q. 113.
dex quae, et quomodo debet iudicare. 2. 2. q. 67.
dicium generale ubi fiet, et qui iudicabunt, et iudicabuntur, et de forma iudicis venturi. Suppl. q. 88. et infra.
dicium quae signa praecedent. Suppl. q. 73.
dicium quid sit, quomodo est faciendum, quando est licitum, vel illicitum. 2. 2. q. 60.
ramentum quid sit, et quomodo obligat. 2. 2. q. 89.
s quid sit, et quotuplex. 2. 2. q. 57.
stitiae partes integrales, et potentiales, quae et quando sunt peccatum. 2. 2. q. 79. et 80.
ustitia quid sit, et quotuplex, et in quo consistit. 2. 2. q. 58.

L

atria quid sit, et cui debetur. 2. 2. q. 84.
audare Deum cum cantu. 2. 2. q. 91.
aetitia spiritualis unde nascitur. 2. 2. q. 82.

Lex Evangelica, seu nova, et quae in ea continentur, et legum diversitas. 1. 2. q. 106. et infra.
Liber vitae quid sit. par. 1. q. 24.
Libellus repudii quomodo, et quando dandus. Suppl. q. 67.
Liberalitas virtus in quo consistit. 2. 2. q. 117.
Liberum arbitrium quid sit. par. 1. q. 83.
Limbus inferni quis est. Suppl. q. 69.
Linguarum donum quale. 2. 2. q. 176.
Litigium quid sit, et quale peccatum. 2. 2. q. 116.
Ludus, seu eutrapelia in verbis, vel factis quando licet, vel non. 2. 2. q. 168.
Luxuria in quo consistit, et eius filiae, et partes. 2. 2. q. 153. et 154.

M

Macula peccati quid sit. 1. 2. q. 86.
Magnanimitas virtus circa quae est. 2. 2. q. 129.
Magnificentia virtus quid est. 2. 2. q. 134.
Mali causa quae. par. 1. q. 49.
Maledicere hominem, vel animal irrationale, quale peccatum. 2. 2. q. 76.
Malitia actuum humanorum unde sumitur. 1. 2. q. 18. 19. 20.
Mansuetudo, vel clementia virtus. 2. 2. q. 157.
Mariae Virginis conceptio desponsatio, annuntiatio. 3. par. q. 27. et infra.
Martyrium fit cum morte. 2. 2. q. 124.
Matrimonii definitio, et qualis debet esse consensus, et eius bona, et impedimenta. Supplem. q. 44. et infra
Mendacium. 2. 2. q. 110.
Mereri sibi, et aliis quando potest homo, et quae. 1. 2. q. 114.
Metus quando causat involuntarium. 1. 2. q. 6.
Miracula quis potest facere. 2. 2. q. 178.
Misericordia, et iustitia in Deo. par. 1. q. 21.
Misericordia virtus, et eius motivum. 2. 2. quaest. 30.
Misericordia Dei erga damnatos. Suppl. q. 99.
Modestia in vestitu, et fuco. 2. 2. q. 169.
Modestia circa quas actiones est. 2. 2. q. 160. et infra.
Mulierum ornatus, et fucatio quando est peccatum. 2. 2. q. 169.

Mundus post resurrectionem renovabitur, et quomodo. Suppl. q. 91.
Mutilare quando licet. 2. 2. q 65.

N

Negligentia quale peccatum. 2. 2. q. 54.
Negotiatio quando est illicita. 2 2 q. 77.
Nominis divini assumptio per modum adiurationis, vel ad invocandum per orationem, vel laudem. 2. 2. q. 90. et 91.
Nuptiae secundae quando licitae. Suppl. q. 63.

O

Obedientia quae, et quibus debetur. 2. 2. q. 104. et 105.
Oblationes quae, et a quibus faciendae. 2. 2. quaest. 86.
Observantia quae, et qualis virtus est. 2. 2. q. 102.
Occidere cui, et quando licet. 2 2. q. 64.
Odium in Deum, vel proximum quale peccatum, et unde oritur. 2. 2. q. 34.
Omissio quid sit, et quale peccatum. 2. 2. quaest. 79.
Oratio quid sit, et qui sunt orandi, et pro quibus, et quae petenda, et qualis debet esse, et eius partes. 2. 2. q. 85.
Orationes nostrae ad Sanctos quando exaudiuntur. Suppl. q. 72.
Ordo sacramentum quid sit, et quae sunt de essentia, et eius effectus, et qui sunt ordinandi, ad quae se obligant. Suppl. q. 35. et infra.
Originale peccatum quid sit, et in quo subiecto. 1. 2 q. 82. et 83.

P

Paradisus in quo fuit primus homo. par. 1. q. 102.
Parvificentia est virtus. 2. 2. q. 135.
Passionum diversitas, et contrarietas, bonitas, vel malitia, et ordo quis sit. 1. 2. q. 23. et infra.
Patientia quae virtus. 2. 2. q. 136.
Pax quid sit, et in quo. 2. 2 q. 29.
Peccata remissa per poenitentiam quando, et quomodo redeunt 3. par. q. 88.
Peccata quid sint, quomodo distinguuntur, et dividan-

tur, et ad invicem comparentur, et de eorum subiecto, et causis. 1. 2. q 71. et infra.
Peccatum mortale et veniale in quo differunt, et an mutentur. 1. 2. q. 88. et 89.
Poenitentia ut virtus, et ut sacramentum, et eius materia, et forma, necessitas, effectus. 3. par. q. 84. et infra.
Poenitentiae partes, idest contritio, confessio, et satisfactio. 3. par. q. 90. et Suppl. q. 1. et infra.
Poenitentiae sacramentum quis potest suscipere. Suppl. q. 16.
Poenitentia solemnis. Suppl. q. 28.
Perfectio status in quo consistit, et in quibus. 2. 2. q. 184.
Periurium semper est peccatum mortale, et in quibus est. 2. 2. q. 88.
Perseverantia quae requirit, et eius opposita. 2. 2. q. 137. et 138.
Personarum divinarum processio, relationes, etc. par. 1. q. 24. et infra.
Personarum missiones. par. 1. q. 43..
Pietas quid sit, et ad quae se extendit. 2. 2. quaest. 101.
Pietas bonum. 2. 2. q. 121.
Praecepta Decalogi an sint convenientia. 2. 2. q. 122.
Praedestinatio quid et qualis. par. 1. q. 23.
Praesumptio unde est, et quale peccatum. 2. 2. q. 21.
Prodigalitas quale peccatum. 2. 2. q. 119.
Prophetia quae, et qualis 2. 2. q. 171. et infra.
Providentia Dei. par. 1. q. 21.
Prudentia quid sit, et in quibus reperitur, et eius partes, et virtutes illi annexae, et vitia. 2. 2. q. 47. et infra.
Pusillanimitas an sit peccatum. 2. 2. q. 133.

R

Rapina, et furtum quid sint, et qualia peccata. 2. 2. q. 66.
Raptus quid sit, ut in D. Paulo. 2. 2. q. 175.
Reatus peccati quid sit, et a quo inducitur. 1. 2. q. 87.
Religio quid sit, et quae virtus. 2. 2. q. 81.
Religiosi, et Praelati in quo statu perfectionis sunt. 2. 2. q. 184. et infra.

Religiosis quae licent, et an vivere de eleemosynis. 2. 2. q. 187. et 188.
Religionem ingredi qui possint, et quomodo. 2. 2. q. 189.
Repudium quando est licitum. Suppl. q. 67.
Rerum distinctio a quo est. par. 1. q. 47. et 48.
Resurrectio corporum qualis, et eius causa, tempus, modus, terminus, conditio, integritas, quantitas. Suppl. q. 75. et infra.
Reus quando potest appellare, et se defendere. 2. 2. q. 69.
Restituere quis tenetur, quantum, cui, quando. 2. 2. q. 62.
Remissio peccatorum mortalium, et venialium quomodo fit. 3. par. q. 86. et 87.
Rixa est peccatum. 2. 2. q. 41.

S

Sacra Scriptura utitur metaphoris. par. 1. q. 1.
Sacramentum quid sit, et quae sunt de essentia, necessitas eius, effectus, causa, numerus. 3. par. q. 60. et infra.
Sacrificium, et eius species. 2. 2. q. 85.
Sacrificare quis, et cui debet. 2. 2. q. 85.
Sacrilegium quale peccatum, et eius poena. 2. 2. q. 99.
Sancti in coelo quomodo, et quae vident. Suppl. q. 92. et infra.
Sapientia quid sit, et in quibus reperiatur. 2. 2. q. 45.
Satisfactio quid sit, et eius possibilitas, qualitas, et per quae opera. Suppl. q. 12. et infra.
Scandalum quid sit, et quotuplex, quando est peccatum mortale, in quibus cadit, et quae dimittenda propter scandalum. 2. 2. q. 43.
Scientia in Deo quae, et qualis. part. 1. q. 14.
Scientia animae Christi multiplex, ut beata, infusa, acquisita. 3. par. q. 9. et infra.
Schisma quale peccatum, et eius poena. 2. 2. quaest. 39.
Seditio est speciale peccatum. 2. 2. q. 42.
Sensualitas quid sit, et in quo. 1. q. 81.
Simonia quid, et quando est. 2. 2. q. 100.
Simulatio, et hypocrisis, quale peccatum. 2. 2. q. 111.

Sobrietas quae, et a quibus magis servanda. 2. 2. q. 149.
Sollicitudo in temporalibus quando est peccatum. 2. 2. q. 55.
Spes quid sit, et in qua potentia, cui contrariatur, eius causa an sit in bene. 1. 2. q. 40.
Spes quid sit, et in quo sperandum. 2. 2. q. 17. et 18.
Spei an detur praeceptum. 2. 2. q. 22.
Sponsalia quid sint, et ad quae obligant, et in quo tempore fiant. Suppl. q. 43.
Status hominum varii, et qui sunt. 2. 2. q. 183.
Studiositas quid sit. 2. 2. q. 166.
Stultitia quid sit, et an sit peccatum. 2. 2. q. 46.
Suffragia pro mortuis quomodo, et quando prosunt. Suppl. q. 71.
Superbia peccatum capitale, et eius filiae 2. 2. q. 162.
Superstitio, et eius species, et idololatria, divinatio ars notoria, 2. 2. q. 92. et infra.
Susurratio quid sit, et in quo differt a detractione. 2. 2. q. 74.

T

Temperantia, et eius praecepta. 2. 2. q. 141.
Temperantia virtus circa quae est, et eius opposita, virtus, et eius partes, et continentia, in venereis, et verecundia 2. 2. q. 141. et infra.
Tentare Deum in quo consistit, et quale peccatum, et cui opponitur. 2. 2. q. 97.
Testimonium a quo, quando, et quomodo ferendum. 2. 2. q. 70.
Theologia an sit scientia, et una, practica, argumentativa, an agat de Deo. par. 1. q. 1.
Timor quid sit, et eius obiectum, causa, effectus. 2. 2. q. 125. et infra.
Timor quotuplex, et circa quid est. 2. 2. q. 19. et 22.
Timor quando est peccatum, et quale. 2. 2. q. 125.
Tristitia quid sit, et eius species, et contrarietas. 1. 2 q. 35. et infra.

V

Vendere rem plusquam valeat, an aliquando liceat, et an sit dicendus defectus rei vendendae. 2. 2. q. 77.
Verecundia de quibus et in quibus est. 2. 2. q. 144.

Veritas quid, et qualis. 1. par. q. 16.
Veritas quae virtus. 2. 2. q. 109.
Vestes pretiosae quando, et quibus licent. 2. 2. q. 169.
Vindicta quando est licita, et virtus. 2. 2. q. 108.
Violentia in voluntate quando causat involuntarium. 1. 2. q. 6.
Virginitas in quo consistit, et excellit alias virtutes. 2. 2. q. 152.
Virtus fidei quando est informis. 2. 2. q. 4.
Virtus quid sit, et eius subiectum, et distinctio. 1. 2. q. 55. et infra.
Virtutes quae remanent post hanc vitam. 1. 2. q. 67.
Vita quid sit, et an sit in Deo. par. 1. q. 18.
Vita activa, et contemplativa quae sint. 2. 2. q. 179.
Vitium. Vide verbo, *Peccatum*.
Unio in Christo an sit, et in quo facta est, et quo modo 3. par. q. 2. et infra.
Unitas quid addit supra ens. par. 1. q. 11.
Voluntas in Deo quid sit, et qualis. par. 1. q. 18.
Voluntas in Deo quomodo moveatur. par. 1. q. 82.
Voluntarium, et involuntarium quid sint. 1. 2. q. 6.
Voluntas cuius rei sit, et a quo movetur. 1. 2. q. 80. et infra.
Votum in quo consistit, de qua re faciendum, et quando obligat. 2. 2. q. 88.
Usura quando committitur, et quae causae excusant. 2. 2. q. 78.
Usus quid sit. 1. 2. q. 10.
Uxoricidium causa adulterii an liceat in conscientia. Suppl. q. 60.
Uxorum pluralitas. Suppl. q. 65.

V. ex deleg. D. D. Archiep.

Can. Al. Vogliotti